EURIPIDIS
OPERA OMNIA.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ἍΠΑΝΤΑ.

EURIPIDIS

OPERA OMNIA;

EX EDITIONIBUS PRÆSTANTISSIMIS

FIDELITER RECUSA;

[tota fere Musgraviana]

LATINA INTERPRETATIONE, SCHOLIIS ANTIQUIS,

ET

ERUDITORUM OBSERVATIONIBUS,

ILLUSTRATA:

NECNON

INDICIBUS OMNIGENIS

INSTRUCTA.

[edited by A. & J. M. Duncan, assisted by R. H. Evans and others]

VOLUMEN SEXTUM.

GLASGUÆ:

EX PRELO ACADEMICO,

CURA ET TYPIS ANDREÆ ET JOANNIS M. DUNCAN;

IMPENSIS RICARDI PRIESTLEY,

LONDINI.

1821.

ELMSLEII PRÆFATIO

AD

HERACLIDAS.

Quæ me caussæ impulerint ad operam meam Euripidis Heraclidis impendendam, nec satis scio, nec, si sciam, quidquam lectoris interest ut dicam. Magis operæ pretium videtur, pauca de instituto meo operisque ratione præfari.

Ipsis poëtæ verbis, textum vulgo vocant, Aldinæ editionis collationem subjeci, eo scilicet consilio, ut primo aspectu cernere posset lector, quid his trecentis et amplius annis in emendatione nostræ fabulæ tot eruditorum virorum ingenio atque industria profectum esset. Quid autem eorum cuique deberetur, quæ etiam editiones singulorum locorum veram scripturam primæ exhibuissent, in annotationibus commemorandum reservavi. Non solum singularum vocum et singularum literarum varietates diligenter enotavi, saltem enotare volui, verum etiam accentus et spiritus Aldinæ editionis nunquam celato lectore mutavi. Quod etiam de ἰῶτα subscripto dictum velim, præterquam in κἀγὼ et similibus, in quibus diphthongum pro simplici vocali satis constanter exhibet Aldina. At vero distinctionum notas, præter interrogationis signum, tacite plerumque mutavi. Toties enim in hac re peccavit Aldus, ut si errores ejus diligenter exhibuissem, magnam lectori molestiam sine ulla utilitate attulissem.

Non est hujus loci de singulis Euripidis editionibus copiose dicere. Cum vero passim in annotationibus *Edd. Recentiorum* mentionem fecerim, non ignorare debet lector, sex tantum esse editiones, quæ quidem hanc fabulam exhibeant, quas *Veteres* appellem: Aldinam scilicet, tres Hervagianas, Brubachianam et Stiblinianam. Reliquas omnes, quarum prima est Canteriana, anno MDLXXI. in lucem emissa, *Recentiores* appello. Eundem

autem fere locum inter Euripidis editores obtinet Gul. Canterus, quem inter Sophoclis editores Turnebus. Cantero proxime successit Æmilius Portus, qui opera sua Hieronymo Commelino typographo Heidelbergensi locata, anno MDXCVII. recensionem edidit a Canteriana paullo diversam, addita etiam versione Latina a se confecta. Insigni sane fraude Porti versionem, obscuri scilicet hominis, et cujus nomen libro præfixum parum gratiæ conciliaturum esset, sub illustriori Canteri nomine venditavit Paulus Stephanus, qui additis Scholiis Græcis ex ed. Hervagiana, necnon Brodæi Stiblinique annotationibus ex ed. Stibliniana, editionem Commelinianam sive Portinam quinquennio post Genevæ expressit.

Quod ad annotationes attinet, gratiam aliquam cum studiosa juventute forsan initurus sim, quod quicquid apud Brodæum, Barnesium, Heathium et Musgravium repereram, quod fabulam nostram illustrare videbatur, in unum corpus collegi et in annotationum mearum seriem inserui. Neque graviter laturos arbitror virorum doctorum manes, quorum scripta compilavi, quod non solum falsas eorum interpretationes et infelices conjecturas quamplurimas sub silentio præterii, verum etiam optimas annotationes, si quando paullo verbosiores videbantur quam nostra fert ætas, nonnullis recisis quasi in compendium redegi. Loca etiam veterum scriptorum ab iis allegata, interdum paullo aliter quam ipsi fecerant allegavi, et plerumque ad paginas et versus editionum quibus ipse utebar citavi.

Litera S. designat varias lectiones, quas in duobus codicibus Italicis repertas, in libello Annotationum in Sophoclem et Euripidem, anno MDLXVIII. edito, publici juris fecit Henricus Stephanus. Literæ E. G. duos codices Regios Parisienses designant, a Musgravio collatos. In Catalogo Librorum Manuscriptorum Bibliothecæ Regiæ numerantur 2887. et 2817. Insignem vulgatæ scripturæ emendationem ex his codicibus petitam vide ad v. 627. Lectiones codd. Parisiensium a Musgravio indicatas ad unam omnes in annotationibus meis memoravi, etiam ubi nihil monuerat Musgravius, nisi codices cum vulgatis libris consentire.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΒΑΚΧΑΙ.

ὙΠΟΘΕΣΙΣ ΒΑΚΧΩΝ.

ARGUMENTUM BECKII.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ ἀποθεωθεὶς, μηδὲ βουλομένου Πενθέως τὰ Ὄργια αὐτοῦ ἀναλαμβάνειν, εἰς μανίαν ἀγαγὼν τὰς τῆς μητρὸς ἀδελφὰς, Σεμέλης λέγω, ἠνάγκασεν αὐτὰς τὸν Πενθέα διασπάσασθαι. Ἡ μυθοποιΐα κεῖται παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Πενθεῖ· Τὸ ὄνομα μόνον μεταπεποίηται Εὐριπίδῃ· Ὁ χορὸς μὲν συνέστηκεν ἐκ γυναικῶν Βακχῶν. Ἡ δὲ σκηνὴ τοῦ Δράματος ἐν τῇ Θηβαΐδι.

BACCHUS inter deos receptus, quum noluit Pentheus Sacra ejus accipere, matris suæ, Semelæ, sorores ad insaniam adigens, coëgit eas Pentheum dilacerare. Hæc Fabula tractatur etiam ab Æschylo in Pentheo, Tragœdia ita dicta; Nomen tantum ab Euripide mutatur. Chorus ex mulieribus Bacchis constat: Scena autem Fabulæ est in Thebana regione.

ARGUMENTUM BRUNCKII.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ ἀποθεωθεὶς, μὴ βουλομένου Πενθέως τὰ ὄργια αὐτοῦ ἀναλαμβάνειν, εἰς μανίαν ἀγαγὼν τὰς τῆς μητρὸς ἀδελφὰς, ἠνάγκασεν αὐτὰς τὸν Πενθέα διασπάσασθαι. ἡ μυθοποιΐα κεῖται παρ' Αἰσχύλῳ ἐν ΠΕΝΘΕΙ. τὸ ὄνομα μόνον μεταπεποίηται Εὐριπίδῃ. ὁ χορὸς μὲν συνέστηκεν ἐκ γυναικῶν Βακχῶν. ἡ δὲ σκηνὴ τοῦ δράματος ἐν Θήβαις.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.	BACCHUS.
ΧΟΡΟΣ Βακχῶν.	CHORUS ex Bacchis.
ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.	TIRESIAS.
ΚΑΔΜΟΣ.	CADMUS.
ΠΕΝΘΕΥΣ.	PENTHEUS.
ΘΕΡΑΠΩΝ.	FAMULUS.
ΑΓΓΕΛΟΣ.	NUNCIUS.
ʽΕΤΕΡΟΣ ΑΓΓΕΛΟΣ.	ALTER NUNCIUS.
ΑΓΑΥΗ.	AGAVE.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΒΑΚΧΑΙ.*

ARGUMENTUM ACTUS PRIMI.

Bacchus, prologum agens, Fabulæ aditum aperit, exponendo, quomodo venerit divinitatem suam probaturus in os Penthei, regis Thebarum, qui illius, cognati et patrii dei, orgiis impie adversabatur. Tum Bacchas hortatur ad solennia carmina, quæ in Bacchanalibus cani solebant. Quare Chorus Bacchum hymno celebrat, illius genus, sacra, et eorundem ornatum, ut thyrsos, hederas, faces, cymbala, tympana, nebridas, cantus, prædicat. Tiresia cum Cadmo colloquente de novis his orgiis celebrandis, Pentheus superveniens, in ea invehitur, et pœnas Bacchantibus minatur. Quem uterque senex ad sanam mentem frustra reducere conatur. Is autem et Tiresiæ et Baccho ipsi minatus abit; illis ad orgia properantibus. Chorus Bacchi laudes vinique virtutes commemoiat. †

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

ἭΚΩ Διὸς παῖς τήνδε Θηβαίων χθόνα

BACCHUS.

Venio *in* hanc Thebanorum terram filius Jovis

In antiquis libris hæc fabula appellatur Pentheus. v. Voss. ad Catull. p. 221. atque sic etiam bis laudatur in Florileg. Stob. — Nonnulla quoque ex hac tragœdia citantur, quæ frustra in ea quæras. Ita Schol. Arist. Plut. 908. laudat inde hunc versum:

Εἰ μὴ γὰρ ἴδιον ἔλαβον εἰς χεῖρας μύσος.

Glossar. Sangerm.: Διελάβημαι ἀντὶ τοῦ εἴλημμαι. Ἡρόδοτος ϛ' καὶ δ'. Εὐριπίδης Βάκχαις. Et Suidas V. Ἀργαλέον·

Ἀργαλέον φρονέοντα παρ' ἄφροσι πολλ' ἀγορεύειν.

Εὐριπίδου λόγος Βάκχαις. Sed ille versiculus est in fragmentis Theognid. v. 625. Nisi legeretur Εὐριπίδου λόγος, referrem ad præcedentem Suidæ glossam. Nunc malim statuere, intercidisse versiculum sententiæ Theognideæ similem, forte v. 480. Ex Piers. Veris. p. 120.

* Citatur Stob. Grot. citato fab. nomine Flor. IV. p. 29. Sc. v. 481. CXII. p. 465. v. 1389. et CXVII. p. 477. ubi in margine: *Andromacha*. Citatur a Suid. v. Ἀργαλέον φρονέοντα παρ' ἄφροσι πολλ' ἀγορεύειν. Conf. Plutarch. II. p. 296. *Burn.*

† Hanc etiam materiam attigerunt Theocritus in Idyllio 26. Ovidius Metam. Lib. III. Fab. 7. Nonnus Dionys. Lib. XLIV. etc. Apollodorus Biblioth. Lib. III. c. 5. §. 2. Philostratus Iconum, Lib. I. in Pentheo. Memoratur etiam in Didascalicis Fabula Æschyli ejusdem materiæ sub nomine Πενθεὺς, at illa quidem non jam exstat. *Barnes.*

Διόνυσος, ὃν τίκτει ποθ' ἡ Κάδμου κόρη
Σεμέλη, λοχευθεῖσ' ἀστραπηφόρῳ πυρί·
Μορφὴν δ' ἀμείψας ἐκ θεοῦ βροτησίαν,
Πάρειμι Δίρκης νάματ', Ἰσμηνοῦ θ' ὕδωρ.
Ὁρῶ δὲ μητρὸς μνῆμα τῆς κεραυνίας
Τόδ' ἐγγὺς οἴκων, καὶ δόμων ἐρείπια

Bacchus, quem peperit olim Cadmi filia
Semele, obstetrice usa fulgurante igne.
Formam vero permutans ex deo humanam,
Adsum *ad* fontes dircæ, et Ismeni aquam.
Et video sepulchrum matris ictæ-fulmine
Hoc, juxta domum, et ædium ruinas

Brumœus censuerat, fabulam hanc esse satyricam aut saltem propius ad istud genus accedere, certe similem esse ei speciei carminum, cui tragœdia originem debeat suam (T. VIII. p. 152. s.). Repugnat Prevostus. Nam Eustathium docere, solum Cyclopem esse drama satyricum, requiri ad illud satyrorum chorum et genus scribendi magis rusticum; forte Bacchas exhibitas esse conjicit tempore festi cujusdam Baccho sacri, unde omnia plena esse dei laudibus. Cæt. Prev. egregie docet, qua in re differat hæc tragœdia ab aliis Euripidis Omnia in argumento sunt supernaturalia, Bacchus numinis sui cultum vindicaturus est. Nulla existere implicatio actionis potest, nisi quæ ex ipso oriatur Bacchi ingenio. Nam Pentheus deo resistere recte nequit. Actio igitur manca videtur et imperfecta. " C'est une suite de riches tableaux, de beaux mouvemens, de situations tragiques, de vers brillans de poësie, liés par un foible intérêt." Penthei impietas tegitur specie philosophiæ et rationis; itaque nobis non nisi sapiens videri potest. Sed cogitandus, qualis Atheniensibus apparuit. Spectaculum, quod tragœdia exhibet, curiositatem spectatorum adjuvare plurimum debuit. Sed recte addit Prev.: " Un poëte ne devroit jamais oublier, que le spectacle, quelqu' impression qu'il puisse faire, n'est point la principale partie de son art, et que la force de tragédie doit se faire sentir loin du théâtre et des décorations de la scène." *Beck.*

2. Διόνυσος,] De hoc nomine et illius derivatione apud auctores disceptatur; qui Græcum statuunt, a Διὸς, Jovis, deducunt, cujus filius habebatur, et a νῦσος, quod Syracusanum est, pro χωλὸς, quod, Jovis femori insutus cum esset, claudicabat Jupiter. Ita Nonnus Dionys. Lib. IX. v. 18.—Λοχευομένῳ δὲ Λυαίῳ Πατρῴην ἐπέθηκεν ἐπωνυμίην τοκετοῖο, Κικλήσκων Διόνυσον, ἐπεὶ ποδὶ φόρτον ἀείρων Ἤïε χωλαίνων Κρονίδης βεβριθότι μηρῷ· Νῦσος ὅτι γλώσσῃ Συρακοσσίδι χωλὸς ἀκούει. Qui ab Indis nomen trahunt, dicunt, Dionysum significare dominum Nysæ. Et Nysa putatur mons Indiæ, Du autem, vel Dy, sonat dominum. Δεῦνος certe apud Indos regem significat: Δεῦνον δὲ τὸν βασιλέα λέγουσιν οἱ Ἰνδοὶ, inquit Juba apud Etymologum. Et Tzetzes: Κατὰ Ἰνδοὺς δὲ Δεύνυσσος, Δεῦνος καὶ ἄναξ Νύσσης. Nonnulli autem Νύσα per metathesin pro Sina ponunt, ut quidem Judæorum Mosen per Gentilium Bacchum figurari putant docti homines haud pauci; nec id male ex Nonni Dionysiacis colligi potest. Præcipue vero, si bene nomen memini, Theophilus Gale in Gentilium Atrio, Lib. II. c. 3. id fecit. Nobis hisce non est immorandum. *Barnes.*

3. Σεμέλη,] Cadmi, Thebarum regis, et Harmoniæ filia, de qua vid. Ovid. Metamorph. Lib. III. Fab. 3. et Nonni Panopol. Dionys. Lib. VII. Sorores habuit Ino, Autonoam et Agavem. *Barnes.*

Σεμέλη λοχευθεῖσ' ἀστραπηφόρῳ πυρί·] Hinc intelligendus Seneca in Medea. 84.

Proles fulminis improbi
Aptat qui juga tigribus.

Proles fulminis quem fulminis splendore et fragore perculsa Semele partu edidit. Simili audacia Alcæus Epigr. V.

Τυφόμενα, δίου τε πυρὸς ἔτι ζῶσαν φλόγα,
Ἀθάνατον Ἥρας μητέρ᾽ εἰς ἐμὴν ὕβριν.
Αἰνῶ δὲ Κάδμον, ἄβατον ὃς πέδον τόδε
Τίθησι, θυγατρὸς σηκόν· ἀμπέλου δέ νιν
Πέριξ ἐγὼ 'κάλυψα βοτρυώδει χλόῃ.
Λιπὼν δὲ Λυδῶν τὰς πολυχρύσους γύας,

Fumantes, et adhuc viventem flammam divini ignis,
Perpetuam contumeliam Junonis in meam matrem.
Laudo autem Cadmum, qui inaccessum hunc locum
Facit, sacellum filiæ: vitis vero ipsum
Undique ego sepivi racemiferis frondibus.
Relinquens autem Lydorum auro abundantes agros,

καὶ Σεμέλας ὠδῖνα κεραύνιον.

Meleager. Epigr. CXIII.

Αἱ Νύμφαι τὸν βάκχον, ὅτ᾽ ἐκ πυρὸς ἥλαθ᾽ ὁ κοῦρος
νίψαν ὑπὲρ τέφρης ἄρτι κυλινδόμενον.

Jacobs.

4. *Μορφὴν δ᾽ ἀμείψας ἐκ θεοῦ βροτησίαν Πάρειμι*] De Bacchi adventu ad Thebas vid. Ovid. Metamorph. Lib. III. Fab. 7. *Liber adest, festisque fremunt Ululatibus agri*, etc. Item Nonni Dionys. Lib. XLIV. XLV. XLVI. *Barnes.*

8. Plutarch. Solon. p. 79. A. 5. *Por.*

9. *Ἀθάνατος ὕβρις*] Erat, quod flammam, qua consumta erat Semele, ab illo deinde tempore perpetuo ardere effecerat. vid. infra v. 586. et v. 613. Nonnum Lib. XLVI. v. 220.

Ἀθάνατον Ἥρας μητέρ᾽ εἰς ἐμὴν ὕβριν.] Quomodo Juno zelotypa Semelæ suaserit, ut Jovem sibi talem optaret ad concubium venire, qualem se Junoni exhibere solebat, unde illa Deum ferre non valens flammis fuerit consumta, etc. vid. Ovid. Metamorph. Lib. III. Fab. 3. *Surgit ab his solio, fulvaque recondita nube Limen adit Semeles: Nec nubes ante removit, Quam simulavit anum*, etc. Hanc ergo Junonis injuriam in matrem suam Bacchus vocat *Ἀθάνατον*, i. e. nunquam obliviscendam. Joh. Brodæus mire sui oblitus erat, exponendo, quasi *φλὸξ* hic diceretur *Ἥρας μήτηρ*, quo nihil magis ridiculum. *Barnes.*

10. Interpungo:

— *ἄβατον ὃς πέδον τόδε*
τίθησι, θυγατρὸς σηκὸν — —

Qui locum hunc inaccessum statuit, tanquam filiæ sacellum.

ἄβατον ἱερὸν habet Plato Lachete, p. 483. B. *Musg.*

10. s. *ἄβατον ὃς πέδον τόδε Τίθησι θυγατρὸς σηκόν·*] De Sanctitate Sepulcrorum vid. Joh. Kirchmann. de Funerib. Roman. Lib. III. c. 21. De Templorum Origine ex Sepulcris, ibid. Lib. II. c. 27. Item quomodo Templa et Basilicæ Consecratis Mortuis erigebantur, ibid. Lib. IV. c. 14. *ἄβατον πέδον* autem vocat, quod sacrum erat, ob sepulcri religionem, et quia fulgurita periit Semele; de qua re nos supra ad Suppl. v. 944. ubi *κεραυνοπλῆγες νεκροὶ ἱεροί.* Denique ob templum ibi exstructum. *Barnes.*

11. s. *ἀμπέλου δέ νιν Πέριξ ἐγὼ κάλυψα βοτρυώδει χλόῃ.*] Hic alludit poëta ad sepulcrorum sepimenta, de quibus vid. Joh. Kirchmann. Lib. III. c. 17. *Barnes.*

12. *κάλυψα*] Nonnus Lib. LIV. v. 127. *Musg.*

Lege *ἐγὼ 'κάλυψα.* *Heath.*

13. Bacchus in Lydia et Phrygia educatus est: postea vir factus, Persiam, Bactriam, Mediam, Arabiam, Ioniam bello subegit. Constructio igitur est: *λιπὼν δὲ τὰς πολυχρύσους γύας Λυδῶν Φρυγῶν τε, ἐπελθών τε ἡλιοβλήτους πλάκας Περσῶν, Βάκτριά τε τείχη*, etc. *Musg.*

Λιπὼν δὲ Λυδῶν, etc.] Hos quatuor versus Strabo *Γεωγραφικῶν*, Lib. I. citat, nullumque locorum ordinem ex geographiæ regulis hic a poëta observatum recte memorat. De Bacchi autem expeditione in Orientem vid. Nonni Panopolitani *Διονυσιακῶν* Opus libris 48. absolutum, Apollodori Bibliothec. Lib. III. c. 5. Diodor.

Φρυγῶν τε, Περσῶν θ' ἡλιοβλήτους πλάκας,
Βάκτριά τε τείχη, τήν τε δύσχειμον χθόνα
Μήδων ἐπελθὼν, Ἀραβίαν τ' εὐδαίμονα,
Ἀσίαν τε πᾶσαν, ἣ παρ' ἁλμυρὰν ἅλα
Κεῖται, μιγάσιν Ἕλλησι βαρβάροις θ' ὁμοῦ
Πλήρεις ἔχουσα καλλιπυργώτους πόλεις,
Κἀκεῖ χορεύσας, καὶ καταστήσας ἐμὰς
Τελετὰς, ἵν' εἴην ἐμφανὴς δαίμων βροτοῖς,
Ἐς τήνδε πρῶτον ἦλθον Ἑλλήνων πόλιν.

Et Phrygum, Persarumque apricos campos,
Et urbes Bactrianorum, et gelidam terram
Medorum peragrans, et Arabiam felicem,
Et Asiam universam, quæ ad salsum mare
Jacet, mixtis Græcis et barbaris simul
Populosas habens turribus bene-munitas urbes,
Illicque agens choros et constituens mea
Sacra, ut sim manifestus deus hominibus.
Ad hanc primum veni civitatem Græcorum:

Sicul. Lib. IV. Dominus Gualterus Raleigh in quodam Tractatu. *Barnes.*

13. ss. Auctor Christ. Pat. 1593. ss. hos versus cum insigni varietate ita transtulit:

Ὃς τὰς Λυδῶν πανευκλεεῖς λιπὼν πόλεις
Φρυγῶν τε, Περσῶν θ' ἡλιοβλήτους πλάκας,
Βάκτρεια τείχη, τήνδε δυσχείμων χθόνα
Μήδων παρελθὼν Ἀράβων τ' εὐδαίμονα
Ἔθνη τὰ μακρὰν καὶ σκότῳ βεβυσμένα.
Πᾶσάν τ' Ἀσίαν, ἣν παρ' ἁλμυρὰν ἅλα
Ἕλλησι κεῖσθαι φασὶ, βαρβάροις θ' ὁμοῦ,
Πλήρεις ἔχουσαν καλλιπυργώτους πόλεις,
Εἰς τήνδε πρῶτον ἦλθες Ἑβραίων χθόνα.

Ex Piers. Veris. *Beck.*

14. Hic versus in utroque Regio Codice omissus. *Brunck.*

15. s. δύσχειμον χθόνα Μήδων] Strabo Lib. XI. citatus a Barnesio: θερίζουσί γε ἐνταῦθα οἱ βασιλεῖς· ψυχρὰ γὰρ ἡ Μηδία. p. 522. D. Ed. Par. et paullo post: ἡ πολλὴ μὲν καὶ ὑψηλή ἐστι, καὶ ψυχρά. p. 525. A. *Musg.*

τήν τε δύσχειμον χθόνα Μήδων] Mediam recte poëta vocat δύσχειμον, i. e. frigidam; nam Ecbatana erat metropolis Mediæ, ubi Persarum reges et Parthorum postea æstiva habebant: frigida enim est Media, testante Strabone Lib. XI. Ἧς μητρόπολις τὰ Ἐκβάτανα, μεγάλη πόλις καὶ τὸ βασίλειον ἔχουσα τῆς Μήδων ἀρχῆς. διατελοῦσι δὲ καὶ νῦν οἱ Παρθυαῖοι τούτῳ χρώμενοι βασιλείῳ, καὶ θερίζουσί γε ἐνταῦθα οἱ βασιλεῖς· ψυχρὰ γὰρ ἡ Μηδία. Et paulo post — Ἡ (Μηδία) πολλὴ μὲν οὖν καὶ ὑψηλή ἐστι καὶ ψυχρά· τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ τῶν Ἐκβατάνων ὄρη, etc. *Barnes.*

18. μιγάσιν Ἕλλησι βαρβάροις θ' ὁμοῦ] Ionas taxat poëta, qui Græci existentes inter barbaros in Asia minore habitabant. *Barnes.*

20. Ἑλλήνων] i. e. γνησίων Ἑλλήνων: Cæteri enim Græci Ionas μιξοβαρβάρους æstimabant. *Barnes.*

20. s. καταστήσας ἐμὰς Τελετάς. τελετὰς κατεστήσαντο, Menander Rhetor. ed. Ald. T. I. p. 608, 7. *Por.*

22. ss. Optime Piersonus Verisim. p. 122. "Versus 20. post hos binos ponendus est, et locus ita scribendus:

Κἀκεῖ χορεύσας, καὶ καταστήσας ἐμὰς
Τελετὰς, ἵν' εἴην ἐμφανὴς δαίμων βροτοῖς,
Εἰς τήνδε πρῶτον ἦλθον Ἑλλήνων πόλιν·
Πρώτας δὲ Θήβας τάσδε γῆς Ἑλληνίδος
Ἀνωλόλυξα.

Πρώτας δὲ Θήβας τῆσδε γῆς Ἑλληνίδος
Ἀνωλόλυξα, νεβρίδ' ἐξάψας χροὸς,
Θύρσον τε δοὺς ἐς χεῖρα, κίσσινον βέλος,
Ἐπεί μ' ἀδελφαὶ μητρὸς, ἃς ἥκιστ' ἐχρῆν,
Διόνυσον οὐκ ἔφασκον ἐκφῦναι Διός·
Σεμέλην δὲ νυμφευθεῖσαν ἐκ θνητοῦ τινος,
Εἰς Ζῆν' ἀναφέρειν τὴν ἁμαρτίαν λέχους,
Κάδμου σοφίσμαθ', ὧν νιν οὕνεκα κτανεῖν
Ζῆν' ἐξεκαυχῶνθ', ὅτι γάμους ἐψεύσατο.

Primas vero Thebas hujus terræ Græcanicæ
Ululatu-complevi, induens cervinam pellem corpori,
Et thyrsum dans in manus, hederaceum telum.
Quia me sorores matris, quas minime oportuit,
Dionysum negabant ex Jove natum esse;
Sed Semelen compressam ab aliquo mortali,
In Jovem contulisse culpam stupri,
Idque Cadmi commentis; quorum causa ipsam interfecisse
Jovem ementiebantur, quod finxisset hunc concubitum.

Hoc ipsa orationis ἀκολουθία requirit, et confirmat Apollodorus Biblioth. Lib. III. p. 175. Ed. Fabr. de Baccho: Διελθὼν δὲ Θράκην, καὶ τὴν Ἰνδικὴν ἅπασαν, στήλας ἐκεῖ στήσας, ἧκεν εἰς Θήβας. Unde facile quis in eam incidere posset suspicionem, apud Euripidem pro τελετὰς reponendum esse στήλας. Columnarum Bacchi, præter Strabonem Geogr. Libr. III. p. 259, 260. meminit Epigrammatarius Anthol. Lib. IV. Cap. XII. Ep. 33. εἰς ἄγαλμα Διονύσου καὶ Ἡρακλέους·

Ἀμφοῖν δὲ στῆλαι συντέρμονες —

Ubi plura suppeditat Jo. Brodæus. Sed vulgata lectio τελετὰς non temere est mutanda: cum Bacchus ibi etiam sacra sua constituerit, et τελετὰς καταστῆσαι æque bonum sit, ac στήλας καταστῆσαι, vel στῆσαι. Plato Phædon. p. 580. F. καὶ κινδυνεύουσι καὶ οἱ τὰς τελετὰς ἡμῖν οὗτοι καταστήσαντες, οὐ φαῦλοί τινες εἶναι. Lucianus Op. Tom. II. p. 244. τελετήν τε γάρ τινα συνίσταται καὶ δᾳδουχίας καὶ ἱεροφαντίας." *Musg.*

24. Ἀνωλόλυξα significatione transitiva. Lexicographis non observata, pro πρὸς ὀλολυγμὸν ἐκίνησα. *Beck.*

25. Quod in codicibus aliquot pro βέλος lectum fuerit μέλος, id Aldino typothetæ fraudi fuit, ut in Sophoclis loco, de quo egi in notis ad Orest. 1263. *Brunck.*

βέλος,] Ita MSS. Steph. Ed Ald. et MSS. Par. μέλος. Vide ad v. 693. *Musg.*

κίσσινον βέλος,] Ita Ovid. Epist. *Ut quas Pampinea tetigisse Bicorniger hasta creditur.* Sic Virgil. Eclog. V. v. 31. *Et foliis lentas intexere mollibus hastas.* Sic Seneca Herc. Fur. *Tectam virenti cuspidem thyrso gerens.* Justinus Mart. ὥσπερ αἱ Βάκχαι διὰ σχήματος εἰρηνικοῦ τὰς λόγχας ἐν τοῖς Θύρσοις περιφέρουσιν. Denique Plinius Lib. XVI. c. 24. *Hedera Liberi patris adornat thyrsos.* Sed de his rebus singulatim nos infra, ut res postulaverit. *Barnes.*

28. Apud Johann. Malal. Chron. p. 51. legitur λοχευθεῖσαν. forsan scripserit Noster μοιχευθεῖσαν. *Heath.*

30. σοφίσμαθ',] Intelligo σοφίσματα accusativo plurali, non σοφίσματι. vid. Phœniss. v. 1155. et ad Iphig. in Aul. v. 233. *Musg.*

31. ἐξεκαύχωνθ',] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. ἐξεκαυχώμεθ'. *Musg.*

Τοιγάρ νυν αὐτὰς ἐκ δόμων οἴστρησ' ἐγὼ
Μανίαις· ὄρος δ' οἰκοῦσι, παράκοποι φρενῶν,
Σκευήν τ' ἔχειν ἠνάγκασ' ὀργίων ἐμῶν·
Καὶ πᾶν τὸ θῆλυ σπέρμα Καδμείων, ὅσαι
Γυναῖκες ἦσαν, ἐξέμηνα δωμάτων·
Ὁμοῦ δὲ Κάδμου παισὶν ἀναμεμιγμέναι,
Χλωραῖς ὑπ' ἐλάταις ἀνορόφοις ἧνται πέτραις.
Δεῖ γὰρ πόλιν τήνδ' ἐκμαθεῖν, κεἰ μὴ θέλει,
Ἀτέλεστον οὖσαν τῶν ἐμῶν βακχευμάτων,
Σεμέλης τε μητρὸς ἀπολογήσασθαί μ' ὕπερ,
Φανέντα θνητοῖς δαίμον', ὃν τίκτει Διΐ.
Κάδμος μὲν οὖν γέρας τε καὶ τυραννίδα

Quamobrem ipsas ex ædibus œstro-percitas expuli ego
Furoribus, montem vero *nunc* habitant deliræ mentibus,
Coëgique *eas* habere ornatum meorum sacrorum,
Et totum sexum fœmineum Cadmeorum, quotquot
Nubiles erant, furore-correptas-expuli ex ædibus.
Simul vero cum filiis Cadmi mixtæ,
Viridibus sub abietibus insident rupes ubi nulla ædium tecta sunt.
Oportet enim civitatem hanc scire, etsi nolit,
Se non initiatam esse meis sacris,
Meque pro Semele matre causam agere,
Apparendo mortalibus deus, quem *ipsa* peperit Jovi.
Cadmus quidem et dignitatem et imperium

32. νῦν] Ita Edd. monitu H. Steph. nec variant MSS. Ed. Ald. νιν. *Musg.*

Vid. ΣΧ. Pindar. Nem. IV. 3. Valcken. Diatr. 153. *Burn.*

Perperam uterque cod. τοιγάρ νιν, quod habet etiam Aldi editio. νυν reponendum esse vidit H. Stephanus, quod pro δὴ accipiendum est, ut infra 1189. δειξόν νυν. *Brunck.*

Σκευήν τ' ἔχειν ἠνάγκασ' Ὀργίων ἐμῶν·] Hunc Baccharum apparatum fuisse apparet, nebridas, sindones, mitras ferulas, pampinos, hederam, thyrsos, tibias, fistulas, tintinnabula, tympana, de quibus Lilius Gyraldus, natalis comes, et Dempsterus ad Rosin. Lib. II. c. 11. *Barnes.*

36. Γυναῖκες] Significat fœminas adultas, et pro opposito habet παῖδας, non παρθένους. Vide infra v. 682. *Musg.*

38. ἀνορόφοις ἧνται πέτραις.] Sic ambo codices. Aldina lectio retineri non debuit. *Brunck.*

εἶνται] MSS. E. G. ἧνται. *Musg.*

39. s. ἐκμαθεῖν Ἀτέλεστον οὖσαν] Notus Idiotismus est, cui similem vide infra v. 47. *Musg.*

ἐκμαθεῖν Ἀτέλεστον οὖσαν] Sic Rhes. v. 439. Ξὺν τοῖσδ' ἄϋπνος οἶδα τλὰς πορπήμασιν. Est usitata phrasis et elegans, Atticismum redolens. *Barnes.*

Constructio est: ἐκμαθεῖν ἐμὰ βακχεύματα, ὧν ἀτέλεστός ἐστι, καὶ εἰ μὴ θέλων. *Reisk.*

41. Σεμέλης τε μητρὸς ἀπολογήσασθαί μ' ὕπερ, etc.] Ut eam me ex Jove, non autem ex homine quopiam, peperisse agnoscant. *Brod.*

44. Πενθεῖ δίδωσι, θυγατρὸς ἐκπεφυκότι,] Pentheus erat Filius Agavæ, Cadmi filiæ,

Πενθεῖ δίδωσι, θυγατρὸς ἐκπεφυκότι,
Ὃς θεομαχεῖ τὰ κατ' ἐμὲ, καὶ σπονδῶν ἄπο
Ὠθεῖ μ', ἐν εὐχαῖς τ' οὐδαμῶς μνείαν ἔχει.
Ὧν οὕνεκ' αὐτῷ θεὸς γεγὼς ἐνδείξομαι,
Πᾶσίν τε Θηβαίοισιν· ἐς δ' ἄλλην χθόνα,
Τἀνθένδε θέμενος εὖ, μεταστήσω πόδα,
Δεικνὺς ἐμαυτόν· ἢν δὲ Θηβαίων πόλις
Ὀργῇ ξὺν ὅπλοις ἐξ ὄρους Βάκχας ἄγειν
Ζητῇ, ξυνάψω Μαινάσι στρατηλατῶν.
Ὧν οὕνεκ' εἶδος θνητὸν ἀλλάξας ἔχω,
Μορφήν τ' ἐμὴν μετέβαλον εἰς ἀνδρὸς φύσιν.
Ἀλλ', ὦ λιποῦσαι Τμῶλον, ἔρυμα Λυδίας,

Pentheo tradidit, nato ex *sua* filia,
Qui gerit bellum mecum, et a libationibus
Repellit me, nec ullam facit mentionem *mei* in precibus.
Quamobrem ipsi me Deum esse demonstrabo,
Et cunctis Thebanis: in aliam vero regionem,
Rebus hic bene compositis, transferam pedem,
Ubi ostendero me ipsum. Si vero Thebanorum civitas
Per iram cum armis Bacchas a monte reducere
Conetur, exercitus-ducem me Mænadibus addam.
Quamobrem speciem mortalem *ex divina* mutatam habeo,
Et meam formam mutavi in virilem naturam.
Sed, O relinquentes Tmolum, propugnaculum Lydiæ,

ex Echione spartus. Videtur autem nomen ei inditum futuri casus προσημαντικὸν, ut observavimus ad Phœniss. v. 645. Luctuoso enim fato periit; unde Theocr. in Idyll. Ληναὶ, v. 26. Ἐξ ὄρεος πένθημα καὶ οὐ Πενθῆα φέροισαι. *Barnes.*

45. καὶ σπονδῶν ἄπο] Ut, cum cæteris diis libet ac sacrificet, nullam mei mentionem faciat. *Barnes.*

46. οὐδαμῶς ex utriusque codicis auctoritate edidi: Aldus, οὐδαμοῦ. *Brunck.*

Ὠθεῖ μ', ἐν εὐχαῖς τ' οὐδαμοῦ μνείαν ἔχει. δ' οὐδαμοῦ X. Π. 1567. *Por.*

51. Βάκχας. i. e. mulieres Thebanas, quæ in Cithærone orgia celebrabant. vid. v. 56. Tum ξυνάψω M. στρ. valet ξυνάψω μάχην τοῖς Θηβαίοις, στρατηλατῶν σὺν Μαινάσι. quo posteriori nomine designantur peregrinæ mulieres, quæ Bacchum comitabantur. Atticismum autem, librariorum incuria sæpissime obliteratum, et reclamantibus etiam libris restituendum. exhibent in ξυνάψω ambo codices. *Brunck.*

ἐξ ὄρους] Ita MSS. E. G. ut jam Piersonus, (Ver. p. 124.) qui optime distinguit Mænadas, peregrinas mulieres, quæ e comitatu dei erant, a Bacchis, fœminis Thebanis, quæ, urbe relicta, Cithæronem concesserant. Ed. Ald. ἐξόρους, *extorres*, quod frustra defendit Barnesius. *Musg.*

ἐξόρους Βάκχας ἄγειν] Joh. Brodæus exponit nunc absentes, infeliciter certe; quatuor enim post versibus ipsas Bacchas alloquitur: Quare ἐξόρους est efferendum per *extorres*, ab ἐξ et ὅρος, *limes.* *Barnes.*

55. Hunc et plures versus hinc laudat Strabo, p. 720. *Brunck.*

Ἀλλ', ὦ λιποῦσαι Τμῶλον, ἔρυμα Λυδίας,]

Θίασος ἐμὸς, γυναῖκες, ἃς ἐκ βαρβάρων
Ἐκόμισα παρέδρους καὶ ξυνεμπόρους ἐμοὶ,
Αἴρεσθε τἀπιχώρι' ἐν πόλει Φρυγῶν
Τύμπανα, Ῥέας τε μητρὸς, ἐμά θ' εὑρήματα,
Βασίλειά τ' ἀμφὶ δώματ' ἐλθοῦσαι τάδε
Κτυπεῖτε Πενθέως, ὡς ὁρᾷ Κάδμου πόλις·
Ἐγὼ δὲ Βάκχαις, ἐς Κιθαιρῶνος πτύχας
Ἐλθὼν, ἵν' εἰσὶ, συμμετασχήσω χορῶν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀσίας ἀπὸ γᾶς ἱερὸν Τμῶλον ἀ-

Sodalitium meum, mulieres, quas ex barbaris
Adduxi socias, et comites mihi,
Tollite consueta in terra Phrygum
Tympana, Rheæque matris, et mea inventa.
Regiasque circa domos istas profectæ
Penthei pulsate, ut *hæc* videat Cadmi civitas.
Ego vero cum Bacchis ad Cithæronis juga
Profectus, ubi sunt, particeps ero chorearum.

CHORUS.

Asiatico ex agro *profecta*, sacrum Tmolum

Tmolum, Lydiæ montem, in quo Liberum patrem genitum ferunt nonnulli.
Brodæus.

56. Θίασος ἐμὸς γυναῖκες,] Thiasus multitudinem rei divinæ causa collectam, *pompam* quoque, quæ Dionysum comitabatur, significat. Athenæ. Deipnosoph. Lib. VIII. Καλεῖται δὲ καὶ ὁ τῷ Διονύσῳ παρεπόμενος ὄχλος Θίασος, ὡς Εὐριπίδης φησίν· Ὁρῶ δὲ Θιάσους τρεῖς γυναικείων χορῶν. Τοὺς μὲν οὖν Θιάσους ἀπὸ τοῦ Θεοῦ προσηγόρευον. Καὶ γὰρ αὐτοὺς τοὺς Θεοὺς οἱ Λάκωνες σιοὺς φασι. Isæus: Καὶ εἰς τοὺς Θιάσους τοῦ Ἡρακλέους ἐκεῖνον ἐσήγαγεν. Janus Parrhasius et plerique alii per ῦ enuntiant, ac παρὰ τῷ θύω derivant. Nos per ἰῶτα scribendum judicamus. Sic igitur apud Virgil. Eclog. V. v. 30. legendum est — Daphnis Thiasos inducere Baccho. Hæc Joh. Brodæus. Plura de voce Θίασος nos ad Phœniss. v. 808. Quod autem Athenæus dixit, Θεοὺς Laconice σιοὺς proferri, id certissimum est vel ex hoc illorum Juramento per Castorem et Pollucem, patrios deos, et emphatice Geminos dictos, Μὰ τὼ σιὼ, ἤγουν μὰ τὼ Θεώ. Hinc et Σίβυλλα dicitur, quasi σιοῦ βουλὴ, ut Grammatici volunt.
Barnes.

58. Αἴρεσθε τἀπιχώρι' ἐν πόλει Φρυγῶν Τύμπανα] Pessinuntem, urbem Phrygiæ, notat, de qua Livius, Lib. XXIX. Item Herodianus, Lib. I. Αὐτὸ μὲν τὸ ἄγαλμα Διοπετὲς, ὡς λέγουσιν· οὔτε γὰρ τὴν ὕλην, οὔτε τεχνιτῶν ὅστις ἐποίησεν ἐγνωσμένον, οὐδὲ ψαυστὸν χειρὸς ἀνθρωπίνης. Τοῦτο δὲ πάλαι ἐξ οὐρανοῦ κατενεχθῆναι λόγος εἴς τινα τῆς Φρυγίας χῶρον. Πεσσινοῦς δὲ ὄνομα αὐτῷ, τὴν δὲ προσηγορίαν λαβεῖν τὸν τόπον, ἐκ τοῦ πεσόντος ἀγάλματος ἐξ οὐρανοῦ πρῶτον ἐκεῖσε ὀφθῆναι (lego ὀφθέντος.) Vel certe Berecynthum, Phrygiæ montem, intelligit hic poëta, in qua etiam mater Idæa, sive Cybele, deum mater, colebatur. Hinc Virgil. Æn. Lib. VI. v. 784. — *Qualis Berecynthia mater Invehitur curru Phrygias turrita per urbes,* etc. Vid. Stephanum περὶ πόλεων in Βερέκυνθος.

μείψασα, θοάζω Βρομίῳ
Πόνον ἡδὺν, κάματόν τ' εὐκάματον,
Τὸν Βάκχιον εὐαζομένα θεόν.
Τίς ὁδῷ; τίς ὁδῷ;
Τίς δὲ μελάθροις; ἔκτοπος ἔστω,
Στόμα τ' εὔφημον ἅπας ὁσιούσθω.
Τὰ νομισθέντα γὰρ
Ἤδη Διόνυσον ὑμνήσω.
Ὦ μάκαρ, ὅστις αἰδήμων, τελετὰς θεῶν στροφὴ α'.
Εἰδὼς, βιοτὰν ἁγιστεύει,
Καὶ θιασεύεται ψυχὰν,

Relinquens, Bromio exerceo
Laborem jucundum, fatigationemque facilem,
Bacchicum celebrans deum.
Quis *in* via? quis *in* via?
Quis *in* atriis? cedat loco
Et os pium unusquisque sanctificetur.
Nam iis, quæ solenniter instituta sunt,
Nunc, Dionysum celebrabo.
O felix quicunque reverenter, sacra deorum
Sciens, purificat vitam:
Et consecrat animam,

Hinc Βερεκυνθιακὴ Ὄρχησις de Lymphatica saltatione; Hinc Horat. Carm. Lib. I. Od. 18. *Sæva tene cum Berecynthio Cornu Tympana.* Erat autem magna quædam similitudo inter Cybelæ et Bacchi orgia, ut recte dicat Poëta — Ῥέας τε μητρὸς, ἐμά θ' εὑρήματα. De tympanis autem Rheæ et Bacchi, in orgiis suis, de eorum forma, etc. vid. fusius disserentem Hofmannum in voce tympanum. Dicitur vere Græce τύμπανον, et etiam τύπανον, a τύπτω. *Barnes.*

64. Male vulgo digesti versus hic et sequens varie interpolati fuerunt, reponente alio παραμείψασα, alio μεταμείψασα. Nihil extrinsecus adsuendum erat. Versus alter parœmiacus est. *Brunck.*

65. ἀμείψασα,] Legendum metri gratia μεταμείψασα. *Musg.*

Heath. reponit παραμείψασα. *Beck.*

66. Cit. Plutarch. de Tranq. An. vol. II. 618. et vol. IV. 27. *Burn.*

68. Τίς ὁδῷ;] Ita fere in sacris solebant alta voce denunciare, ne quis profanus adesse audeat: ἐξίτωσαν οἱ βέβηλοι, et ἑκὰς, ἑκὰς, ὅστις ἀλιτρὸς Callim. et θύρας ἐπίθεσθε βεβήλοις, Orph. Sic v. 69. ἔκτοπος ἔστω. *Barnes.*

69. ἔκτοπος ἔστω, *abscedat, hinc facessat.* Propius ad eos pertinet, qui tum forte in publico erant et occurrere poterant, ut alterum στόμα τ' εὔφημον ἅπας ὁσιούσθω, *favete linguis*, ad eos, qui domi erant, quibus etiam prius eo sensu dictum intelligi potest, ut in interiore ædium parte se continere jubeantur, nec sacra usurpent oculis, ex tectis fenestrisve prospectantes. Vide initium Callimachi in Cererem hymni. Sic saltem antiqua lectio defendi potest. Musgravius suadet ἄκτυπος. *Brunck.*

ἔκτοπος] An legendum ἄκτυπος, *tranquillus:* cur enim ἔκτοπον esse jubeat, non intelligo. *Musg.*

Reisk. emendat: τοῖσδε μελάθροις ἔκτοπος ἔστω. *qui in via est, decedat ab his*

Ἐν ὄρεσι βακχεύων,
Ὁσίοισιν καθαρμοῖς·
Τά τε Ματρὸς μεγάλας
Ὄργια Κυβέλας θεμιστεύων,
Ἀνὰ θύρσον τε τινάσσων,
Κισσῷ τε στεφανωθεὶς,
Διόνυσον θεραπεύει.

In montibus bacchans,
Sacris purgationibus:
Et matris magnæ
Orgia Cybeles colens,
Thyrsumque quatiens,
Et hedera coronatus,
Dionysum colit.

ædibus. τὶς h. l. esse *quisquis,* non interrogare. *Beck.*

70. Στόμα τ' εὔφημον ἅπας ὁσιούσθω.] Huc pulchre ab Horatio allusum: *Odi profanum vulgus et arceo: Favete linguis: Carmina non prius Audita Musarum Sacerdos Virginibus Puerisque canto.* Nolo autem in re notissima diutius immorari. *Barnes.*

71. Τὰ νομισθέντα] Ita Ed. Ald. Edd. nonnullæ κατὰ νομισθέντα, quod metrum corrumpit, sensum non juvat. Servatis, ut nunc leguntur, vocibus, distinctionem mutaverim:

τὰ νομισθέντα γὰρ
Αἰεὶ, Διόνυσον ὑμνήσω.

i. e. Διόνυσον ὑμνήσω, ὅπερ ἀεὶ νομίζεται ποιεῖν. Vocalem brevem ante μν corripi posse, ostendit Toupius V. Cl. ad Suidam v. Δεκατεύειν: Solon in Elegia:

πέμπτῃ δ' ὥριον ἄνδρα μεμνημένον ἄρ' γάμου εἶναι.

vid. Iph. Aul. v. 602. et 1572. Hom. Il. ν'. v. 707. *Musg.*

Τὰ νομισθέντα δὲ] Ita Aldus recte, ut mihi videtur: nec erat, ut quis τὰ in κατὰ converteret: potest enim elegantius subaudiri; vel per appositionem refertur ad Διόνυσον ὑμνήσω. Carmina Pythagorica, νόμῳ ὡς διάκειται. *Barnes.*

72. Ἤδη] Sic ego ex conjectura. Vulgo legitur αἰεί. quod, incertum utro referatur, cum τὰ νομισθέντα non melius quam cum ὑμνήσω conjungitur. De posteriore, res manifesta: quod alterum adtinet, de his sacris adeo recens institutis dicere non possunt Mænades, se κατὰ τὰ ἀεὶ νομισθέντα quidvis eorum peracturas. E prava emendatione ortum videtur, et repositum fuisse pro ἀνὰ, quod in utroque codice legitur, reclamante metro. Nemini enim dubium erit, quin systema hoc basi et parœmiaco rite clauserit poëta. Sin vero, codicum lectio non prorsus rejectanea foret: ἀνὰ Διόνυσον ὑμνήσω dimeter est brachycatalect. proceleusmatico primam tenente sedem. Sed hoc nimis est irregulare. In ambobus autem codicibus hic recte scriptum Διόνυσον, unico σ: et sic fere semper. Infra v. 548. Νύσης uterque exhibet. Altera scriptura, quam prave retinuit Oxoniensis editio, barbariem redolet. Videndus Diodorus Sic. initio libri IV. *Brunck.*

72. Αἰεὶ] MSS. E. G. ἀνὰ. *Musg.*

Αἰεὶ Διόνυσσον ὑμνήσω.] Brunckius V. CL. acute vidit v. αἰεὶ corruptam esse. Mihi in mentem venit:

εὐοῖ, Διόνυσσον ὑμνήσω.

βακχικὸν γὰρ ἐπίφθεγμα ἐστὶν εὐοῖ. verba sunt Harpocrationis. vid. Wessel. ad Diodor. p. 284. Cum tamen in quibusdam Codicibus ἀνὰ legatur pro αἰεὶ, suspicari possis tragicum scripsisse:

ὦνα, Διώνυσέ, σ' ὑμνήσω.

Ἴτε Βάκχαι, ἴτε Βάκχαι,
Βρόμιον παῖδα θεὸν θεοῦ
Διόνυσον κατάγουσαι,
Φρυγίων ἐξ ὀρέων
Ἑλλάδος εἰς εὐρυχόρους ἀγυιάς,
Τὸν Βρόμιον·
Ὃν ποτ', ἔχουσ' ἐν ὠδίνων λοχίαις ἀνάγ- ἀντιστρ. α'.

Ite Bacchæ, ite Bacchæ,
Bromium deum dei filium
Dionysum deducentes
Ex Phrygiis montibus
In vicos latos Græciæ,
Hunc Bromium:
Quem olim cum esset in partus puerperis necessitatibus,

ad seqq. vv. confer Plutarch. de A. P. c. IV. Pindar. ap. Clem. Alex. III. p. 518. in Schneid. v. CL. Fragm. p. 83. Spanheim in Aristophan. Ran. 857. p. 304. *Jacobs.*

73. *αἰδήμων* Musgravio debetur. Inficeta vulgata lectio *εὐδαίμων*. *Brunck.*

εὐδαίμων,] Superfluum, ni fallor, epitheton, præcedente *μάκαρ*. Lego igitur *αἰδήμων*, *verecundus. Musg.*

Ὦ μάκαρ, ὅστις εὐδαίμων,] Hunc locum Strabo Lib. X. citat ad viginti sex versus a v. 55. Alii legunt *εὐδαίμονα*· Tum referatur ad *βιοτὰν* in sequenti versu. *Barnes.*

Reiskius *εὐδαιμόνων*. *Beck.*

75. *θιασεύεται*] *Θιασεύομαι*, *Initior in thyasos*, vel *Consecror*, si passive sumas, subaudi *κατὰ* ad *ψυχὰν*, sin mediæ vocis est, et activam habet significationem, *ψυχὰν* sequitur verbum. Aliud quid apud Gregorium Nazianzenum sonat. De thiasis vid. supra ad v. 56. *Barnes.*

θιασεύεται idem est, quod *θειάζεται*, *fit plenus deo. Reisk.*

77. Ut metrum respondeat antithetico, legendum *ὁσίοισιν*; ita versus erit antispasticus dimeter brachycatalectus, ex epitrito quarto, cui in antistr. opponitur epitritus tertius, et spondeo. *Heath.*

79. *θεμιστεύων*,] An ob metrum *θεμιστεύων*. *Musg.*

Ὄργια Κυβέλης] *Κυβέλη* et *Κυβήλη*, media syllaba etiam apud Latinos ancipiti, mater deorum, quam magnam dicebant; cujus alia nomina erant Ops, Rhea, Vesta, Dindymene, Berecynthia, etc. Dicitur autem Cybele a Cybelo, monte Phrygiæ, ubi sacra ejus primo creduntur instituta. Hesych. *Κύβελα, ὄρη Φρυγίας καὶ ἄντρα, καὶ θάλαμοι. Κυβέλη, μήτηρ θεῶν.* *Barnes.*

80. *θύρσον τε τινάσσων*,] *Ὁ Θύρσος καὶ τὸ Θύρσον*, ut in epigrammate subjecto Euripidis picturæ in frontispicio hujus libri — *Οἷά τε που θυμέλησιν ἐν Ἀτθίσι Θύρσα τινάσσων.* De thyrso autem, quod sit hasta Baccharum propria hedera revincta, vide Phœniss. v. 803. et præcipue supra v. 25. *Barnes.*

87. *εὐρυχόρους*] Codices et Aldina editio *εὐρυχώρους*, frequenti hac in voce aberratione. Vide interpretes ad Hesychium. Doctorum virorum emendationem omnino flagitabat metrum: versus est dimeter anapæsticus, unde in antistrophico *ἀμφεβάλοντο*, pro *ἀμφιβάλλονται* reponi debuit. *Brunck.*

εὐρυχόρους] Ita recte Barnesius. Exstat vox apud Homerum Iliad. *χ'*. v. 474. et alibi sæpe. Ed. Ald. *εὐρύχώρους*. *Musg.*

εὐρυχόρους ἀγυιάς] Ita pro *εὐρυχώρους* scribo: ita enim versus postulat, et hæc vox magis authentica. *Barnes.*

Ἑλλάδος εἰς εὐρυχώρους ἀγυίας.] Recte vidit Barnesius *εὐρυχόρους* legendum esse. De permutatione horum verborum disputavit Tib. Hemsterh. in Lucian. T. I. p. 54. ubi laudat hos versus oraculi cu-

καισι, πταμένας Διὸς βροντᾶς,
Νηδύος ἔκβολον μάτηρ
Ἔτεκε, λιποῦσ' αἰῶ-
να κεραυνίῳ πλαγᾷ·
Λοχίοις δ' αὐτίκα νιν
Δέξατο θαλάμοις Κρονίδας Ζεύς·
Κατὰ μηρῷ δὲ καλύψας,
Χρυσέαισιν συνερείδει
Περόναις κρυπτὸν ἀφ' Ἥρας.
Ἔτεκεν δ' ἁνίκα Μοῖραι
Τέλεσαν ταυρόκερων θεὸν,

Advolante Jovis tonitru,
Utero ejectum mater
Edidit, relinquens vitam
Fulminea plaga.
Puerperis autem confestim ipsum
Excepit thalamis Saturnius Jupiter:
Et occultans *in* femore,
Aureis conclusit
Fibulis abditum a Junone.
Peperit vero, quando Parcæ
Perfecerunt cornigerum deum,

jusdam ap. Demosthen. in Mid. p. 611. D.

εὐρυχέρους κατ' ἀγυίας
ἱστάναι ὡραῖον Βρομίῳ χόρον ἄμμιγα πάντες.

quæ verba ad nostrum locum illustrandum faciunt. Veram vim vocis εὐρύχορος aperuit Ill. Heyne ad Pindar. Olymp. Z. 33. *Jacobs.*

89. ἔχουσ', i. e. οὖσα, γιγνομένη. Aristoph. Ran. v. 716. Hinc liquet, ἔχουσα pro οὖσα bene Græcum esse. Nihilominus dubium mihi videtur, annon scripserit poëta πόδ' ἔχουσα, *pedem habens in puerperii doloribus.* Similes sane locutiones passim obviæ. Conf. Pindar. Olymp. VI. Antistr. 1. Æschyl. Prometh. 6. 263. Choëph. 695. Soph. Philoct. 1296. Nostri Hippol. 1288. Heraclid. 110. *Musg.*

90. λοχίοις δ' αὐτίκα νιν
δέξατο ΘΑΛΑΜΟΙΣ Κρονίδα Ζεύς.

Vulgo hæc de Semelæ puerperæ thalamo accipiuntur; quod jejunum. Fortasse dignior tragico lectio, quam literarum tractus sequentes e vulgata eruimus,

λοχίαις δ' αὐτίκα νιν
δέξατο ΠΑΛΑΜΑΙΣ Κρονίδα Ζεύς.

manibus obstetricantibus infantem flammis eripiens. Jacobs.

92. αἰῶνα] Αἰὼν ὁ *ætas*, αἰὼν ἡ *vita:* sic Hom. Iliad. χ'. v. 58. — αὐτὸς δὲ φίλης αἰῶνος ἀμερθῇς. *Barnes.*

95. Κρονίδα Ζεὺς] Vocativus pro nominativo, ut Νεφεληγερέτα Ζεὺς, Hom. etc. *Barnes.*

102. Mos erat in orgiis Mænadibus, et mystis Bacchi, capillos serpentibus implicare. — Recte igitur interpretatur Brodæus: *captos serpentes*, et θηροτρόφοι, ὀφιοτρόφοι. Vid. v. 687. *Heath.*

103. θυρσοφόροι] Amborum codicum auctoritate sic edidi, quorum lectione cur melius aliquid quæreretur, non video.

Στεφάνωσέν τε δρακόντων
Στεφάνοις, ἔνθεν ἄγραν
Θυρσοφόροι Μαινάδες ἀμφεβάλον-
το πλοκάμοις.
Ὦ Σεμέλας τροφοὶ Θῆβαι, στροφὴ β'.
Στεφανοῦσθε κισσῷ·
Βρύετε, βρύετε χλοηρᾷ
Σμίλακι καλλικάρπῳ,
Καὶ καταβακχιοῦσθε δρυὸς
Ἢ ἐλάτας ἐν κλάδοις·
Στικτῶν δ' ἐνδυτὰ νεβρίδων

Et coronavit draconum
Sertis; unde prædam
Thyrsigeræ Mænades injiciunt undique
Crinibus.
O Thebæ, nutrices Semeles,
Coronamini hedera:
Florete, florete viridi
Smilace pulchros-habente-corymbos,
Et bacchamini quercus
Aut abietis frondibus *ornatæ:*
Et vestem maculosarum pellium-cervinarum

ἀμφιβάλλοντο, *circumdare solent*; nota proprietas aoristi. Manifestum est autem, ἄγραν intelligi debere de captis serpentibus. Horatius Carm. II. 19.

Tu separatis uvidus in jugis
Nodo coërces viperino
Bistonidum sine fraude crines.

Brunck.

103. Θηροτρόφοι] MSS. E. G. θυρσοφόρον. Sed præstiterit θηροτρόφον, i. e. θήρειον. Alioqui non docet Chorus, quo genere prædæ crines circumligaverint Bacchæ. Confer Nonnum, Lib. XIV. v. 234. Quanquam, nisi exemplo probetur, θηροτρόφος poëtice dici pro θήρειος, legendum potius fuerit κηροτρόφον, *letiferam. Musg.*

Μαινάδες] Baccharum varia nomina: ab auctore Bacchæ, a furore Mænades, Th. μαίνομαι, Bassarides, a veste, vel a vulpe, si placet, sic dictæ. Mimallones, Lenæ et Thyades; non est hic locus ab Oriente hæc nomina deducendi. *Barnes.*

107. Quod de regiorum codicum scriptura perhibet ad hunc versum Clariss. Musgravius, non usquequaque verum est. In E. perspicue scriptum χλοηρᾷ: in G. χλοηρεῖ. Sed errorem in describendo admissum correxit ipse librarius, diphthongo ει superposita litera α. χλοηρὴς autem an alicubi reperiatur, nescio: frustra illud quæsivi. *Brunck.*

χλοηρᾷ] MSS. E. G. χλοήρει, quod mihi elegantius videtur. *Musg.*

108. Σμίλακι καλλικάρπῳ,] Vid. Plinium, Lib. XVI. c. 34. *Brodæus.*

110. Ἢ ἐλάτας ἐν κλάδοις·] Sic uterque cod. Hæc lectio si ob metrum mutata fuit, ex illius inscientia id factum. Versus est choriambicus dimet. catal. nec necesse est, ut pes pedi respondeat. *Brunck.*

111. τ' ἐνδυτὰ] Ed. Ald. τ' ἐνδυτὸν. MSS. E. G. δ' ἐνδυτά. Cum neutra

Στέφετε λευκοτρίχων πλοκάμοις
Μαλλῶν· ἀμφὶ δὲ νάρθηκας ὑβριστὰς
Ὁσιοῦσθ᾿· αὐτίκα γᾶ πᾶσα χορεύσει.
Βρόμιος, ὅστις ἄγει θιάσους
Εἰς ὄρος, εἰς ὄρος, ἔνθα μένει
Θηλυγενὴς ὄχλος,

Velate candidorum pecorum
Velleribus: circum autem ferulas protervas
Sanctificemini: mox terra omnis aget choreas.
Bromius *enim est*, qui choros ducit
In montem, in montem, ubi manet
Muliebris turba,

lectio placeret, tertiam ex utraque conflavi. *Musg.*

Στικτῶν τ' ἐνδυτὸν] Ita pro ἐνδυτὰν scribo. Vid. v. 138. Ἱερὸν ἐνδυτὸν νεβρίδος, et v. 735. Θᾶσσον δὲ διεφοροῦντο σαρκὸς ἐνδυτά. Quin Brodæus et Scaliger ἐνδυτὸν legunt. Νεβρίδων] Ἡ νεβρὶς τὸ τῆς νεβροῦ δέρμα. De hac re vid. Pauli Leopardi Emendat. Lib. V. c. 12. Cœlii Rhodigin. Antiq. Lection. Lib. VII. c. 15. Natal. Com. aliosque, præsertim Eurip. Schol. ad Phœniss. v. 803. *Barnes.*

ἐνδυτὰ etiam Reisk. *Beck.*

112. s. λευκοτρίχων πλοκάμοις Μαλλῶν·] Sic optime Musgravius, pro vulgato λευκοτρίχων πλοκάμων μαλλοῖς. *Brunck.*

λευκοτρίχων πλοκάμων Μαλλοῖς·] Si lanam albam intelligit, dicendum, credo, erat, λευκοτρίχων πλοκάμοις μαλλῶν, vel λευκοτρίχων ποκάδων. Grammatici quidem ποκάδες, τρίχες interpretantur; sed per errorem, credo, pro πλοκάδες, ut scribit Photius Lex. MS. ποκάδες autem sunt *oves*. Frustra Abreschius locum hunc ex Hesychio interpretatur, μαλλὸν per καθειμένην κόμην explicanti. Nam, ut aliquis propria coma στέφεσθαι dicatur, an omnes Thebani λευκότριχες erant?

Quæ Græcis στέμματα audiunt, apud Statium sunt *vellera*. Thebaid. II. v. 96. et 121. *Musg.*

Reiskius conjicit ποκάδων, *ovium, quæ tondentur;* si recte habeat vulgata, debere μαλλοὺς λευκοτρίχων πλοκάμων idem esse, ac manipulos candidorum et crisporum crinium. *Beck.*

113. ἀμφὶ δὲ νάρθηκας ὑβριστὰς] Νάρθηξ Baccho et Illius ministris proprius, unde illud—Πολλοὶ μὲν ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ τε Βάκχοι. Vid. Cœl. Rhodigin. Lib. VII. c. 13. et 20. ὑβριστὰς autem dicit poëta, quod iis Mystæ obvios quosvis per jocum cæderent. *Barnes.*

114. Nulla est ratio, cur ὁσιοῦσθ' mutetur. Ferulis, quas Bacchantes manu gestabant, συνεκδοχικῶς ipsa hic designantur orgia, quibus sanctiores se fieri jactabant, qui iis operabantur. *Brunck.*

Ὁσιοῦσθ'·] Lego θιασοῦσθ'. *Circa ferulas insolentes in thiasos congregamini.* Verbi θιασόω vestigia exstant in voce θιασῶταν infra v. 540. *Musg.*

Forte, ὀρσιοῦσθε, h. e. ἐγείρετε, ἐρετίσετε, σοβήσετε. vel etiam *sublimes et erectos feretis. Reisk.*

115. ὅστις] Non significat *quicunque*, sed *simpliciter qui*, ut Hippol. v. 1071. Alcest. v. 675. Androm. v. 590. Sensus est: *Bacchus, Bacchus revera est, qui thiasos in montem ducit. Musg.*

118. Leg. ἀφ' ἱστῶν ἀπὸ κερκίδων τ' οἰστρ.] Nam παρὰ notat caussam efficientem, quæ hic erat Bacchus, non radii textorii. ἀπὸ notat *abinde*, et jungi debet cum οἰστρηθείς. *Reisk.*

120. Reisk. ᾧ, *cui*, scil. Baccho. *Beck.*

121. Κρῆτες] Adjectivum est cum ἔναυλοι connectendum, non, ut Interpretes credidisse videntur, substantivum. *Musg.*

122. Διογενέτορες ἔναυλοι,] Male Interpretes: *Jove geniti incolæ.* Vertendum erat: *Natalitia Jovis domicilia. Musg.*

Διογενέτορες ἔναυλοι,] Nos hic varias Henr. Stephani lectiones nil moramur, pro ἔναυλοι, ἔνθ' αὐλοὶ et ἔνθα τρικόρυθες

Ἀφ' ἱστῶν, παρὰ κερκίδων τ',
Οἰστρηθεὶς Διονύσῳ.
Ὦ θαλάμευμα Κουρήτων, ἀντιστρ. β'.
Ζάθεοί τε Κρῆτες
Διογενέτορες ἔναυλοι,
Τρικόρυθές γ' ἶν' ἄντροις

A telis, et a radiis,
Furore excita a Baccho.
O contubernium Curetum,
Et divini Cretenses
Natalitii Jovis specus,
Ubi triplicem galeam gestantes in antris,

ἀνθροῦσι, quia nec sensui, nec metro, commodæ videantur. In antro quodam in Creta Jupiter adhuc infans latuisse dicitur, Corybantibus interea tympana pulsantibus, ut pueri vagitus a Saturno patre audiri non possent, quem ille semel agnitum devoraturus erat. *Barnes.*

ἔναυλοι,] Si Curetes in saltatione circa Jovem vagientem tibias etiam adhibuerunt, lectio hæc proba est; valet enim i. q. σύναυλοι, *sub concentu tibiarum.* Alias mallem ἔνοπλοι, *cum scutis,* et τρικόρυθες, *altis galeis.* *Reisk.*

Διογενέτορες reddi debet *Jovis genitores,* non *Jove geniti.* Quomodo horum utrumvis de Cretensibus dici potuerit, non video, nec quo sensu subjungatur ἔναυλοι incolæ, cum non addatur locus, quem incolebant, nec denique, quo tendat exclamatio illa ὦ θαλάμευμα Κουρήτων. Locus restitui potest sic:

Τῶν θαλάμευμα Κουρήτων
Ζάθεοί τε Κρῆτες
Διογενέτορος ἐν αὐλᾷ.

Curetum contubernium, divinique Cretenses, Jovis genitoris (Saturni) *in aula,* &c. *invenerunt* (tympanum). *Heath.*

123. Τρικόρυθές γ' ἶν' ἄντροις] Sic omnino, flagitantibus et metro et orationis nexu, scribendum. Strabonis impressi libri et Aldus, τρικόρυθές τ' ἐν ἄντροις. In G. ἔνθα τρικόρυθες ἐν ἄντροις. Sed, quod Musgravio prætermittendum non erat, vox ἔνθα litura circumducta est, qua significavit librarius eam in textum adsumendam non esse. Enimvero glossema est vocis ἶνα, quam reposuimus, cujus præterea locum invaserat aliud glossema olim superscriptum ἐν. Morem hunc fuisse glossatorum sciunt, qui veteres tractarunt libros, præpositiones elliptice suppressas inter lineas adnotandi, unde bonarum lectionum quamplurimæ ortæ depravationes. Versus, prout a nobis editus est, strophico ad amussim æquatus. Vide notata ad Phœn. 828. *Brunck.*

Ed. Ald. τρικόρυθές τ' ἐν ἄντροις.] Testatur autem H. Stephanus, editionem quandam Strabonis (vulgatæ nomine ipse designat) in hoc versu dedisse ἔνθα τρικόρυθες ἄνθ' οἷς: MS. autem codicem paullo aliter, sc. ἔνθα τρικόρυθες ἄνθουσι, MS. E. τρικόρυθες ἐν ἄντροις. MS. G. ἔνθα τρικόρυθές τ' ἐν ἄντροις. Metro favente, non dubitavi in contextu dare, quod et codices verum esse non obscure significant:

Ἔνθα τρικόρυθες ἄντροις.

De τριλοφίᾳ, vid. ad Orest. v. 1488. *Musg.*

Τρικόρυθες Κορύβαντες] Eurip. Orest. v. 1488. Οἷος, οἷος, Ἕκτωρ ὁ Φρύγιος, ἢ τρικόρυθος Αἴας. Schol. Ὁ τρικόρυθος, ὁ μεγάλην ἔχων περικεφαλαίαν· ἢ ὅτι ἔνιοι τῶν ἡρώων τριλόφοις ἐχρῶντο. Eustathius, fol. 803. lin. 57. Φάλος γάρ ἐστι μικρὸς ὀμφαλὸς, οὗ ἐκδεῖται ὁ λόφος· οἱ δὲ περὶ Ἀπίωνα καὶ Ἡρόδωρον οὕτω φασί· Φάλοι, ὀμφαλοὶ ἀσπίσι μικραῖς παραπλήσιοι· καὶ κεῖνται κατὰ τὸ μέτωπον, ὑπερέχοντες τῶν ὀφρύων, ἀποσκιάζοντες τὴν τοῦ ἡλίου αὐγὴν, οἷαι τῶν Παλλαδίων καὶ τῶν Κορυβάντων αἱ κόρυθες. Et Hesiod. Scut. v. 199. Ἔγχος ἔχουσ' ἐν χερσὶ, χρυσέην τε τριφάλειαν. Schol. Τριφάλεια κόρυς, ἡ ἔχουσα τρεῖς φάλους, ἤγουν ἐπαναστήματα. *Brodæus.*

Βυρσότονον κύκλωμα τόδε
Μοὶ Κορύβαντες εὗρον·
Ἀνὰ δὲ βακχείαν σύντονον
Κέρασαν ἡδυβόᾳ Φρυγίων
Αὐλῶν πνεύματι, θῆκάν τε Ῥέας εἰς

Hunc *tympani* rotundum orbem, intentum corio,
Invenerunt mihi Corybantes.
Et in Bacchicis sacris continuo
Miscuerunt dulcisono Phrygiarum
Tibiarum flatu, Rheæque

124. Delendum forte τόδε ob metrum. *Musg.*

Βυρσότονον κύκλωμα] Periphrasis tympani. *Barnes.*

Βυρσότονον κύκλωμα forte in mente fuit Hesychio, ubi nunc: Βυρσάτονος· τύμπανον. *Beck.*

125. μοι abundat, vel debet reddi: *quod in manibus, præ manibus, habeo.* τόδε μοι idem est, atque τόδε ἐμόν. *Reisk.*

126. Male vulgo legitur βακχείᾳ συντόνῳ. Manifestum est, has voces quarto casu poni debere, quæ reguntur a verbo κέρασαν. Versum 129. recte emendavit Musgravius. *Brunck.*

βάκχεια] Edd. recentiores errore typographico βακχείᾳ. MS. G. βάκχια. Legendum, ni fallor, βακχικὰ, subintelligendo ὄργια, vel ἱερά. *Musg.*

Aut βακχείῳ (puta πνεύματι), aut βακχείαις leg. ut constructio sit: συνεκέρασαν πνεύματι αὐλῶν Φρυγίων (i. e. tibiis Phrygiis) συντόνῳ (ἐν) βακχείαις. *Reisk.*

127. Verbo Κέρασαν deest accusativus. Igitur cum Porto leg. puto βακχείαν σύντονον, voce φωνὴν subaudita. *Heath.*

ἡδυβόα] Legendum puto cum Barnesio ἡδυβοᾶ, sive id casu in Barnesianæ contextum venit, sive aliter. *Musg.*

128. s. ματρός τε Ῥέας εἰς Χέρα θῆκαν κτύπον ἔν τ' ἄσμασι βακχᾶν.] Ita editio Aldina. Apud Strabonem, Lib. X. p. 469. Ed. Par. sic exhibetur: ματρός τε Ῥέας εἰς Χέρα, θῆκαν καλλίκτυπον εὔασμα βακχᾶν. Neutra harum lectionum commodum sensum præbet. Verum si terminatio vocis εὔασμα ex Aldina refingatur, existet non ineptum tympani epithetum, καλλίκτυπον εὐάσμασι βακχᾶν, *pulchre intersonans ululatibus bacchantium.* Quod si præter sensum et constructionem nihil spectandum esset, facile hac emendatione contenti esse possemus. Sed duo restant scrupuli: unus ex repetitione vocis ματέρος, post brevissimum intervallum invenuste recurrentis: alter vero ex mensura versus ἀντιστοίχου, quæ, si legatur καλλίκτυπον, non recipit θῆκαν. Utrique vitio occurretur, legendo:

θῆκάν τε Ῥέας εἰς
Χέρα, καλλίκτυπον εὐάσμασι βακχᾶν.

Rheam ipsam manu tympanum gestasse docet auctor de Dea Syria his verbis: τύμπανον ἔχει — ὁκοίην Ῥέην οἱ Λυδοὶ ποιέουσι. Pro ἔν τ' ἄσμασι, quod habet Aldina, MS. G. ἔν τ' ἄσθμασι. *Musg.*

129. Κτύπον εὐάσμασι Βακχᾶν] Henricus Stephanus, Καλλίκτυπον εὔασμα Βακχᾶν, ex Strabone restituit, pro κτύπον ἔν τ' ἄσμασι Βακχᾶν. Canterus vidit errorem veteris lectionis, et legebat κτύπον εὐάσμασι. Quæ sola lectio pari suo respondere facit hunc versum. *Barnes.*

Locum hunc sic mallem digeri: χέρα θῆκαν. παρὰ δὲ δεχόμενοι (per tmesin pro παραδεχόμενοι δὲ) σάτυροι ματέρος ἐξανύσαντο θεᾶς κτύπον εὐάσμασι Βακχᾶν, Curetes, vel Corybantes, tympanum *in manus posuerunt matri deûm,* quod ab *ea nacti Satyri effecerunt sonitum in orationibus Baccharum.* *Reisk.*

131. Simplex et expedita est hujus versus expositio, in qua non hæsitavit Heathius. *A Magna Matre furentes Satyri impetrarunt, ut sibi tympanum concederet.* ἀνύσασθαί τι παρά τινος, est *opera aut precibus aliquid ab alio consequi.* Theocritus Idyl. V. circa finem:

μέγα τοῦτο καχαξῶ

Χέρα, καλλίκτυπον εὐάσμασι Βακχᾶν,
Παρὰ δὲ μαινόμενοι Σάτυροι
Ματέρος ἐξανύσαντο θεᾶς·
Εἰς δὲ χορεύματα
Συνῆψαν Τριετηρίδων,

Manus posuerunt in cantibus Baccharum pulchre adsonantem.
Juxta vero furentes Satyri,
Deæ Matris *sacra* peregerunt.
Ad choros vero
Conjunxerunt Trieteridum,

κηττῶ Λάκωνος τῶ ποιμένος, ὅττι πόκ' ἤδη
ΑΝΥΣΑΜΑΝ τὸν ἀμνόν.

Æschylus Prom. 706.

τὴν πρίν γε χρείαν ἠνύσασθ' ἐμοῦ πάρα
κούφως.

Brunck.

ἐξανύσαντο] Ed. vulgata Strabonis, teste H. Stephano, ἐξαννύσαντο, MS. autem, ἐξαῦσαντο. Pro θεᾶς idem Strabo Ῥέας, in quo iterum invenusta repetitio est. Lego:

Ματέρος ἐξάνυσαν τελετάς.

Mater hic idem valet, quod Rhea, vel Cybele. Nec aliter locuti sunt boni auctores, non quidem promiscue, sed certis tantum in locis, eaque lege, ut rei perspicuitas verborum defectum compensaret. Alcæus Antholog. p. 48. Ed. Steph.

Κειράμενος γονίμην τις ἀπὸ φλέβα Μητρὸς ἀγύρτης
Βησσήεντας ἀνὰ πρῶνας ἐβουνοβάτει.

Dioscorides Anthol. Reisk. p. 30.

ἐκ δὲ βοήσας
Μητέρα Σαγγαρίου χείλεσι παρ' ποταμοῦ.

Virgil. Georg. IV. v. 64.

Tinnitusque cie et *Matris* quate cymbala circum.

Necessario autem postulatur substantivum, quale est τελετὰς, cum ut locus quoquomodo intelligatur, tum propter verbum in sequentibus συνῆψαν, quod, intransitive hic positum, commodum sensum non habet. *Musg.*

ἐξανύσαντο] Henricus Stephanus ex veteri Strabonis exemplari dicit annotatum ἐξαῦσαντο, et nostram lectionem non esse sine manifesto errore. Certe nostra lectio versui magis accommoda, cujus in Choris rationes Stephanus haud inierat, et accusativus si intelligatur ὄργια, nihil sensui nocetur: nec necesse erit, cum Brodæo θεᾶς, *deæ*, in θέας, *spectacula*, mutare. *Barnes.*

133. Antiquissima Bacchi sacra sunt Trieterica, in memoriam Indicæ expeditionis, triennio confectæ, apud Thraces primum et Thebanos instituta, teste Diodoro Sic. loco supra laudato. Eorum meminit Virgilius Æn. IV. 301.

Qualis commotis excita sacris
Thyias, ubi audito stimulant Trieterica Baccho
Orgia, nocturnusque vocat clamore Cythæron.

Brunck.

Συνῆψαν] Apud Strabonem est προσῆψαν.

Τριετηρίδων,] Vid. citante Barnesio, Virg. Æneid. IV. v. 301. Stat. Thebaid. II. v. 661. *Musg.*

Τριετηρίδων,] De Bacchi Trietericis hæc tantum in hoc loco notanda, quod tertio quovis anno hæc sacra vigebant, quo tempore intercalabatur. Totis autem noctibus debacchabantur in suis Orgiis, unde Statius Theb. Lib. II. v. 661. — *Non hæc Trieterica vobis Nox patrio de more venit.* Et Virgil. Æn. Lib. IV. v. 301. *Bacchatur, qualis commotis excita sacris Thyas, ubi audito stimulant Trieterica Baccho Orgia, nocturnusque vocat clamore Cithæron.* Suidas autem eos continuis perpotationibus ac συνουσίαις ἀφ' ἡμέρας εἰς ἡμέραν, in diem ac noctem bacchatos esse, &c. *Barnes.*

Αἷς χαίρει Διόνυσος.
Ἡδὺς ἐν οὔρεσιν, ὅταν ἐκ θιάσων ἐπῳδός.
Δρομαίων πέσῃ
Πεδόσε, νεβρίδος ἔχων
Ἱερὸν ἐνδυτὸν, ἀγρεύων
Αἷμα τραγοκτόνον, ὠμοφάγον χάριν,
Ἱέμενος εἰς ὄρεα Φρύγια, Λύδια·

Quibus delectatur Dionysus.
Lætus in montibus, quando ex choris
Pernicibus projicit se
In solum, hinnuli gestans *aliquis*
Sacram vestem, apparans
Cædem hircorum, crudas epulas,
Tendens in montes Phrygios et Lydios.

135. Hic et sequentes duo versus pessime vulgo digesti sunt. Primus dimeter est anapæsticus: secundus, dochmaicus: tertius, dimeter iambicus brachycatal. unde liquet, recte in utroque codice scriptum esse οὔρεσιν. *Brunck.*

Ἡδὺς ἐν ὄρεσιν,] Malim: Ἦδος ἐν ὄρεσιν, *Voluptas in montibus*, i. e. magna, eximia voluptas. *Musg.*

136. Πέσῃ πεδόσε,] Nuspiam apparet, de quo hic loquatur. Itaque lego:

Πέσῃ πεδόσ', ὁ νεβρίδος ἔχων
Ἱερὸν ἐνδυτὸν — —

Ubi ὁ νεβρίδος ἔχων ἐνδυτὸν subjectum est, ut cum dialecticis loquar, de quo et antecedentia et sequentia prædicantur. *Musg.*

137. Leg. πεδόθε, *ex agro plano et humili*, quando ruat in montes. alias deberet esse non ἐν ὄρεσιν, sed ἐξ ὀρέων. *Reisk.*

138. Non satis cohærere videtur descriptio, hic a Choro adornata. Quomodo enim Bacchi assecla, humi se projicere, Choris derelictis, modo dictus, is, inquam, quomodo eodem tempore cædem hircinam venari potest, et ad montes Lydios, Phrygiosve properare? Hæc igitur repugnantia ut tollatur, legendum puto:

— — ἀρτύων
Αἷμα τραγοκτόνον, ὠμόφαγον χάριν,
Ἱέμενος ἐπιχαρέα Φρύγια, Λύδια.

Apparans cædem hirci, crudivoram voluptatem, Modulans lætos sonos, Phrygios, Lydios. Non dissimilis Clementis Alexandr. descriptio: Διόνυσον μαινόλην ὀργιάζουσι Βάκχοι, ὠμοφαγίᾳ τὴν ἱερομανίαν ἄγοντες, καὶ τελίσκουσι τὰς κρεανομίας τῶν φόνων, ἀνεστεμμένοι τοῖς ὄφεσιν ἐπολολύζοντες Εὐάν. p. 9. Ed. Par. Vox ἐπιχαρὴς exstat Æschyl. Prometh. 160. Numeros Phrygios, Lydiosve a lætitia non alienos esse docebit Plato de Rep. III. p. 617. Ed. Ficin. Lucian. Harmonide: τῆς ἁρμονίας ἑκάστης διαφυλάττειν τὸ ἴδιον, τῆς Φρυγίου τὸ ἔνθεον, τῆς Λυδίου τὸ βακχικόν. *Musg.*

Ἱερὸν ἐνδυτὸν] Vid. supra v. 111. *Barnes.*

139. ὠμοφάγον χάριν,] Sic ambo codices et Aldus, quod nescio cur in ὠμοφάγων mutarint. *Brunck.*

ὠμοφάγων] Ita MSS. E, G. Ed. Ald. ὠμοφάγων. Confer citata ad Cyclop. v. 368. *Musg.*

ὠμοφάγων χάριν,] Bacchæ crudis carnibus vesci sunt solitæ. *Barnes.*

ὠμοφάγον reposuerat Reisk. Bacchas crudis carnibus vesci solitas fuisse, ex Pottero demonstrat Heath. *Beck.*

140. Forte, Φρύγια αὐδᾷ· ὅδ' ἔξαρχος, *clamat: hic est* (h. e. ego sum) Bromius, Euœ. *Reisk.*

141. Ὁ δ' ἔξαρχος Βρόμιος, εὐοῖ.] Ἔξαρχος χορεῦ καὶ ἱερῶν. Βρόμιος] Ὄνομα Βάκχου, παρὰ τὸ βρέμω, καὶ βρόμος, βροντῆς ἦχος. ὅθεν ὁ Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, ἐριβρεμέτης, καὶ ἐρίβρομος, μετὰ δὲ βρόμου καὶ βροντῆς καὶ ἀστραπῆς ὁ Βάκχος ἐγεννήθη. Εὐοῖ] Vox Bacchantium, unde Eua, mons Messeniorum. Hinc Euan, nomen Bacchi, et Εὐάζω, *Orgia celebro*, ut βρομιάζω etiam a βρόμιος. Putatur ad Euam Πρωτομητέρα

Ὁ δ' ἔξαρχος, Βρόμιος, εὐοῖ.
Ῥεῖ δὲ γάλακτι πέδον,
Ῥεῖ δ' οἴνῳ, ῥεῖ δὲ μελισσᾶν
Νέκταρι· Συρίας δ' ὡς λιβάνου καπνός.
Ὁ Βακχεὺς δ', ἔχων
Πυρσώδη φλόγα πεύκας
Ἐκ νάρθηκος, ἀΐσσει,

Bromius autem est præcentor, evoe.
Fluit vero lacte terra,
Fluit etiam vino, fluit et apum
Nectare, Syriaci vero tanquam thuris fumus *spirat*.
Ipse vero Bacchus, gestans
Ignitam facem piceæ,
Ex ferula emicare *facit*, quassando,

alludere; item æmula Satanæ nequitia ex Tetragrammato Dei originem traxisse. Vid. Sam. Bocharti Hierozoic. Par. 1. Lib. II. c. 36. Et Hofmann. in voce Jehovah. *Barnes.*

142. Horatius Carm. II. 19.

Fas pervicaces est mihi Thyiadas,
Vinique fontem, lactis et uberes
Cantare rivos, atque truncis
Lapsa cavis iterare mella.

Confer infra 693. *Brunck.*

Ῥεῖ δὲ γάλακτι πέδον,] Hic locus terræ Canaan benedictiones cum fere graphice depingat, ita nos olim in Heroico Opere Josephi, ψονθομφανεὰχ dicto, sumus eundem imitati (addito tantum versus aliqua parte) de terra Canaan loquentes, v. 45. Ῥεῖ δὲ γάλακτι πέδον, ῥεῖ δ' οἴνῳ, ῥεῖ δὲ μελισσῶν Νέκταρι, μυριότρητα κατ' ἄνθεα κηροδομουσέων. *Barnes.*

144. Συρίας δ' ὡς λιβάνου] Male Reiskius Συρίας δ' ὠλιβάνου. Nonnus, p. 89. ἀτμὸς ἀλήτης Ἀσσυρίης λιβάνοιο. Sed nec res testimoniis eget.

καπνός.] Elliptice dicitur pro καπνός ἐστι, quod moneo, quia Reiskius V. Cl. hoc cum ἀΐσσει connectendum putat. Eadem vero ellipsis apud Dionysium est: Perieg. v. 1046.

Αἰεὶ δ' ἠχήεσσαν ἀνὰ χθόνα δοῦπος ἀκόντων,
Ἢ βελέων· πάντη δέ τ' ἀελλοπόδων δρόμος ἵππων
Θυνόντων — —

Sic digerendi et scribendi sunt versus: Συρίας δ' ὠλιβάνου καπνὸς (olibanum est idem, atque thus) ἐκ νάρθηκος αἴσσει. ὁ βακχεὺς δ' ἔχων πυρσώδη φλόγα πεύκας δρόμῳ, &c. *Reisk.*

καπνός.] Ὀδμή. *Barnes.*

147. ἀΐσσει,] Transitive adhibetur, ut Orest. v. 1428. Soph. Ajac. v. 40. Neque opus adeo legere cum Piersono [Veris. p. 125.] αἰθύσσει. Videntur Bacchantes tædas suas non manibus prehensas, sed ferulis insertas, gestasse. Hyginus Astron. Poët. Lib. II. c. 15. "Prometheus —venit ad Jovis ignem, quo diminuto et in ferulam conjecto, lætus, ut volare, non currere, videretur, ferulam jactans, ne spiritus interclusus vaporibus exstingueret in angustia lumen. — Præterea — ludorum cursoribus instituerunt ex Promethei consuetudine, ut currerent lampadem jactantes." Hinc Nonnus πυρσοφόρῳ νάρθηκι, Lib. VII. v. 340. ubi nunc nullo sensu legitur πυρσοπόρῳ. *Musg.*

Ἐκ νάρθηκος,] Ὁ νάρθηξ, ferula oblonga, cava, et recipiendo igni et conservando commoda, unde Æschyl. Prometh. v. 109. Ναρθηκοπλήρωτον δὲ θηρῶμαι πυρὸς πηγήν, Hesych. Παρόσον τῷ Νάρθηκι ἐχρῶντο πρὸς τὰς ἐκζωπυρώσεις τοῦ πυρὸς, ὅθεν καὶ τῷ Διονύσῳ οἰκείωσαν αὐτὸν, διά τι τὰς ἐν ταῖς θοίναις τῶν δᾳδῶν ἁφὰς, καὶ διότι θερμός ἐστι φύσει ὁ οἶνος. Vid. Hofmann. in voce νάρθηξ et in voce ferula. Ἀΐσσει] Hebræorum more, emicat, pro emicare facit. Vid. quæ nos ad Rhes. v. 443. et Hecub. v. 526. *Barnes.*

Δρόμῳ τοὺς χοροὺς ἐρεθίζων πλανάτας,
Ἰαχαῖς τ' ἀναπάλλων,
Τρυφερὸν πλόκαμον ἐς αἰθέρα ῥίπτων.
Ἅμα δ' ἐπ' εὐάσμασιν ἐπιβρέμει
Τοιάδ' Ὦ ἴτε, Βάκχαι,
Ὦ ἴτε, Βάκχαι,
Τμώλου χρυσορόου χλιδὰ,
Μέλπετε τὸν Διόνυσον
Βαρυβρόμων ὑπὸ τυμπάνων,

Cursu et choris stimulans palantes,
Et clamoribus excitans,
Delicatas comas in aërem spargens:
Simul vero cum cantu infremit
Talia, O ite Bacchæ,
O ite Bacchæ,
Tmoli auro-fluentis deliciæ,
Canite Dionysum
Cum tympanis grandisonis,

Heath. ut Piers. negabat, ἀΐσσειν dici transitive, s. active; itaque verba ἐκ νάρθηκος malebat jungi cum ἔχων locumque verti: *Bacchus habens rutilantem flammam facis ferulæ affixam* (vel, e ferula pendentem), *impetu fertur*. *Beck.*

148. τοὺς χοροὺς] Unice hoc genuinum mihi videtur. G. ut vulgo, καὶ χοροῖς. E. τοῖς χοροῖς. *Brunck.*

Δρόμῳ καὶ χοροῖς] i. e. *Sua cursitatione suisque choreis*, in quibus dum versaretur ὁ Βακχεὺς, nonnullos, credo, a thiaso segregatos palantesque hic illic offendebat. ἐρεθίζων, *stimulans*, ut Æneid. IV. 302. *Musg.*

πλανάτας] Πλανήτας, δρομάδας, θεολήπτους Βάκχας. Δύναται δὲ ἄλλως ἔχειν, πλανάτας ὁ, ἀντὶ τοῦ πλανήτης. *Barnes.*

Heath. πλανάτας accipit, ut accusat. Reisk. scribit πλανάταις: nam χοροὺς hic esse *subsultus, discursationes*; ἐρεθίζων autem redire ad πλόκαμον. *Beck.*

150. Τρυφερὸν πλόκαμον εἰς Αἰθέρα ῥίπτων.] Bacchus semper bene comatus fingitur, (ut et mater illius, Semele) et delicatulus in crinibus nutriendis; unde Ἁβροκόμης Διόνυσος, et εὐχαίτης in Epigram. et εὐρυχαίτης a Pindaro dicitur. Quin omnis Bacchantium Chorus illius Choragi exemplo comas nutriebant, et orgia celebrantes, cervicibus ultro citroque jactatis, in aëra diffusas flabellari sinebant. Unde Bacchæ nonno λυσιέθειραι et Pindaro ῥιψαύχενες dicuntur. Hinc Eurip. paulo post, v. 181. κρᾶτα σεῖσαι, et v. 486. ἱερὸς ὁ πλόκαμος· τῷ θεῷ δ' αὐτὸν τρέφω. Hinc Catullus: *Thyades effusis Euantes crinibus egit*. *Barnes.*

Heath. metri causa legendum suadet πλόκαμόν τ'. *Beck.*

150. Aut deest aliquid, aut leg. est ῥίπτει. *Reisk.*

151. Post hunc versum addunt MSS. E. G. ἐπιλιγει ἤχει. *Musg.*

ἐπιβρέμει] V. 156. Βαρυβρόμων ὑπὸ τυμπάνων, v. 161. Παίγματα βρέμη. Vid. de voce Βρέμιος supra v. 141. *Barnes.*

153. Ὦ ἴτι,] Ita MS. E. deest ὦ. *Musg.*

154. χλιδᾶ,] Legendum cum Reiskio χλιδὰ. *Musg.*

χλιδὰ,] Reisk. accipit vel ut nominat. vel ut vocat.: *O Bacchæ, quæ estis decus atque deliciæ Tmoli*. *Beck.*

Τμώλου χρυσορόου] Nam e monte Tmolo profluit Pactolus, auriferum flumen. *Brodæus.*

155. Versus est dimeter anapæsticus

Εὔϊα τὸν εὔϊον
Ἀγαλλόμεναι θεὸν
Ἐν Φρυγίαισι βοαῖς ἐνοπαῖσί τε,
Λωτὸς ὅταν εὐκέλαδος
Ἱερὸς ἱερὰ παίγματα βρέμῃ
Σύνοχα φοιτάσιν,
Εἰς ὄρος, εἰς ὄρος· ἡδομένα δ' ἄρα,
Πῶλος ὅπως ἅμα ματέρι φορβάδι,
Κῶλον ἄγει ταχύπουν σκιρτήμασι Βάκχα.

Euœ euium
Celebrantes deum,
Phrygio clamore, et vociferatione:
Ubicunque dulcisonans fistula
Sacra sacros ludos sonat,
Congruos discurrentibus
In montem, in montem: gaudensque adeo,
Ut pullus simul agens cum matre *Equâ*,
Pedem agitat celerem saltationibus Baccha.

proceleusmaticum habens in secunda sede. Male vulgo εἰς. *Brunck.*

Nescio, quid sibi velit Brunck. dum ad h. l. scribit, male vulgo esse εἰς. *Beck.*

156. Βαρυβρόμων ὑπὸ τυμπάνων,] De tympanis vid. quæ nos supra ad v. 58. *Barnes.*

157. Εὔϊα τὸν Εὔϊον] Referantur hæc ad Εὐοῖ, de qua voce nos supra ad v. 141. *Barnes.*

159. Φρυγίαισι βοαῖς] Phrygius modus, qui et Porphyrio barbarus, a Luciano ἔνθεος dicitur, ut Lydius Βακχικὸς: Lydio autem et Phrygio erat quiddam commune. Præter ea, quæ nos ad Iphig. Aul. v. 576. vid. Cœl. Rhodigin. Antiq. Lection. Lib. VIII. c. 3. ubi de Phrygio, Lydio, Dorico, Æolico et Ionico, modis. *Barnes.*

161. Versus est dimeter iambicus: 163. et 164. anapæstici sunt. 165. pentameter dactylicus. Quod in eo vulgo legitur manifeste depravatum, recte emendavit Musgravius. *Brunck.*

162. Σύνοχα φοιτάσιν,] Ita Aldi editio habet, et ita Scaliger Canteri σύνωχα emendavit; sin σύνωχα scribitur cum ω, velim accentum in ultima poni, ut sic συνωχὰ pro συνωχαδὸν ponatur. Φοιτάσιν] Φοιτάδες et φοιταλέαι Bacchæ dicuntur eodem modo, ut δρομάδες et πλανῆται. Vid. supra v. 148. *Barnes.*

Σύνοχα φοιτάσιν,] Heath. reddit: *continenter vagantibus. Beck.*

163. Εἰς ὄρος, εἰς ὄρος;] A quo verbo, vel participio, hæc pendeant, non adeo facile est dictu. Debet enim verbum motus esse, quod nec in βρέμῃ cadit, nec in ἀγαλλόμεναι, nec denique in μέλπετε. Ergo mihi verisimillimum fit, poëtam hæc construi voluisse cum ὦ ἴτε Βάκχαι, v. 153. novem versibus (a Μέλπετε sc. ad Σύνοχα φοιτάσιν) διὰ μέσου quodammodo positis.

Dubitabam quoque, annon legendum esset ὅθ' ἂν, *ubicunque*, v. 160. pro ὅταν. Secundum quod constructio erit ἀγαλλόμεναι τὸν θεὸν, ὅθ' ἂν λωτὸς βρέμῃ, *celebrantes deum, ubicunque fistula strepuerit sonos jocosos, cursitantibus aptos*; tanquam fistula esset dux, quam sequi debuerint Bacchantes. *Musg.*

164. Præcedentia a medio versu 152. μιμητικῶς dicta sunt, et ex persona Antistitis Mænadas erraticas inclamantis et ad Thiasum revocantis. Hic iterum narrativa fit, ni fallor, oratio; Choro ex sua persona docente; Bacchas his talibusque

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

Τίς ἐν πύλαισι Κάδμον ἐκκαλεῖ δόμων,
Ἀγήνορος παῖδ᾽, ὃς, πόλιν Σιδωνίαν
Λιπὼν, ἐπύργωσ᾽ ἄστυ Θηβαίων τόδε;
Ἴτω τις, εἰσάγγελλε Τειρεσίας ὅτι
Ζητεῖ νιν· οἶδε δ᾽ αὐτὸς, ὧν ἥκω πέρι,
Ἅ τε ξυνεθέμην πρέσβυς ὢν γεραιτέρῳ,
Θύρσους ἀνάπτειν καὶ νεβρῶν δορὰς ἔχειν,
Στεφανοῦν τε κρᾶτα κισσίνοις βλαστήμασιν.

ΚΑΔΜΟΣ.

Ὦ φίλταθ᾽, ὡς σὴν γῆρυν ἡδόμην κλύων,

TIRESIAS.

Quis in portis Cadmum evocat ex domo,
Agenoris filium, qui, urbe Sidonia
Relicta, ædificavit hanc urbem Thebanorum?
Eat aliquis, nuncia quod Tiresias
Ipsum quærat: scit vero ipse, cujus rei causa venio,
Et quæ pactus sim senex cum *illo* seniore,
Convestire thyrsos, et hinnulorum pelles habere,
Et coronare capita hederaceis germinibus.

CADMUS.

O charissime, ut lætatus sum, audiens tuam vocem,

vocibus delectatas ad choreas agendas se convertere. Lego utique Βάκχα, v. 169. pro Βάκχου, locumque sic distinguo:

Ἡδομένα δ᾽ ἄρα
(Πῶλος ὅπως ἅμα
Ματέρι φορβάδι)
Κῶλον ἄγει ταχύπουν
Σκιρτήμασι βάκχα.

Musg.

165. Reisk. legit Βάκχος: nam redire ad ἔχει. *Beck.*

σκιρτήμασι Βάκχου] Sic Thyades, Bacchico motu exsultantes, in montem Citheronem transiliunt. *Brodæus.*

166. Huic versui in ambobus codicibus præfixa famuli persona: Tiresiæ demum versui 169. Illam recte omittit Aldina editio. *Brunck.*

Τίς ἐν Πύλαισι Κάδμον] Tiresias, propheta, Thebanus Bacchi numen veneraturus, ad Cadmum senem evocandum introducitur; ut eo magis Penthei impietas ex illius pietate et sapientia declaretur. *Barnes.*

167. Σιδωνίαν] Πόλιν Σιδωνίαν, ἀντὶ τὴν Σιδῶνα. Sidon autem et Tyrus Phœniciæ erant urbes, unde Cadmus, Thebarum fundator, oriundus. De qua re vid. Euripid. Scholiast. ad Phœniss. v. 647. *Barnes.*

171. Πρέσβυς ὢν] Mirum, si Tiresiam senem facit jam Cadmi temporibus poëta, quomodo eum omnes poëtæ fingunt ad Polynicis et Eteoclis tempora durasse, qua-

Σοφὴν σοφοῦ παρ' ἀνδρὸς, ἐν δόμοισιν ὤν·
Ἥκω δ' ἕτοιμος, τήνδ' ἔχων σκευὴν θεοῦ.
Δεῖ γάρ νιν, ὄντα παῖδα θυγατρὸς ἐξ ἐμῆς,
Διόνυσον, ὃς πέφηνεν ἀνθρώποις θεὸς,
Ὅσον καθ' ἡμᾶς δυνατὸν, αὔξεσθαι μέγαν.
Ποῖ δεῖ χορεύειν, ποῖ καθιστάναι πόδα,
Καὶ κρᾶτα σεῖσαι πολιόν; ἐξηγοῦ σύ μοι,
Γέρων γέροντι, Τειρεσία· σὺ γὰρ σοφός.
Ὡς οὐ κάμοιμ' ἂν οὔτε νύκτ', οὔθ' ἡμέραν,
Θύρσῳ κροτῶν γῆν· ἐπιλελήσμεθ' ἡδέως
Γέροντες ὄντες. ΤΕΙ. Ταυτά μοι πάσχεις ἄρα.
Κἀγὼ γὰρ ἡβῶ, κἀπιχειρήσω χοροῖς.
ΚΑΔ. Οὐκοῦν ὄχοισιν εἰς ὄρος περάσομεν.

Sapientem ex viro sapiente, cum intus essem.
Venio autem paratus, hunc habens ornatum dei.
Oportet enim ipsum, qui est filius meæ filiæ,
Dionysum, qui apparuit hominibus deus,
Quantum pro virili possumus, honoratum augeri.
Ubi oportet choros agere? ubi a saltando pedem cohibere?
Et concutere canum caput? dux viæ sis tu mihi,
Senex seni, Tiresia: tu enim sapiens *es*.
Quia non defatigabor nec noctu, nec interdiu
Thyrso pulsans terram: consuetorum obliti sumus
Existentes senes. *Tir.* Eadem igitur pateris quæ ego:
Etenim et ego pubesco, et aggrediar choros.
Cad. Ergo vehiculis in montem transibimus.

tuor ad minimum post generationibus. Ita enim ipse Euripides genealogiam exhibet Phœniss. v. 7. et deinceps: Cadmus Polydorum genuit, Polydorus Labdacum, Labdacus Laïum, Laïus Œdipum, ex quo Polynices et Eteocles. Valde omnino erat necesse illum longævum fuisse; si qua hujusmodi historiis fides habenda. *Barnes.*

172. Neutiquam sollicitanda est hujus versus scriptura. ἀνάπτειν ad duo substantiva pertinet, more Græcis usitato, aut, si mavis, est ἓν διὰ δυοῖν, pro θύρσους ἔχειν καὶ ἀνημμένας νεβρῶν δοράς. Virgilius Æn. VII. 396.

Pampineasque gerunt incinctæ pellibus hastas.

Brunck.

ἀνάπτειν] Malim ἀναίρειν, *elevare, attollere*. *Musg.*

174. ἡδόμην] Sic recte Musgravius. Vulgo ᾐσθόμην. *Brunck.*

Ὦ φίλτατ', ὡς σὴν γῆρυν ᾐσθόμην κλύων,] Ἠισθόμην, X. Π. 1145. *Por.*

ᾐσθόμην] Verum est ἡδόμην, quomodo et interpretes legisse videntur. *Musg.*

κλύων ᾐσθόμην] Ab αἰσθάνομαι, sin ἥσθημαι, ab ἥδομαι. al. ἡδόμην. *Barnes.*

Heath. scribit ᾐσθήμην, eodem sensu. *Beck.*

178. ὃς πέφηνεν] Legendum forte: οἷς πέφην' ἐν ἀνθρώποις θεὸς, *inter quos homines deus apparuit*. *Musg.*

182. σὺ γὰρ σοφός.] Ab Homero hoc traxit Euripides, qui de Tiresia dixit, Odyss. κ'. v. 494. Τῷ καὶ τεθνειῶτι νόον

ΤΕΙ. Ἀλλ' οὐχ ὁμοίως ἂν ὁ θεὸς τιμὴν ἔχοι.
ΚΑΔ. Γέρων γέροντα παιδαγωγήσω σ' ἐγώ.
ΤΕΙ. Ὁ θεὸς ἀμοχθεὶ κεῖσε νῷν ἡγήσεται.
ΚΑΔ. Μόνοι δὲ πόλεως Βακχίῳ χορεύσομεν;
ΤΕΙ. Μόνοι γὰρ εὖ φρονοῦμεν· οἱ δ' ἄλλοι, κακῶς.
ΚΑΔ. Μακρὸν τὸ μέλλειν· ἀλλ' ἐμῆς ἔχου χερός.

Tir. Verum non æque deus honoraretur.
Cad. Senex senem, ut puerum, ducam te ego.
Tir. Ipse deus sine labore illuc nos deducet.
Cad. Soline nos urbis Baccho choreas instituemus?
Tir. Soli enim *nos* sapimus, cæteri vero desipiunt.
Cad. Iter est longum: sed tu prehende meam manum.

πόρε Περσεφόνεια Οἴῳ πεπνύσθαι· τοὶ δὲ, σκιαὶ ἀΐσσουσιν. *Barnes.*

184. s. ἐπιλελήσμεθ' ἡδέως Γέροντες ὄντες.] *Lubens obliviscor senem me esse.* Sic omnino Græca scribenda et vertenda sunt; sin, inepta erit Tiresiæ responsio: ταυτά μοι πάσχεις· κἀγὼ γὰρ ἡβῶ. Mirum est, id non adsecutos fuisse viros doctissimos. Eadem est constructio quæ Musgravium non fefellit, v. 39. et 47. ἐπιλέλησμαι γέρων ὢν, ita dicitur, ut ἐνδείξομαι θεὸς γεγώς. Sic Æschylus Prom. 62. ἵνα μάθῃ σοφιστὴς ὤν. et 830. ὅπως δ' ἂν εἰδῇ μὴ μάτην κλύουσά μου. Noster. Hec. 397. οὐ γὰρ οἶδα δεσπότας κεκτημένος. Troad. 399. Hector, si Græci in Asiam non venissent, χρηστὸς ὢν ἐλάνθανεν. Med. 548. δείξω σοφὸς γεγώς. Vide ibid. 876. Hippol. 408. 437. Exempla ubivis obvia. Ex oscitantia librarii, ad compendiariam notam non adtendentis, ortum ἡδέων pro ἡδέως. Nostra emendatione nihil certius. *Brunck.*

ἡδέων] Nihil melius, quam quod mihi a Tyrwhitto suggestum est, ἠθέων. *Musg.*

ἐπιλελήσμεθ' ἡδέων Γέροντες ὄντες.] Puto equidem, legi debere ἡδέως pro ἡδέων, et tum sensus longe commodior erit: *suaviter sumus obliti, quod senes simus.* Mendam hic nemo ante est suspicatus. *Barnes.*

Emendatio Barnesii ἡδέως sensum prorsus pervertit. Ἐπιλελήσμεθ' ἡδέων est, *deliciarum obliti sumus*, i. e. delicati esse, quamvis senes, desiimus. *Heath.*

185. Personarum distributio, quam ab hoc versu ad v. 195. repræsentavi, Cantero debetur, cujus auctoritate et exemplo in Edd. recentioribus recepta est. Nec dissentiunt MSS. E. G. Ed. Ald. versum 186. Cadmo tribuit, proximum Tiresiæ, et sic deinde alternatim. *Musg.*

186. κἀπιχειρήσω χοροῖς.] Ita optime MSS. E. G. Ed. Ald. κἀπιχειρήσω κακοῖς. *Musg.*

Pro κακοῖς Reisk. conjecerat νέοις, aut καλοῖς. *Beck.*

Κἀγὼ γὰρ ἡβῶ, κἀπιχειρήσω κακοῖς.] Non mirum, interpretes modo hanc modo illam medicinam obtulisse, laborat enim locus morbo. Quid enim verba ultima sibi velint, haud facile divinaveris. Hinc pro κακοῖς, quod certe κακῶς positum est, alius χοροῖς, alius νέοις, alius καλοῖς, alius aliud excogitavit. Mihi videtur mutatio et minima et contextui congruens 'κάκως pro ἀκάκως. Adgrediar *impigre* sc. rem. *Faehse.*

193. Μακρὸν τὸ μέλλειν·] An τὸ μέλλον, pro ἡ μέλλουσα διατελεῖσθαι ὁδός. *Barnes.*

τὸ μέλλειν, *mora.* Frivola est conjectura Barn. τὸ μέλλον. *Heath.*

Μακρὸν τὸ μέλλειν·] Forte μακρὸν τί μέλλειν; Quid diu morari atque cunctari? Instat igitur atque urget. *Faehse.*

194. ξυνωρίζου] Elegantissima vox, metaphorice a jugo equorum ducta, συνωρὶς, bini equi simul trahentes. Hinc junctis manibus ituri senes ξυνωρίζεσθαι χέρας dicuntur. *Barnes.*

195. Οὐ καταφρονῶ 'γὼ τῶν θεῶν, θνητὸς γεγώς.] Sapientissimus poëta morem hic Veterum laudatissimum observat, præcipue Persarum regum; de quibus Stobæus ex Selino: Οἱ Περσῶν βασιλεῖς πρὸ μὲν τῶν θυσιῶν περὶ Εὐσεβείας διαλέγονται· πρὸ τοῦ πίνειν περὶ Σωφροσύνης· πολεμεῖν δὲ μέλλοντες περὶ Ἀνδρείας. Quem dudum

ΤΕΙ. Ἰδοὺ, ξύναπτε, καὶ ξυνωρίζου χέρα.
ΚΑΔ. Οὐ καταφρονῶ 'γὼ τῶν θεῶν, θνητὸς γεγώς.
ΤΕΙ. Οὐδὲν σοφιζώμεσθα τοῖσι δαίμοσιν.
Πατρίους παραδοχὰς, ἅς θ' ὁμήλικας χρόνῳ
Κεκτήμεθ', οὐδεὶς αὐτὰ καταβαλεῖ λόγος,
Οὐδ' ἢν δι' ἄκρων τὸ σοφὸν εὕρηται φρενῶν.

Tir. Ecce, conjunge et copula manum *tuam cum mea.*
Cad. Non contemno ego deos cum sim mortalis.
Tir. Nihil argute comminiscimur in deos.
Paternas traditiones, et quas coœtaneas diu
Servamus, eas nulla labefactabit ratio,
Neque si a summis sapiens *aliquod* excogitetur ingeniis.

nos quoque in Esthera nostra, sive Αὐλικοκατόπτρῳ, attigimus, v. 815. Ἀρσακίδαι γὰρ ἄνακτες, ὅταν μέλλωσι μάχεσθαι, Ἀμφὶ μὲν Ἠνορέης τὸν ἐπίφρονα μῦθον ἔχουσι· Μέλλοντες δὲ θεοῖσιν ἄγειν κλειτὰς Ἑκατόμβας Θυμὸν ἑτοιμάζουσιν ἀεὶ θεοσέπτορι μύθῳ. Quare hæc omnis oratio ad Cadmum pertinere visa est, donec ad Pentheum pervenerimus. *Barnes.*

Hic versus et sequentes usque ad 205. sunt Tiresiæ, A. v. 206. incipit Cadmus loqui, Reisk. Sic et Heath. *Beck.*

196. Hunc locum emendavit Valckenarius Diatr. Eurip. p. 38. *Brunck.*

Οὐδὲν σοφιζόμεσθα τοῖσι δαίμοσιν.] Male Græcum est σοφιζώμεσθα. *Por.*

Sequor MSS. E. G. personam Tiresiæ huic versui præfigentes. Nec aliter Tyrwhittus ex conjectura. Ed. Ald. Cadmo tribuit.

οὐδὲν σοφιζόμεσθα] Melius foret οὐδ' ἐνσοφιζόμεσθα. Eandem vim apud Sophoclem habet præpositio ἐν, Ajac. v. 1337.

καὶ δειλὸς εἶναι μᾶλλον, ἢ 'ν ἐμοὶ θρασύς.

Musg.

Οὐδὲν σοφιζόμεσθα τοῖσι δαίμοσιν.] *Nihil nos nimis argute de diis exploramus.* Hoc est, non convenit, ut curiose in illorum placita inquiramus; obedientia nobis sufficit: Nec est, ut illorum abscondita mysteria infideliter atque impie rimemur, aut in disputationem trahamus; nam ut Tacitus: *Sanctius est ac reverentius, de actis deorum credere, quam scire.* Et mihi quidem videtur vere Aurea hæc esse sententia: *Brevis est institutio vitæ honestæ beatæque, si credas.* Fides enim in rebus Dei multo homini utilior Deoque gratior, quam vana et infidelis curiositas. Vide de hac re egregie disserentem Michaëlem Dominum de Montaigne, Lib. II. c. 12. *Barnes.*

196. ss. Οὐδὲν σοφιζόμεσθα τοῖσι δαίμοσιν. Πατρὸς παραδοχὰς, &c.] Hos versus Valcken. Diatr. p. 38. emendat ita:

Οὐδὲν σοφιζώμεσθα τοῖσι δαίμοσιν·
Πατρίους παραδοχὰς, ἅς θ' ὁμήλικας χρόνῳ
Κεκτήμεθ' οὐδεὶς αὐτὰ καταβαλεῖ λόγος,
Οὐδ' εἰ δι' ἄκρων τὸ σοφὸν εὕρηται φρενῶν.

Respicit hunc locum Plutarch. T. II. p. 756. *Beck.*

197. Non satis quadrat inter Bacchi Orgia, quod dicit hic Tiresias: πατρὸς, vel, ut legit Valckenærius:

πατρίους παραδοχὰς, ἅς θ' ὁμήλικας χρόνῳ
κεκτήμεθ' — —

Quomodo enim aut πατρὸς παραδοχαὶ, aut ὁμήλικες χρόνῳ, esse potuerunt, quæ ante hoc tempus Thebis ignota erant? Non dubito igitur, quin poëta, cum hæc scriberet, non Tiresiæ tempora, sed sua, non Bacchi sacra, sed Atheniensium religiones, respexerit, quippe quas sollicitare tum maxime et illudere cœperunt Critias, Alcibiades, aliique, ne Socratem etiam annumerem, Athenis florentes. Ex quo facilis porro conjectura est, non populi tantum oblectationem hac tragœdia quæsitam esse, sed multo magis Alcibiadis vel occulte monendi occasionem, vel, postquam statu dejectus est, occulte lugendi. Quanquam neque specie caret

Ἐρεῖ τις, ὡς τὸ γῆρας οὐκ αἰσχύνομαι,
Μέλλων χορεύειν, κρᾶτα κισσώσας ἐμόν;
Οὐ γὰρ διῄρηχ' ὁ θεὸς, εἴτε τὸν νέον
Ἐχρῆν χορεύειν, εἴτε τὸν γεραίτερον·
Ἀλλ' ἐξ ἁπάντων βούλεται τιμὰς ἔχειν
Κοινὰς, δι' ἀριθμῶν δ' οὐδὲν αὔξεσθαι θέλει.
ΚΑΔ. Ἐπεὶ σὺ φέγγος, Τειρεσία, τόδ' οὐχ ὁρᾷς,
Ἐγὼ προφήτης σοι λόγων γενήσομαι.
Πενθεὺς πρὸς οἴκους ὅδε διὰ σπουδῆς περᾷ,
Ἐχίονος παῖς, ᾧ κράτος δίδωμι γῆς.
Ὡς ἐπτόηται. τί ποτ' ἐρεῖ νεώτερον;

Dicet *fortasse* quis, quod senectutem non reverear,
Qui saltare statuerim capite meo hedera coronato:
Non enim distincte-dixit deus, utrum juvenem
Oporteat choreas ducere, an seniorem :
Sed ab omnibus vult honores habere *pariter*
Communes. A vilibus vero nihil augeri vult.
Cad. Quia tu, Tiresia, lumen hoc non vides,
Ego tibi sermonum ero interpres.
Pentheus hic ad ædes cum festinatione vadit,
Echionis filius, cui regnum hujus terræ tradidi *ego:*
Ut est turbatus! quidnam dicet novi?

Tyrwhitti sententia, poëtam ea mente hanc fabulam edidisse, ut gravissimum illud impietatis crimen, quod cum Socrate et aliis ejusdem Sodalitii hominibus commune habuit, a se amoveret. Vid. infra v. 421. et seq. v. 877. et seq. *Musg.*

199. Οὐδ' ἦν] Sic omnino scribendum, non εἰ. Hæc particula cum subjunctivo non construitur. Est autem εὕρηται subjunctivus aor. 2. medii. *Brunck.*

200. s. Laudat Themistius Or. XVI. p. 199. D. *Por.*

205. δι' ἀριθμῶν] Interpretor: *per homines nullius pretii, aut existimationis.* vid. Troad. v. 478. Heraclid. v. 997. *Musg.*

Reisk. ἀριθμοὺς putat esse *ordines, classes hominum;* et sententiam: non vult deus a certis numeris, ordinibus hominum, ut a juvenibus e. c. solis, coli, senibus exclusis. *Beck.*

Heath. conjicit: Διαριθμῶν δ' οὐδέν' αὔξεσθαι θέλει. *Distinguens neminem* (i. e. nullo discrimine facto) *amplificari vult,* Bacchus scilicet. Verbum διαριθμεῖσθαι sic est ap. Platon. de Legg. Lib. VII. p. 818. Steph. Μηδὲ νύκτα καὶ ἡμέραν διαριθμεῖσθαι δυνατὸς ὤν. Posse etiam legi monet: δι' ἀριθμὸν οὐδέν' αὔξεσθαι θέλει, *per nullum autem numerum hominum certum et a cæteris distinctum coli vult:* nam Brodæi et Porti explicationes longe aberrare a mente poëtæ. *Beck.*

δι' ἀριθμῶν δ' οὐδὲν αὔξεσθαι θέλει.] Quicquid vidi interpretationum atque conjecturarum, id parum mihi satisfecit. Ipse alia via salutem quæsivi et ex rerum connexione lego δι' ἀριθμῶν δ' ἴσθ' ἐναύξεσθαι θέλει. Ejusmodi enim quid postulare videtur contextus. Deus, inquit, nulla ratione aut ordinis, aut sexus, aut ætatis habita, ab omnibus omnino et singulis quibusque coli cupit cultumque publicum atque communem in votis habet.

ΠΕΝΘΕΥΣ.

Ἔκδημος ὢν μὲν τῆσδ' ἐτύγχανον χθονός·
Κλύω δὲ νεοχμὰ τήνδ' ἀνὰ πτόλιν κακὰ,
Γυναῖκας ἡμῖν δώματ' ἐκλελοιπέναι,
Πλασταῖσι βακχείαισιν· ἐν δὲ δασκίοις
Ὄρεσι θοάζειν, τὸν νεωστὶ δαίμονα
Διόνυσον, ὅστις ἐστὶ, τιμώσας χοροῖς·
Πλήρεις δὲ θιάσοις ἐν μέσοισιν ἑστάναι
Κρατῆρας· ἄλλην δ' ἄλλοσ' εἰς ἐρημίαν
Πτώσσουσαν εὐναῖς ἀρσένων ὑπηρετεῖν,

PENTHEUS.

Absens quidem eram ex hac terra,
Nunc autem audio nova per hanc civitatem mala :
Mulieres nobis domos reliquisse,
Fictis bacchationibus. In umbrosis vero
Montibus celebrare novum hunc deum
Dionysum, quicunque ille sit, honorantes *eum* choreis :
Plenos autem thiasis in mediis stare
Crateras : aliam vero alio in solitudinem
Fugientem inservire complexui marium,

Antea legebam ὧδ' ἐναύξεσθαι θέλει. *Faehse.*

206. Sequor MSS. E. G. personam Cadmi huic versui præfigentes. Nec aliter Tyrwhittus ex conjectura. *Musg.*

Ἐπεὶ σὺ φέγγος, Τειρεσία,] Pentheum in scenam ingredientem videns Cadmus hæc loquitur, dicens, se vatem in hac re futurum illi, ut et ille in aliis rebus aliis. *Barnes.*

208. σπουδῆς] Ita Edd. recent. ex conjectura H. Stephani. Nec dissentiunt MSS. Ed. Ald. σπουδῆς. *Musg.*

212. Κλύω δὲ] Non hic δὲ, ut Brodæus vult, expungendum; sed νεοχ. per Synalœphen μονοσυλλάβως legendum, vel etiam Tribrachys fiat. *Barnes.*

213. Γυναῖκας ἡμῖν] Brodæus vult τὸ ἡμῖν supervacuum. Hoc nos negamus, non modo Henrici Stephani rationibus ducti, qui simile hoc profert: *Quo mihi, mater, abis?* et sexcenta alia: sed etiam quod hæ mulieres erant ex domo et sanguine ipsius Penthei. Quod si esset supervacuum, eleganter tamen adest, licet alias clausa sibi sufficiat, saltem ornatus causa, ut μοὶ sæpe. Vid. Iphig. Taur. v. 923. *Barnes.*

215. θοάζειν,] Frequens hujus verbi Euripidi usus. Supra 65. in θοάζω Βρομίῳ πόνον ἡδὺν, significat ἀνύω, τελῶ, quas expositiones inter plurimas alias adfert Hesychius. Hic valet κινεῖσθαι, μεθ' ὁρμῆς φέρεσθαι, vel, juxta Hesychium, χορεύειν, σκιρτᾷν, πλανᾶσθαι, θεοφορεῖσθαι. Sic Phœn. 806. Troad. 307. 351. Or. 1558. θοάζων αἰθέρος ἄνω καπνός: id est, κινούμενος, φερόμενος. Rursus active pro κινῶ occurrit Or. 329. Iphig. Taur. 1143.

πτέρυγας ἐν νώτοις ἀμοῖς
λήξαιμι θοάζουσα.

Herc. Fur. 383. Diomedis equi ἐθόαζον κάθαιμα σῖτα γένυσι, *celeri maxillarum motu conficiebant, vorabant.* Hic autem distinxi post θοάζειν, ut intelligatur, accusativos τὸν δαίμονα Διόνυσον cum τιμώσας cohærere, non a θοάζειν regi. *Brunck.*

Πρόφασιν μὲν, ὡς δὴ Μαινάδας θυοσκόους,
Τὴν δ' Ἀφροδίτην πρόσθ' ἄγειν τοῦ Βακχίου.
Ὅσας μὲν οὖν εἴληφα, δεσμίους χέρας
Σώζουσι πανδήμοισι πρόσπολοι στέγαις·
Ὅσαι δ' ἄπεισιν, ἐξ ὄρους θηράσομαι,
Ἰνώ τ', Ἀγαυήν θ', ἥ μ' ἔτικτ' Ἐχίονι,
Ἀκταίονός τε μητέρ', Αὐτονόην λέγω.
Καί σφας σιδηραῖς ἁρμόσας ἐν ἄρκυσι,
Παύσω κακούργου τῆσδε βακχείας τάχα.
Λέγουσι δ', ὥς τις εἰσελήλυθε ξένος
Γόης, ἐπῳδὸς, Λυδίας ἀπὸ χθονὸς,
Ξανθοῖσι βοστρύχοισιν εὔοσμος κόμην,

Prætextu quidem quasi *sint* Mænades sacra peragentes *Bacchi*,
Sed ipsam Venerem pluris facere quam Bacchum.
Quotquot igitur cepi, vinctas manibus
Servant publicis ministri *in* tectis.
Quotquot vero absunt, *eas* ex monte captas *huc* deducam,
Ino, Agavenque, quæ me Echioni peperit,
Et Actæonis matrem, Autonoën dico:
Et ipsas ferreis constringens in vinculis,
Coërcebo statim ab hac improba bacchatione.
Dicunt vero, quod quidam venerit hospes
Impostor, incantator ex Lydia terra,
Flavis cincinnis bene-comptus comam,

220. Fallitur H. Stephanus ad hunc versum adnotans: *pro δὴ non dubium est quin reponi debeat δεῖ.* Immo certissimum est genuinum esse δὴ, quod significat *scilicet*, et ironiæ inseruit. Bis occurrit in brevi spatio, Hec. 1117. et 1134. Præterea in omnibus habetur libris. *Brunck.*

θυοσκόους,] Vid. Interpretes Hesychii in voce. *Musg.*

θυοσκόους,] Vid. Hesych. Hic vero non ego δεῖ cum H. Stephano lego, sed δὴ vetus suo loco stare debere contendo. *Barnes.*

222. Ὅσαις vult Reisk. *Beck.*

223. πανδήμοισι] Ita Edd. recent. auctore H. Steph Nec variant MSS. Ed. Ald. πανδόμοις. Vide infra v. 436. *Musg.*

231. Aldina lectio hæc est:

ξανθοῖσι βοστρύχοισιν εὔοσμον κόμην,
οἰνωπὰς ὄσσοις χάριτας Ἀφροδίτης ἔχων.

Non multum dissentiunt codices, quorum alter οἰνωπάς τ' ὄσσοις, alter οἰνωπά τ' ὄσσοις. Intolerandam hanc lectionem recte emendarunt viri docti, nisi quod εὔοσμος retinere debuissent. εὔκοσμος enim, licet sensui non adversetur, sublesta tantum Stephani fide nititur, a quo vellem indicata loca, ubi extitissent codices illi, quos in Italico itinere excussisse se ait. Multo magis placet mihi εὔοσμος, quo spectat illud Ovidii Metam. III. *555.*

Sed madidus myrrha crinis. —

Confer Virgil. Æn. XII. 100. Nec ob eam tantum rationem, quam adtigit Musgravius, οἰνωπὸς reponi debuit, sed ideo maxime, quod οἰνωπὰς Græcum non sit. Dicendum enim fuisset, οἰνωπούς: vel, si fœminina vox οἰνωπὴ in usu esset, accusativus οἰνωπὰς ultimam produceret, nec in

Οἰνωπὸς, ὅσσοις χάριτας Ἀφροδίτης ἔχων,
Ὃς ἡμέρας τε κεὐφρόνας ξυγγίγνεται,
Τελετὰς προτείνων εὐΐους νεάνισιν.
Εἰ δ' αὐτὸν εἴσω τῆσδε λήψομαι στέγης,
Παύσω κτυποῦντα θύρσον, ἀνασείοντά τε
Κόμας, τράχηλον σώματος χωρὶς τεμών.
Ἐκεῖνος εἶναί φησι Διόνυσον θεὸν,
Ἐκεῖνος ἐν μηρῷ νιν ἐῤῥάφθαι Διός·
Ὃς ἐκπυροῦται λαμπάσιν κεραυνίαις
Ξὺν μητρὶ, δίους ὅτι γάμους ἐψεύσατο.
Ταῦτ' οὐχὶ δεινῆς ἀγχόνης ἔστ' ἄξια,
Ὕβρεις ὑβρίζειν, ὅστις ἐστὶν ὁ ξένος;

Facie purpurea habens Veneris gratias in oculis,
Qui dies noctesque conversatur *cum illis,*
Sacra prætendens Bacchica puellis.
Quod si cum intra hanc domum cepero,
Cessare faciam a quassando thyrso, et concutienda
Coma, cervicem a corpore secans.
Iste se dicit esse Dionysum deum:
Iste quondam in Jovis femore insutum fuisse:
Qui crematus est flammis fulmineis
Una cum matre, quia cum Jove celebratas nuptias mentita fuerat.
Hæc nonne digna sunt crudeli laqueo,
Hospitem, quisque ille sit, adeo petulanter se gerere?

versu stare posset. In Phœn. v. 1176. habemus οἰνωπὸν γένυν. *Brunck.*

εὔκοσμος.] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. εὔοσμον, et sic etiam MSS. E. G. *Musg.*

Ξανθοῖσι βοστρύχοισιν] Vid. quæ nos supra ad v. 150. *Barnes.*

Reisk. emendat: ξανθοῖσι βοστρύχοισιν εὐόσμου (i. e. unguentis fragrantis) κόμης οἴνωπας ὅσσοις: redire enim οἴνωπας ad χάριτας et debere ab οἴνωψ derivari. *Beck.*

232. Οἰνωπὸς,] Barnesii emendatio est, qui recte judicat, epitheton hoc melius vultui, quam oculis, convenire. Ed. Ald. οἰνωπὰς. conf. v. 430. *Musg.*

Οἰνωπὸς,] Ita lego pro οἰνωπὰς: Scaliger levi variatione οἰνῶπας legebat, sed et nominativus mihi videbatur desiderari; et puncto ab ὅσσοις separari debere. Οἰνωπὸς autem *subrubicundus* sonat, et est vini et amethysti epithetum. *Barnes.*

238. Reisk. scribit Διόνυσος θεὸς: nam alias juvenem hunc diversum fore a Baccho. *Beck.*

239. ἐῤῥάφθαι, ex Reiskii emendatione, Musgravio jure probata. Præterea νιν scribendum, cujus ex voculæ depravatione, ut error alius alium parere solet, orta est necessitas modum verbi mutandi, quem repetitum iverunt e v. 282. Legitur enim vulgo:

ἐκεῖνος ἐν μηρῷ ποτ' ἐῤῥάφη Διὸς,

valde impedito et turbato sensu. *Brunck.*

ἐῤῥάφη] Legendum cum Reiskio ἐῤῥάφθαι. *Musg.*

Aut ἐκεῖνος corruptum est, et male repetitum e versu præcedente, aut ἐν, et pro eo leg. est ὃς, atque ἔῤῥαψεν, aut ἐῤῥάφθαι. *Reisk.*

239—241. Heath. censet, hæc interro-

Ἀτὰρ τόδ᾽ ἄλλο θαῦμα, τὸν τερασκόπον
Ἐν ποικίλαισι νεβρίσι Τειρεσίαν ὁρῶ,
Πατέρα τε μητρὸς τῆς ἐμῆς, πολὺν γέλων,
Νάρθηκι βακχεύοντ᾽· ἀναίνομαι, πάτερ,
Τὸ γῆρας ὑμῶν εἰσορῶν νοῦν οὐκ ἔχον.
Οὐκ ἀποτινάξεις κισσόν; οὐκ ἐλευθέραν
Θύρσου μεθήσεις χεῖρ᾽, ἐμῆς μητρὸς πάτερ;
Σὺ ταῦτ᾽ ἔπεισας, Τειρεσία; τόνδ᾽ αὖ θέλεις
Τὸν δαίμον᾽ ἀνθρώποισιν εἰσφέρων νέον,
Σκοπεῖν πτερωτοὺς, κἀμπύρων μισθοὺς φέρειν;
Εἰ μή σε γῆρας πολιὸν ἐξερύετο,

Sed ecce aliud miraculum, ipsum vatem
Tiresiam in variis pellibus hinnulorum video,
Et patrem meæ matris, O rem valde ridiculam,
Ferula bacchantem. Improbo, pater,
Senectutem vestram intuens delirantem.
Non abjicies hederam? non liberam
Manum dimittes a thyrso, pater meæ matris?
Tu hoc *ei* persuasisti, Tiresia? hunc iterum tu vis
Novum deum inferens hominibus,
Spectare alatas *aves*, et ignispiciorum mercedes lucrari.
Quod nisi te cana senectus liberaret,

gative dici, itaque post Διὸς minorem poni jubet distinctionem. *Beck.*

244. Reisk. legit: ὅς σφ᾽ ἐμπυροῖ ποτε λαμπάσιν. *Beck.*

246. ἔστ᾽.] MS. E. ἦν. *Musg.*

247. s. ἀναίνομαι, πάτερ — εἰσορῶν] *Tui me piget, O pater, pudetque videntem.* Nescio quid somniabat interpres, quum redderet: *insanio, pater, senectutem vestram intuens.* Herc. Fur. 1226.

ἐπῄνεσ᾽· εὖ δράσας δέ σ᾽ οὐκ ἀναίνομαι.

Non me pœnitet meorum in te meritorum. Vim istius formulæ non percepit vulgus interpretum. *Brunck.*

Νάρθηκι βακχεύοντες· αἰδοῦμαι, πάτερ,] Vulgo βακχεύοντ᾽· ἀναίνομαι, πάτερ. *Por.*

ἀναίνομαι, πάτερ,] Lego: ἐναίρομαι, πάτερ. Sic Horatius: *occidis sæpe rogando.* Forte nec absurdum esset:

Νάρθηκι βακχεύοντα· μαίνομαι, πάτερ.

Musg.

251. ss. Verte: *Anne novum inter homines introducens deum vis hunc quoque* (Cadmum scilicet) *volucres observare, et ignispiciorum mercedes auferre. Heath.*

254. ἐξερύετο,] Sic E. unico ρ, bene. Sophocles Œd. T. 402.

— — εἰ δὲ μὴ ᾽δόκεις γέρων
εἶναι, παθὼν ἔγνως ἂν οἷάπερ φρονεῖς.

Brunck.

257. γάνος,] Ita MSS. E. G. ut recte Barnesius, Scaligero auctore. Ed. Ald. γάμος. Vid. v. 378. *Musg.*

Ὅπου βότρυος ἐν δαιτὶ γίγνεται γάνος,] Ita audacter γάνος pro γάμος restituo: eadem enim Phrasis exstat infra v. 378. et in Anthologia, et Virgil. Æn. Lib. I. v. 738. eodem modo dixit — *Adsis, Lætitiæ Bacchus Dator!* Nec illa Brodæi interpretatio valet — βότρυος ἐν δαιτὶ, in *vinolento convivio*, γάμος, *res Venereæ.* Nimis frigidum enim est et Euripide longe indignum — res Venereas tantum

Κάθησ' ἂν ἐν Βάκχαισι δέσμιος μέσαις,
Τελετὰς πονηρὰς εἰσάγων. γυναιξὶ γὰρ
Ὅπου βότρυος ἐν δαιτὶ γίγνεται γάνος,
Οὐχ ὑγιὲς οὐδὲν ἔτι λέγω τῶν ὀργίων.
ΧΟ. Φεῦ τῆς ἀσεβίας. ὦ ξέν', οὐκ αἰδῇ θεούς;
Ἐχίονος δ' ὢν παῖς, καταισχύνεις γένος,
Κάδμον τε, τὸν σπείραντα γηγενῆ στάχυν.
ΤΕΙ. Ὅταν λάβῃ τις τῶν λόγων ἀνὴρ σοφὸς
Καλὰς ἀφορμὰς, οὐ μέγ' ἔργον εὖ λέγειν·
Σὺ δ' εὔτροχον μὲν γλῶσσαν, ὡς φρονῶν, ἔχεις,
Ἐν τοῖς λόγοισι δ' οὐκ ἔνεισί σοι φρένες.

Vinctus sederes inter medias Bacchas,
Introducens sacra perniciosa: mulieribus enim
Quando in convivio uvæ adest latex,
In ejusmodi sacris nihil sani esse dico.
Cho. Proh, impietas! O hospes, nonne vereris deos?
Cumque sis Echionis filius, dedecoras *tuum* genus,
Et Cadmum, qui seminavit terrigenam segetem?
Tir. Cum sapiens aliquis nactus est sermonis
Bonas occasiones, non est *ei* arduum præclare dicere.
Tu quidem habes linguam volubilem, ut *vir* sapiens:
In verbis vero tuis non inest mens.

inter vinum improbare, quæ semper sunt improbandæ; Ille igitur dicit, ipsum in his conventiculis vinum tantum ab illo improbari, quia per illud mulieres in Venerem procliviores fieri necesse est. Scaliger mecum legit, et Duportus γάνος in margine suo semel scripserat, sed postea a Brodæo, ut puto, deceptus, bonam conjecturam male improbans virgula notavit. *Barnes.*

Etiam Etym. M. V. Γανυμήδης legit γάνος, quod probat Abresch. ad Æschyl. I. p. 220. et illustrat voc. γάνος, quomodo dicitur πᾶν, ἐφ' ᾧ τις γάνυται. *Beck.*

259. Φεῦ τῆς ἀσεβίας.] Sic omnino, flagitante sententia, legendum, quod Musgravium, acutissimi ingenii virum non latuit, cui miror ἀσεβείας placuisse, quum hæc vocis forma metro adversetur. In talibus, ubi penultima corripi debet, loco diphthongi simplex ι scribitur: ἀσεβία, εὐσεβία, εὐγενία, quod breviter adtigimus ad Orestem 263. *Brunck.*

Nihil est, a quo regatur τῆς εὐσεβείας.] Legendum forte:

τῆς Εὐσεβείας, ὦ ξέν', οὐκ αἰδῇ σθένος,

Emendari etiam posset:

Φεῦ, τῆς ἀσεβείας· ὦ ξέν', οὐκ αἰδῇ θεούς.

ἀσεβείας penultima correpta, ut εὐσεβείας, Hippol. v. 1365. εὐγενείας, Heraclid. v. 627. *Musg.*

τῆς Εὐσεβείας] Exclamatio Chori: *Proh, Pietas!* ut nos Latine vertimus. Non erat hic ἕνεκα subaudiendum; ut Brodæus iterum haud recte. *Barnes.*

τῆς δυσσεβείας emendat Reisk. *Beck.*

260. s. Legendum ordine inverso:

Ἐχίονος δ' ὢν παῖς, καταισχύνεις γένος,
Κάδμον τε τὸν σπείραντα γηγενῆ στάχυν;

Secundum vulgatam lectionem Cadmi nomen cum diis connectitur, tanquam pari cum iis dignitate esset. *Musg.*

Θρασὺς δὲ δυνατὸς, καὶ λέγειν οἷός τ' ἀνὴρ,
Κακὸν πολίταις γίγνεται, νοῦν οὐκ ἔχων.
Οὗτος δ' ὁ δαίμων ὁ νέος, ὃν σὺ διαγελᾷς,
Οὐκ ἂν δυναίμην μέγεθος ἐξειπεῖν ὅσος
Καθ' Ἑλλάδ' ἔσται. δύο γὰρ, ω νεανία,
Τὰ πρῶτ' ἐν ἀνθρώποισι, Δημήτηρ θεὰ,
Γῆ δ' ἐστίν· ὄνομα δ', ὁπότερον βούλει, κάλει·
Αὕτη μὲν ἐν ξηροῖσιν ἐκτρέφει βροτούς·
Ὁ δ' ἦλθεν ἐπὶ τἀντίπαλον, ὁ Σεμέλης γόνος
Βότρυος ὑγρὸν πόμ' εὗρε, κεἰσηνέγκατο
Θνητοῖς, ὃ παύει τοὺς ταλαιπώρους βροτοὺς

Confidens autem, et facundia pollens vir potens,
Perniciosus civis est, nisi mentem habeat *sanam*.
Hic vero novus deus, quem tu derides,
Non queam dicere magnitudinem, quantus
Per Græciam sit futurus. Duo enim, O adolescens,
Præcipua *sunt* inter homines, Ceres dea,
Terra autem est *Ceres*, nomine vero utro vis *hanc* appella,
Hæc quidem siccis *alimentis* alit mortales.
Quæ autem venit in oppositum, hic Semeles filius,
Uvæ humidam potionem invenit, et intulit
Hominibus: quæ liberat miseros mortales

262. Confer Hecubam, 1220. *Brunck.*

263, 4. Apud Stob. Grot. XXXVI. p. 143. *Burn.*

266. δυνατὸς ἀνὴρ simul sumta substantivi hic locum habent, cui θρασὺς et λέγειν οἷός τ' adjectiva sunt. Dixisset pedestris scriptor δυνάστης θρασὺς, καὶ λέγειν οἷός τε. *Musg.*

266, 7. Apud Stob. Grot. XLV. p. 173. *Burn.*

267. Κακὸν πολίταις γίγνεται,] Sic optime Musgravius. Eodem modo Or. 899. τῇ πόλει κακὸν μέγα. *Brunck.*

Parum est dicere de optimate insipienti κακὸς πολίτης γίγνεται. Dicendum erat, ut scripsit, ni fallor, Euripides, κακὸν πολίταις γίγνεται. *Musg.*

271. s. Δημήτηρ θεὰ Γῆ δ' ἐστίν·] Huc referatur illud Grammaticorum: Δημήτηρ, οἱονεὶ γῆ μήτηρ· καὶ ὁ ἄρτος Δημήτηρ λέγεται μετωνυμικῶς. Nec post Brodæum et Stephanum pigebit huc attexere illud Lucretii Lib. II. "Hic si quis mare Neptunum Cereremque vocare Constituet fruges, et Bacchi numine abuti mavult, quam Laticis proprium proferre vocamen," &c. *Barnes.*

272. Non Stephani tantum codices, sed duo etiam regii ὄνομα δ' habent: Aldina lectio typothetæ errori adscribenda, aut, quod multis aliis ex locis probabilius est, pravum ille expressit codicem. *Brunck.*

ὄνομα] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. ὁ πόμα. *Musg.*

Reisk. conjicit: χὤδ' ἐστὶν, ὃν ὄνομ' ὁπότερον, *et hic* novus deus est, *quem appella, ut placet.* *Beck.*

ὄνομα δ', ὁπότερον βούλει, κάλει·] Seu potum, sive Bacchum, seu terram, sive Cererem. *Brodæus.*

274. Ὁ δ' ἦλθεν ἐπὶ τἀντίπαλον,] Perperam reddita in Latinis versionibus hæc verba. Verte: *quod autem æquiparandum est.* Sensum recte declaravit H. Stephanus, cujus etiam in Thesauro sig-

Λύπης, ὅταν πλησθῶσιν ἀμπέλου ῥοῆς,
Ὕπνον τε, λήθην τῶν καθημέραν κακῶν,
Δίδωσιν, οὐδ' ἔστ' ἄλλο φάρμακον πόνων.
Οὗτος θεοῖσι σπένδεται θεὸς γεγὼς,
Ὥστε διὰ τοῦτον τἀγάθ' ἀνθρώπους ἔχειν.
Καὶ καταγελᾷς νιν, ὡς ἐνεῤῥάφη Διὸς
Μηρῷ. διδάξω σ' ὡς καλῶς ἔχει τόδε.
Ἐπεί νιν ἥρπασ' ἐκ πυρὸς κεραυνίου
Ζεὺς, ἐς δ' Ὄλυμπον βρέφος ἀνήγαγεν νέον,
Ἥρα νιν ἤθελ' ἐκβαλεῖν ἀπ' οὐρανοῦ·
Ζεὺς δ' ἀντεμηχανήσαθ'. οἷα δὴ θεός.

Dolore, quoties repleti fuerint vitis liquore.
Somniumque, oblivionem malorum, quæ quotidie accidunt,
Dat, nec est aliud pharmacum curarum *efficacius.*
Hic, qui deus est, diis libatur,
Ut homines habeant bona propter ipsum.
Et *tamen* derides eum, quod insutus fuerit Jovis
Femori: docebo te quod hoc se recte habeat.
Postquam ipsum rapuit ex igne fulmineo
Jupiter, *et* in Olympum duxit infantem recentem,
Juno voluit eum ejicere de cœlo.
Jupiter autem adversus *hæc dolum hunc* est molitus, utpote deus:

nificatio illa nominis ἀντίπαλος exposita et confirmata reperitur. Thomas M. ἀντίπαλον, καὶ τὸ ἐναντίον, καὶ τὸ ἴσον. Suidas: ἀντίπαλον τρία σημαίνει· τὸ ἐναντίον, καὶ τὸ ἰσόπαλον, καὶ τὸ ἰσόστροφον. *Brunck.*

Apud Plutarch. de Defect. Orac. Vol. II. 523. *Burn.*

ἦλθεν] Ita MSS. E. G. ut recte Barnesius. Ed. Ald. ἦλθ'. *Musg.*

276. s. παύει τοὺς ταλαιπώρους βροτοὺς Λύπης,] Socrates apud Xenophont. Ἀλλὰ πίνειν μὲν, ὦ ἄνδρες, καὶ ἐμοὶ πάνυ δοκεῖ τῷ γὰρ ὄντι οἶνος ἄρδων τὰς ψυχὰς, τὰς μὲν λύπας, ὥσπερ ὁ Μανδραγόρας ἀνθρώπους, κοιμίζει, τὰς δὲ φιλοφροσύνας, ὥσπερ ἔλαιον φλόγα, ἐγείρει. Notavit G. Stiblinus. *Barnes.*

278. Ὕπνον] Ita MSS. E. G. ut recte, auctore H. Stephano, Barnesius. Ed. Ald. ὕπνου. *Musg.*

Ὕπνου τε λήθην] Ὕπνον legit H. Stephanus, cui lubens assentior, quod sit per appositionem dictum: Non autem quod λήθην ὕπνου periphrastice pro ὕπνον ponatur, cum λήθην κακῶν simul et ὕπνου dici vix commode possit. Quare nos ὕπνον in textum recepimus. Bacchus autem ὑπνοδοτὴρ recte dicitur, quia, capite humectato et pulmonibus rigatis, fit somnus. Hoc autem fieri solet ob vapores ex stomacho rorantes et cerebri frigore in humores resolutos; qui sensoria irrigant, meatusque obstruunt, unde somnus. Hinc Persius Satyr. V. v. 56. *Hic Satur irriguo mavult turgescere somno.* Et nos quoque Franciad. Lib. IV. v. 373. *At Deus audaci veracia somnia Nigro De cornu emisit valido. Juvenilia membra Irrigat alta Quies, tali comitata Figura.* Vid. Macrob. Lib. VI. c. i. p. 453. *Barnes.*

281. Ὥστε διὰ τοῦτον τἀγάθ' ἀνθρώπους ἔχειν.] Διὰ τοῦτον ὥστε. Hecub. 341. Phœniss. 516. 1402. Euphron. Athenæi I. p. 7. E. *Por.*

Τἀγαθ'] Pro τὰ ἀγαθὰ, prior syllaba

Ῥήξας μέρος τι τοῦ χθόν' ἐγκυκλουμένου
Αἰθέρος, ἔθηκε, τόνδ' ὅμηρον ἐκδιδοὺς,
Διόνυσον, Ἥρας νεικέων· χρόνῳ δέ νιν
Βροτοὶ τραφῆναί φασιν ἐν μηρῷ Διὸς,
Ὄνομα μεταστήσαντες, ὅτι θεᾷ θεὸς
Ἥρᾳ πόθ' ὡμήρευσε, συνθέντες λόγον.
Μάντις δ' ὁ δαίμων ὅδε. τὸ γὰρ βακχεύσιμον
Καὶ τὸ μανιῶδες, μαντικὴν πολλὴν ἔχει.

Rupta parte quadam terram ambientis
Ætheris, posuit hunc, obsidem amovens,
Dionysum extra rixas Junonis: postea vero ipsum
Homines dixerunt enutritum in femore Jovis,
Nomine mutato, quod deæ deus *Bacchus*
Junoni quondam obses fuerit, componentes fabulam.
Vates vero deus hic *est:* etenim bacchatio
Et insania magnam vaticinandi vim habet:

producitur, ut in τὰ 'μά. Vid. Iphig. Taur. v. 986. *Barnes.*

282. s. ἐνεῤῥάφη Διὸς Μηρῷ·] Eustathius dicit, hanc Fabulam originem tulisse, quod in Mero, monte Indiæ, educatus fuerit, fol. 310. lin. 7. hinc μηροτραφὴς, μηροῤῥαφὴς, et εἰραφιώτης poëtis dicitur. *Barnes.*

291. τραφῆναι] Eleganter Piersonus ῥαφῆναι, ipse tamen dubitans, annon ferri possit vulgata. vid. Verisim. p. 126. *Musg.*

Nempe ap. Strabon. XV. p. 1008. Bacchus appellatur μηροτραφὴς, sed et ibi Casaubonus reponit μηροῤῥαφής. *Beck.*

294. Plutarch. de Orac. Def. p. 432. F. τὸ γὰρ βακχεύσιμον, Καὶ τὸ μανιῶδες μαντικὴν πολλὴν ἔχει. Ita pro μαντευτικὴν corrigi debuit ex Euripid. Bacch. 294. Eodem respexit Idem Sympos. VII. x. 10. p. 716. B. quem locum, a Scholiastæ ad Hec. 1249. citatum, pro Scholiastæ ipsius verba cepit G. Cuperus Observat. III. 12. *Por.*

294. s. τὸ γὰρ βακχεύσιμον Καὶ τὸ μανιῶδες μαντικὴν πολλὴν ἔχει.] Nihil impræsentiarum commodius videtur huic loco, quam illa admirabilis ipsius Bacchi vaticinatio, de maritis, qui cornua gerunt: "Lascivæ uxoris conjux in vertice cornu." Unum habet: at duo, qui dissimulare potest. Qui videt et patitur, Tria, gestat: Quatuor ille, qui ducit nitidos in sua tecta procos. Qui nullo istorum se credit in ordine poni, credit et uxori, cornua quinque gerit. *Barnes.*

298. Ἄρεώς τε μοῖραν μεταλαβὼν ἔχει τινά.] Huc refer illud Horatii: *Spes jubet esse ratas, in Prœlia trudit inermem.* Exstat etiam bella potatoris cum milite comparatio, nescio cujus, quam hic esse volo: "Pro galea capiti molles impone coronas; stillet odoratæ rore capillus aquæ. Amphora sit thorax, clypeus sit vasta capedo: Sit tibi pro rigido vitreus ense calix. Pro funda cyathum, graciles pro cuspide thyrsos Sume; tubæ subeat sicca lagena vicem. Mavortis miles Vulcania comparet arma; Bacchi militiam talia tela decent. Non aliis telis Orientem vicit et Indos Bacchus; non aliis secula nostra domat. *Barnes.*

Inter reliquas Bacchi virtutes et munia, quæ Tiresias enumerat, partium quoque, quas in bello habet, mentionem facit.

> Ἄρεώς τε μοῖραν μεταλαβὼν ἔχει τινά·
> στρατὸν γὰρ ἐν ὅπλοις ὄντα, κἀπὶ τάξεσιν,
> φόβος διεπτόησε πρὶν λόγχης θιγεῖν.
> ΜΑΝΙΑ ΔΕ ΚΑΙ ΤΟΥΤ' ΕΣΤΙ Διονύσου πάρα.

Nemo fere paulo acutior fuit, qui in postremo horum versuum vitium non odoratus sit. Emendandi autem rationem alii

Ὅταν γὰρ ὁ θεὸς εἰς τὸ σῶμ' ἔλθῃ πολὺς,
Λέγειν τὸ μέλλον τοὺς μεμηνότας ποιεῖ.
Ἄρεώς τε μοῖραν μεταλαβὼν ἔχει τινά.
Στρατὸν γὰρ ἐν ὅπλοις ὄντα, κἀπὶ τάξεσιν,
Φόβος διεπτόησε, πρὶν λόγχης θίγειν,
Μανία δέ νιν κατέσχε Διονύσου πάρα.
Ἔτ' αὐτὸν ὄψει κἀπὶ Δελφίσιν πέτραις
Πηδῶντα σὺν πεύκαισι δικόρυφον πλάκα,

Quando enim hic deus in corpus venerit multus
Dicere futura insanientes facit.
Martis quoque partem quandam assumptam habet.
Exercitum enim in armis, et in acie stantem,
Metus perterrefecit, priusquam hastam tangeret, *ac dimicaret:*
Furor autem tunc a Dionyso invasit,
Præterea videbis eum in Delphicis saxis
Transilientem cum facibus, bicipitem rupem,

aliam ineunt viri doctissimi, quorum conjecturis et meam qualemcunque suspicionem adjiciam. Mihi itaque scribendum videtur:

ΜΑΝΙΩΔ' 'ΕΠΕΙ ΝΟΥΝ 'ΕΣΧΕ Διονύσου πάρα.

totus exercitus, furore bacchico perculsus, terga vertit. μανιώδη νοῦν h. e. μανίαν, pervulgato apud Græcos loquendi modo. Bacchus ipse μανιώδης vocatur ap. Theocrit. Eid. XXVII. 13. σὺν δ' ἐτάραξε ποσὶν μανιώδεος ὄργια Βάκχω. *Jacobs.*

300. θιγεῖν] Ita pro θίγειν scribo. *Barnes.*

301. Μανία δέ νιν κατέσχε] Sic post Musgravium emendo. Corrupta hujus versus scriptura Jo. Piersono fraudi fuit. *Brunck.*

Delendum putat hunc versum Piersonus, Verisim. p. 127. quod non facile patior. In eo enim contineri debet probatio thematis paulo ante enunciati, v. 298. adeo ut sententia, hoc demto, communi quasi vinculo caritura sit. Legendum videtur:

Μανία δὲ τότε κατέσχε Διονύσου πάρα.

Aristides: καί τις αὐτοὺς θαυμαστὴ κατέχει κρᾶσις λύπης, ὀργῆς, ἐπιθυμίας, λογισμοῦ. Tom. III. p. 666. *Musg.*

Μανία δὲ καὶ τοῦτ' ἐστι Διονύσου πάρα.] Complures hos terrores Pani attribuunt, fuit autem Pan, auctore Polyæno, Liberi patris commilito. Idem testatur Nonnus, qui et furorem Panis flagellum vocat l. ί. v. 4. Οἰστρηθεὶς Ἀθάμας μανιώδεϊ Πανὸς ἱμάσθλῃ. Ita Ronsardus in Franciad.—A son cri fauteloient le Troupeau des Menades, Des Pans, et de Sylvains, des Lenes et Thyades, Et menans un grand bruit de Cors et de tabours, Fasoient tremblar d' effroy les villes et les bours. *Barnes.*

302. Δελφίσιν πέτραις] Ita Sophocl. Δελφὶς εἶπε πέτρα. *Barnes.*

303. Perperam in editione Oxon. hic locus distinctus. Cohærent πηδῶντα δικόρυφον πλάκα, in quibus subaudiri potest præpositio κατά. In Sophoclis Ajace 30.

πηδῶντα πεδία σὺν νεοῤῥάντῳ ξίφει.

Ubi quidam codices minus bene πεδίῳ. Mox βακχεῖον, ut in utroque codice scriptum, edidi. Vide notata ad Æsch. S. Th. 67. *Brunck.*

δικόρυφον πλάκα,] Parnassum. vid. Scholiasten Soph. ad Antig. v. 1139. Ex Brodæo. *Musg.*

δικόρυφον] Montem Parnassum bicipitem notat, qui partim Apollini, partim Baccho, sacer est; Sophocl. Antigon. σὲ δ' ὑπὲρ διλόφου πέτρας. Scholiast. τοῦ Παρνασσοῦ δηλονότι· τοιοῦτο γάρ ἐστι τὸ

Βάλλοντα καὶ σείοντα βακχεῖον κλάδον,
Μέγαν τ' ἀν' Ἑλλάδ'. ἀλλ' ἐμοὶ, Πενθεῦ, πιθοῦ·
Μὴ τὸ κράτος αὔχει δύναμιν ἀνθρώποις ἔχειν,
Μηδ', ἢν δοκῇς μὲν, ἡ δὲ δόξα σου νοσεῖ,
Φρονεῖν δόκει τι· τὸν θεὸν δ' εἰς γῆν δέχου,
Καὶ σπένδε, καὶ βάκχευε, καὶ στέφου κάρα.
Οὐχ ὁ Διόνυσος ἀφρονεῖν ἀναγκάσει
Γυναῖκας ἐς τὴν Κύπριν, ἀλλ' ἐν τῇ φύσει
Τὸ σωφρονεῖν ἔνεστιν ἐς τὰ πάντ' ἀεί.

Projicientem et quatientem bacchicum ramum,
Et magnum per Græciam. Quare mihi, Pentheu, pare,
Ne imperium gloriare in homines habere potentia,
Neque quamvis existimes quidem et in judicio tuo culpa sit,
Sapere quidquam te puta. Deum igitur in *tuam* terram recipe,
Et liba, et bacchare, et coronator caput.
Non enim ipse Dionysus coget impudice-ferri
Mulieres in Venerem: sed in natura
Inest pudicitia semper ad omnia.

ὄρος. Et Eurip. Scholiast. Ἐν ἀμφοτέραις ταῖς ἄκραις τοῦ Παρνασσοῦ εἰσιν ἱερά· τὸ μὲν Ἀρτέμιδος καὶ Ἀπόλλωνος, τὸ δὲ Διονύσου. *Brodæus.*

304. βάκχειον κλάδον] Thyrsum. *Brodæus.*

305. s. Jacobs Spec. Em. in Auct. Vett. p. 49. emendat:

ἀλλ' ἐμοὶ, Πενθεῦ, πιθοῦ,
μὴ τὸ κράτος α. δύναμιν ἐν θεοῖς ἔχειν.

"ne putes, regiam tuam potestatem etiam in deos valere posse." *Beck.*

306. Ne figura Colophonia hic opus sit, legerim:

Μὴ τὸ κράτος αὔχει δυνατ' ἐν ἀνθρώποις ἔχειν.

i. e. μὴ αὔχει τὰ δυνατὰ ἔχειν κράτος ἐν ἀνθρώποις. *Musg.*

307. ἡ δὲ δόξα σου νοσεῖ,] Sic ambo codices, recte. *Brunck.*

Versus admodum obscurus. Sententia hujusmodi esse videtur: *Nec si opineris, et in opinione tua peccatum, non in superbia, positum sit.* *Musg.*

310. Vulgo legitur, spreta metri lege, et manifesta corruptela,

οὐχ ὁ Διόνυσος μὴ σωφρονεῖν ἀναγκάσει.

Cod. uterque μὴ omittit, ad metrum bene, ad sensum pessime. Hanc sententiam a Stobæo excerptam bis exhibet Florilegium Grotii, p. 37. et 321. ubi, ad fidem etiam scripti codicis, μὴ σωφρονεῖν legitur. Sed neutiquam istæ voces genuinæ sunt: immo ex glossa in textum irrepserunt. Veram Euripidis manum revocavimus, ἀφρονεῖν. Verbi ἀφρονεῖν interpretamentum erat μὴ σωφρονεῖν. Prorsus idem est ἀφρονεῖν εἰς τὴν Κύπριν, quod μὴ σωφρονεῖν, et opponitur τῷ σωφρονεῖν, ut ἡ ἄνοια et τὸ σωφρονεῖν opponuntur Hippol. 400. Ibidem 970. eodem sensu occurrit τὸ μῶρον. Aliter ab aliis tentata emendatio. Vide Valckenarium ad Phœn. 397. Grotii versionem lectori proponam.

Neque corda turpes Veneris in vetitæ faces
Fœminea coget Liber: ingenium bonum
Semper pudici regulam moris tenet.
Hoc cogitandum est: in sacris evantium,
Quæcunque vere est casta, non vitiabitur.

Brunck.

Οὐχ ὁ Διόνυσος μὴ σωφρονεῖν ἀναγκάσει.] Ἀφρονεῖν Salmasius apud Grotium. Vide Synes. Epist. 105. Menand. p. 30. (Vid. Notam in Hippolyti, v. 78.) *Por.*

310—314. Apud Stob. Grot. LXXIV. p. 321. Stob. Grot. V. p. 37. ubi Διονῦς μ. σ. ἀναγκάσῃ in utrisque locis. *Burn.*

μὴ σωφρονεῖν] Lego propter metrum μὴ φρονεῖν. φρόνησις et σωφροσύνη quomodo dif-

Τοῦτο σκοπεῖν χρή. καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν
Οὖσ', ἥ γε σώφρων, οὐ διαφθαρήσεται.
Ὁρᾷς; σὺ χαίρεις, ὅταν ἐφεστῶσιν πύλαις
Πολλοὶ, τὸ Πενθέως δ' ὄνομα μεγαλύνῃ πόλις·
Κἀκεῖνος, οἶμαι, τέρπεται τιμώμενος.
Ἐγὼ μὲν οὖν, καὶ Κάδμος, ὃν σὺ διαγελᾷς,
Κισσῷ τ' ἐρεψόμεσθα, καὶ χορεύσομεν,
Πολιὰ ξυνωρίς· ἀλλ' ὅμως χορευτέον,
Κοὺ θεομαχήσω, σῶν λόγων πεισθεὶς ὕπο.

Hoc considerandum est: etenim in Bacchanalibus,
Quæ *natura* pudica est, non corrumpetur.
Vides? tu gaudes, quando astant ad portas
Multi, et *quando* Penthei nomen urbs magnificat:
Et ille delectatur honore, *ut* arbitror:
Ego igitur, et Cadmus, quem tu derides,
Hedera coronabimur, et saltabimus,
Canum par senum; sed tamen saltandum *est*,
Nec pugnabo contra Deum, tuis verbis inductus.

ferant, omnium accuratissime exponit Sextus Empiricus. Verba ejus sunt: ἔστιν ἡ σωφροσύνη ἕξις ἐν αἱρέσεσι καὶ φυγαῖς σώζουσα τὰ τῆς φρονήσεως κρίματα. p. 589. Ed. Fabric. Alii vero minus subtiliter hæc distinguunt. Plutarchus Libro περὶ τύχης, p. 196. Ed. Steph. ἡ γὰρ σωφροσύνη φρόνησίς τις ἐστὶν, ὡς λέγουσι. et statim: καὶ τὴν φρόνησιν ἐν μὲν ἡδοναῖς ἀγαθοὺς παρεχομένην ἐγκράτειαν καὶ σωφροσύνην καλοῦμεν. Verum φρονεῖν pro σωφρονεῖν linguæ indoli non repugnare, quod certius argumentum esse potest, quam quod μωρία *impudicitiam* duobus locis apud Euripidem significet? Sic Hippol. v. 640.:

γνώμῃ βραχείᾳ μωρίαν ἀφῃρέθη.

Iterumque v. 970.

Ἀλλ' ὡς τὸ μῶρον ἀνδράσιν μὲν οὐκ ἔνι,
Γυναιξὶ δ' ἐμπέφυκεν;

Confer etiam Electr. v. 1035. In MSS. E. G. deest μή. *Musg.*

Οὐχ ὁ Διόνυσος μὴ σωφρονεῖν ἀναγκάσει] Hunc locum, cum aperte corruptus sit, præterit tamen Henricus Stephanus, nec opem ullam ex veteribus codicibus huc attulit, nec conjectura dignatus est. Æmilius Portus, ubi nihil valet, tacere solet. Canterus pro μὴ σωφρονεῖν legi mavult ἀσωφρονεῖν, quod verbum nullibi reperio. Duportus delet μὴ, Metro sic consulens, at nequaquam sensui profuturus. Scaliger legit ὁ Διονῦς verbo novo et dimidiato pro Διόνυσος. Et Hesych. Διονὺς, ὁ γυναικίας καὶ παράθηλυς, vel πάνθηλυς, ut Etymolog. ubi Salmasius Διονῦς legit, et Guietus addit: e Διόνυσος decisum videtur. At Eustathius fol. 629. lin. 42. διονὺς legit, ὅθεν καὶ Διονὺς παρ' αὐτοῖς, ἡ γυναικεία καὶ θῆλυς ἐσθής· An Οὐχ ὁ Διόνυσος σωφρονῶν ἀναγκάσει γυναῖκας ἐς τὴν Κύπριν, vel certe ἀναγκάσει μὴ σωφρονεῖν: ita enim versus stabit. Nihil aliud hic habeo, quod MSSorum copia non suppetat. *Barnes.*

Valcken. ad Phœniss. 397. repudiavit Canteri ἀσωφρονεῖν (quod tamen probavit Heath.) ut verbum absonum. Ipse emendat:

Οὐκ Εὔιος μὴ σωφρονεῖν ἀναγκάσει
Γυναῖκας — —

ut vocabulo Εὔιος adscriptum esse videatur ὁ Διόνυσος interpretamenti loco. *Beck.*

311. εἰς Stob. Grot. LXXIV. p. 321. Stob. Grot. V. p. 37. *Burn.*

313. s. Citat Suid. v. Ἀρίστιππος. *Burn.*

314. ὁ νοῦς ὁ σώφρων οὐ δ. Suid. l. c. *Burn.*

Μαίνῃ γὰρ ὡς ἄλγιστα, κοὔτε φαρμάκοις
Ἄκη λάβοις ἂν, οὔτ' ἄνευ τούτων νοσεῖς.
ΧΟ. Ὦ πρέσβυ, Φοῖβόν τ' οὐ καταισχύνεις λόγοις,
Τιμῶν τε Βρόμιον, σωφρονεῖς, μέγαν θεόν.
ΚΑΔ. Ὦ παῖ, καλῶς σοι Τειρεσίας παρῄνεσεν.
Οἴκει μεθ' ἡμῶν, μὴ θύραζε τῶν νόμων.
Νῦν γὰρ πέτῃ τε, καὶ φρονῶν οὐδὲν φρονεῖς.
Κεἰ μὴ γάρ ἐστιν ὁ θεὸς οὗτος, ὡς σὺ φῂς,
Παρὰ σοὶ λεγέσθω· καὶ καταψεύδου καλῶς,
Ὡς ἔστι, Σεμέλη θ' ἵνα δοκῇ θεὸν τεκεῖν,

Insanis enim quam gravissime, neque pharmacis
Remedium accipies, neque sine his laboras.
Cho. O senex, Phœbum non dedecoras tuis dictis:
Bromiumque magnum Deum colens, sapis.
Cad. O fili, recte Tiresias te admonuit:
Habita nobiscum, non extra legum præscriptum;
Nunc enim a nobis avolas, et sapiens nihil sapis.
Etsi enim hic non est Deus, ut tu dicis,
Apud te *tamen* dicatur, et mentiaris strenue,
Quod sit, ut videatur peperisse deum Semele,

Οὖσ' ἥ γε σώφρων,] Apud Suidam est ὁ νοῦς ὁ σώφρων. Voce Ἀρίστιππος. Quanquam hoc, ni fallor, non est varia lectio, sed potius inflexio versus a Philosopho. *Musg.*

319. Κισσῷ τ' ἐρεψόμεσθα,] Ἐρέφω, στέφω. Verbum Homericum. ἐρέπτω autem *comedo*, pro quo ἐρείπτω, utrumque vero facit ἐρέψω in futuro. *Barnes.*

320. ξυνωρίς·] Confert Barnesius Med. v. 1142. Soph. Œd. Col. v. 887. *Musg.*

Πολιὰ ξυνωρίς·] Ξυνωρὶς, ἰδίως συζυγία ἵππων, παρὰ τὸ συναείρω, ἤγουν συζευγνύω, λέγεται. Figurate *par quodvis*, ut Sophocl. Œdip. Colon. v. 887. Οἴχεται τέκνων Ἀποσπάσας μου τὴν μόνην ξυνωρίδα. Et Euripid. Med. v. 1142. Πρὶν μὲν τέκνων σῶν εἰσιδεῖν ξυνωρίδα. Vid. Eustathium in voce συνωρὶς, et quæ nos supra v. 198. *Barnes.*

322. Μαίνῃ γὰρ ὡς ἄλγιστα, κοὔτε φαρμάκοις
Ἄκη λάβοις ἂν, οὔτ' ἄνευ τούτων νοσεῖς.

Verba sunt Tiresiæ Pentheo contemtum Bacchi exprobrantis. Acute animadvertit Aug. Matthiæ, elegantissimi ingenii juvenis, in Obss. Criticis, p. 17. postrema verba sensu carere et medicam implorare manum. Judicet ille an recte emendaverim:

— κοὔτε φαρμάκοις
ἄκη λάβοις ἂν, οὔτ' ἈΝΕΥΘΥΝΟΝ νοσεῖς.

neque morbi remedium est, neque non pœnas ejus dabis. ἀνεύθυνον. ἀζήμιον. ἀνέγκλητον. Hesych. οὐκ ἀνεύθυνον. εὐκατάκριτον. Idem. Apud Lucianum T. II. p. 128. 23. τὰ ἀνεύθυνα opponuntur τοῖς ὀργῆς καὶ τιμωρίας ἀξίοις. *Jacobs.*

323. οὔτ' ἄνευ τούτων νοσεῖς.] *Neque nunc, extra vim eorum, animo ægrotas.* Significat, mentem ipsi pharmacis corruptam esse. *Musg.*

οὔτ' ἄνευ τούτων νοσεῖς.] Neque tamen sine hisce remediis tibi oblatis jam animo æger es: Nos enim ægritudinis tuæ vera et sola remedia tibi modo suggessimus. Scaliger νοοῖς legit, i. e. *neque tamen sine his remediis ad sanam mentem reduceris.* *Barnes.*

ἄνευ τούτων νοσεῖς.] Reisk. vertit: *neque propterea insanis, quia his medicamentis*

Ἡμῶν τε τιμὴ παντὶ τῷ γένει προσῆ.
Ὁρᾷς τὸν Ἀκταίωνος ἄθλιον μόρον,
Ὃν ὠμόσιτοι σκύλακες, ἃς ἐθρέψατο,
Διεσπάσαντο, κρείσσον' ἐν κυνηγίαις
Ἀρτέμιδος εἶναι κομπάσαντ', ἐν ὀργάσιν;
Ὃ μὴ πάθῃς σύ· δεῦρό σου στέψω κάρα
Κισσῷ· μεθ' ἡμῶν τῷ θεῷ τιμὴν δίδου.
ΠΕΝ. Οὐ μὴ προσοίσεις χεῖρα, βακχεύσεις δ' ἰών,
Μηδ' ἐξομόρξῃ μωρίαν τὴν σὴν ἐμοί.
Τῆς σῆς ἀνοίας τόνδε τὸν διδάσκαλον

Nobis vero omnibus, *toti* generi adsit honor.
Vides Actæonis miserum interitum,
Quem crudivori canes, quos aluit,
Discerpserunt, præstantiorem in venatione,
Quam Diana sit, gloriantem se esse in saltibus?
Quod ne tibi accidat, veni huc, et ego coronabo caput *tuum*
Hedera, et nobiscum tribue honorem Deo.
Pen. Nequaquam admovebis mihi manum: tu vero ipse bacchatum eas,
Neque extergas stultitiam tuam mihi,
Hunc *vero* tuæ dementiæ magistrum

cares. Contra Heath. censet, φάρμακα esse non *medicamenta* solum, sed omne genus *veneficiorum, incantamentorum, et fascinationum;* omnia denique, quæ præter naturæ ordinem usitatum in hominum mentes aut corpora influunt. Dixisse igitur Tiresiam, Pentheum jam tunc a Baccho irato fascinatum et mente captum insanire cœpisse. *Beck.*

Φοῖβον] Qui vatibus præest. *Barnes.*

330. s. Optime Tyrwhittus:

καὶ καταψεύδου καλῶς,
Ὡς ἔστι· Σεμέλη θ' ἵνα δοκῇ θεὸν τεκεῖν.

Musg.

331. Acutissimi Tyrwhitti omnino recipi debuit emendatio, quum ex vulgata lectione falsus emergat sensus. *Etiamsi ille Deus non sit, ut ais, tibi tamen Deus dicatur: pulchre mentitor, et simula te credere Deum esse, cum ut Semele videatur Deum peperisse, tum ut universi nostri generis augeatur honor.* Nemo dubitabat quin Semeles esset filius, sed negabant, quem illa peperisset, Deum esse. *Brunck.*

332. Ἡμῖν] Scaliger non male ἡμῶν. Quanquam neque alterum penitus damno. *Musg.*

Ἡμῖν] Scaliger legit ἡμῶν, non recte; ἡμῖν enim fit per appositionem, παντὶ τῷ γένει. *Barnes.*

Etiam Reisk. tuetur vulgatum. *Beck.*

333. Ὁρᾷς τὸν Ἀκταίωνος ἄθλιον μόρον,] Vid. de hac re Ovid. Metam. Lib. III. Fab. 2. Nonni Dionys. Lib. V. et Apollodori Biblioth. Lib. III. c. 4. ad finem; Statium, Lib. III. Palæphatum, c. 4. Callimach. Hymn. εἰς λουτρὰ Παλλάδος, v. 109. ad v. 118. Notandum est, quod in illo Apollodori loco, quæ canum nomina appareant, diversa sint ab iis, quæ Ovidius et Hyginus memorant. *Barnes.*

335. Connectenda sunt in constructione διεσπάσαντο ἐν ὀργάσι. Et sic Heathius. *Musg.*

335. s. κρείσσον' ἐν κυνηγίαις Ἀρτέμιδος εἶναι κομπάσαντα] Euripides hic a canibus laceratum Actæona dicit, quod Diana se in venationibus peritiorem jactasset. Ovidius aliique quamplurimi, quod forte fortuna viderat Dianam sine veste; nonnulli,

Δίκῃ μέτειμι. στειχέτω τις, ὡς τάχος,
Ἐλθὼν δὲ θάκους τοῦδ', ἵν' οἰωνοσκοπεῖ,
Μοχλοῖς τριαίνου κἀνάτρεψον ἔμπαλιν,
Ἄνω κάτω τὰ πάντα συγχέας ὁμοῦ·
Καὶ στέμματ' ἀνέμοις καὶ θυέλλαισιν μέθες.
Μάλιστα γάρ νιν δήξομαι δράσας τάδε.
Οἱ δ' ἀνὰ πόλιν στείχοντες, ἐξιχνεύσατε
Τὸν θηλύμορφον ξένον, ὃς εἰσφέρει νόσον
Καινὴν γυναιξὶ, καὶ λέχη λυμαίνεται.
Κἄνπερ λάβητε, δέσμιον πορεύσατε
Δεῦρ' αὐτὸν, ὡς ἂν λευσίμου δίκης τυχὼν

Pœnis persequar. Eat aliquis quamprimum,
Profectusque ad sedes hujusce, ubi captat auspicia,
Vectibus tanquam-tridente-concute et everte eas retro,
Sursum et deorsum omnia confundens simul,
Coronasque ventis et procellis dimitte.
Maxime enim ipsum mordebo hoc faciens.
Vos vero per urbem euntes investigate
Illum effœminatum hospitem, qui introducit morbum
Novum mulieribus, et connubia labefactat.
Et si ceperitis, vinctum adducite
Huc eum, ut lapidationis pœnam nactus

id illi ex Jovis zelotypia contigisse, ne Semelen duceret uxorem. Hujus opinionis meminerunt Apollodorus loco supra citato et ex Stesichoro Pausanias, Bœot. fol. 283. lin. 25. *Barnes.*

Reisk. corrigit: Διέσπασαν τὸν κρείσσον'. *Beck.*

340. Μηδ' ἐξομόρξῃ] Scaliger legit εἰσομόρξῃ, male omnino, nec vim elegantis verbi vidit: est enim *extergere*, quasi per translationem, ab uno ad alium transferendo insaniam. Vid. Troad. v. 985. ubi *extergeret* eo in sensu occurrit. *Barnes.*

343. θάκους τοῦδ',] Sic recte Musgravius: perperam vulgo τούσδ'. De scriptura nominis θᾶκος, in qua impressis hic concinunt codices ambo, vide quæ notavi ad Prom. 280. *Brunck.*

θάκους] Conf. Phœniss. v. 854. Soph. Antig. v. 1011. Pausan. p. 294. Ed. Sylb. Pro τούσδ' malim τοῦδ'. *Musg.*

Ἐλθὼν δὲ θάκους τούσδ', ἵν' οἰωνοσκοπεῖ,] Vid. quæ nos ad Phœniss. v. 854. *Beck.*

344. Μόχλοις τριαίνου] Sic recte scriptum in utroque codice, non τριαινοῦ, quod exhibet Oxon. editio in textu et in notis. Formæ activæ τριαινέω imperativus est τριαίνου. Ad istas accentuum minutias adtendere debet editor diligens, quos, licet eorum quandoque usus sit ad diversas ejusdem vocis acceptiones signandas, prorsus omittere per me liceret. *Brunck.*

τριαίνου] Ita MSS. E. G. ut jam Barnesius ex Scaligeri conjectura. Ed. Ald. τριαινῆς. Exstat verbum τριαινόω, Herc. Fur. v. 941. Aristoph. Pac. v. 569. *Musg.*

Μοχλοῖς τριαίνου] Τριαίνης olim legebatur, Canterus primus disturbavit e loco, et recte; Æmil. Porti de ejus lectione dissertationem, non est, ut huc attexam. Nos hoc verbum τριαίνου, pro τριαίνοε, Euripideum esse et genuinum ostendemus. Nam Hercul. Fur. v. 941. Στρεπτῷ σιδήρῳ συντριαινώσω πόλιν. Et Aristoph. in Pace, fol. 454. v. 21. Καὶ τριαινοῦν τῇ δικέλλῃ διὰ χρόνου τὸ γήδιον. Alii

Θάνῃ, πικρὰν βάκχευσιν ἐν Θήβαις ἰδών.
ΤΕΙ. Ὦ σχέτλι', ὡς οὐκ οἶσθα ποῦ ποτ' εἶ λόγων.
Μέμηνας· ἤδη καὶ πρὶν ἐξέστης φρενῶν.
Στείχωμεν ἡμεῖς, Κάδμε, κἀξαιτώμεθα
Ὑπέρ τε τούτου, καίπερ ὄντος ἀγρίου,
Ὑπέρ τε πόλεως, τὸν θεὸν, μηδὲν νέον
Δρᾷν. ἀλλ' ἕπου μοι κισσίνου βάκτρου μέτα·
Πειρῶ δ' ἀνορθοῦν σῶμ' ἐμὸν, κἀγὼ τὸ σόν·
Γέροντε δ' αἰσχρὸν δύο πεσεῖν· ἴτω δ' ὅμως.
Τῷ Βακχίῳ γὰρ τῷ Διὸς δουλευτέον.
Πενθεὺς δ' ὅπως μὴ πένθος εἰσοίσει δόμοις

Moriatur, conspicatus acerba Bacchanalia in Thebis.
Tir. O miser, nescis quonam progrediaris verbis.
Jam insanis, et ante de sano mentis statu deturbatus eras.
Eamus nos, Cadme, et deprecemur
Pro isto, quanquam existente sævo,
Et pro civitate, Deum, ne quid *in nos* novi
Faciat, sed sequere me hederaceo cum baculo.
Et tentes firmare meum corpus, et ego tuum.
Senes enim duos *simul euntes,* cadere turpe *est:* ito tamen.
Baccho enim Jovis filio serviendum *est.*
Cave autem ne Pentheus luctum inferat ædibus

legunt μόχλου, τριαίνου, κἀνάτρεψον, etc. *Barnes.*

345. Ἄνω κάτω τὰ πάντα] Auguralem omnem supellectilem atque apparatum, tabernaculum, lituum, quo templa, i. e. regiones cœli, præfiniebant, pallium candidum tabellas, in quibus avium volatus notarent. Οἱ γὰρ οἰωνοσκόποι, ut tradunt Grammatici, ἐν δέλτοις ἐσημειοῦντο τὰς πτήσεις, ἵνα διὰ μνήμης ἄγοιεν. Brodæus. Inter autem hunc apparatum miror illum oblitum coronarum, de quibus ipse poëta proximo versu mentionem facit: Καὶ στέμματ', i. e. coronas augurales. Vid. infra v. 592. et v. 730. et v. 742. *Barnes.*

346. θυέλλαισιν metri causa reponit Heath. *Beck.*

347. δήξομαι] Molestabo. Vid. Rhes. v. 592. *Barnes.*

348. ἀνὰ πόλιν] Ita legendum cum Brodæo. Nam falsum est, quod opponit Barnesius, Bacchum in saltibus deprehensum mox a servo narrari. vid. infra v. 426. et seq. Pentheus apud Nonnum; p. 771.:

δμῶες ἐμοὶ στείχοντες ἐν ἄστεϊ καὶ μέσον ὕλης
ἄξατέ μοι βαρύδεσμον ἀνάλκιδα τοῦτον ἀλήτην.

Musg.

Οἱ δ' ἀνάπαλιν στείχοντες,] Aldi editio habebat, οἱ δ' ἀνὰ πάλιν. Brodæus temere πόλιν legebat, quia putabat, Bacchum per urbem inquiri, cum is nuper ad montem Cithæronem abiit, et servus, qui Bacchum post cepit, illum in saltibus prehensum ait; quare πάλιν restituimus, et unico verbo ἀνάπαλιν legimus, vel ἄμπαλιν, quod idem est. Duportus πτόλιν legit, et versui et sensui incommodus. *Barnes.*

352. λευσίμου δίκης] Λιθοβολίας. *Barnes.*

353. Prev. conjicit, Pentheum in scena manere, etiam per sequens chori canticum. *Beck.*

355. Interpungo:

Μέμηνας· ἤδη καὶ πρὶν ἐξέστης φρενῶν.

Musg.

Τοῖς σοῖσι, Κάδμε· μαντικῇ μὲν οὐ λέγω,
Τοῖς πράγμασιν δέ· μῶρα γὰρ μῶρος λέγει.
ΧΟ. Ὁσία, πότνα θεῶν, στροφὴ α΄.
Ὁσία δ', ἃ κατὰ γᾶν
Χρύσεα πτερὰ φέρεις,
Τάδε Πενθέως ἀΐεις;
Ἀΐεις οὐχ ὁσίαν ὕβριν
Ἐς τὸν Βρόμιον τὸν Σεμέλας,
Τὸν παρὰ καλλιστεφάνοις εὐφροσύναις

Tuis, Cadme, vaticinio quidem *hoc* non dico,
Ipsis vero rebus *edoctus;* stulta enim stultus profert.
Cho. Sancta, veneranda deorum,
Sancta, quæ per terras
Tabulas occultas fers:
Hæc Penthei *verba* audis?
Audis profanam injuriam
Adversus Bromium Semeles *filium,*
In capita pulchre-coronatis *conviviorum* oblectationibus

361. ἴτω δ' ὅμως.] *Accidat tamen, quodcunque accidat necesse est. Heath.*

363. Πενθεὺς δ' ὅπως μὴ πένθος εἰσοίσει δόμοις] Tale illud Theocriti supra memoratum: Ἐξ ὄρεος πένθημα, καὶ οὐ Πενθῆα φέροισαι. Hæ ad nomina allusiones poëtis frequentes sunt. Vid. Phœniss. v. 645. *Barnes.*

364. Interpungendum plenius post Κάδμε:

Πενθεὺς δ' ὅπως μὴ πένθος εἰσοίσει δόμοις
Τοῖς σοῖσι, Κάδμε· μαντικῇ μὲν οὐ λέγω—

vide autem, O Cadme, ne Pentheus malum tibi in domum importet: Non dico, ut vates. Musg.

365. μῶρα γὰρ μῶρος λέγει] Vid. Erasm. in Adagio, Stultus stulta loquitur. *Barnes.*

366. Citat Stobæus ut Sophoclis IV. p. 29. ed. Grot. sed Euripidis Bacchis recte tribuitur a Gesn. p. 53. ed. 1549. *Por.*

Reisk. τὸ Ὁσία accipit pro nomine substantivo et ficto numine. *O Sanctimonia, quæ Asiatide in terra volas,* pro *O ritus sacri, in Asia usitati. Beck.*

366. s. Themida primo loco Chorus alloquitur, deinde Nemesin, quam deam a Smyrnæis alatam effingi solere tradit Pausanias Attic. p. 82. *Heath.*

367. s. —ἃ κατὰ γᾶν Χρύσεα πτέρυγα φέρεις,] Ita Ed. Ald. et reliquæ deinceps, donec πτέρυγα a Barnesio in πτερὰ mutatum est. Ego vero et χρύσεα librariis deberi puto. Cur enim diceret, sanctimoniam alas aureas in terra gerere? Diversas, credo, gessit, cum in aëre et cœlo versaretur. Quin et versus, qui Ionicus a minore est, non recipit in initio χρύσεα. An legendum:

—ἃ κατὰ γᾶν
κρύφια πτερὰ φέρεις.

i. e. *quæ tacite et nulli visa per terram volitas.* Insolens fortasse videbitur φέρει πτερὰ κατὰ γᾶν. Sed defendi potest ex Nonno, p. 285.

Ἄλλη ταρσὰ φέρουσα κατ' οὔρεα γυμνὰ πεδίλων.

Legi etiam potest:

ἃ κατὰ γᾶν
κρυφίαν πτύχα φέρεις.

Quæ tabulam occultam per terram circumfers. πτύχες, *pugillarium laminæ.* vid. Poll. Lib. IV. sect. 18. Meminit ποιναίης σελίδος Paullus Silentiar. Antholog. p.

Δαίμονα πρῶτον μακάρων; ὃς τάδ' ἔχει,
Θιασεύειν τε χοροῖς,
Μετά τ' αὐλοῦ γελάσαι,
Ἀποπαῦσαί τε μερίμνας,
Ὅταν βότρυος ἐπέλθῃ
Γάνος ἐν δαιτὶ θεῶν,
Κισσοφόροις δ' ἐν θαλίαις
Ἀνδράσι κρατὴρ ὕπνον ἀμφιβάλλῃ.
Ἀχαλίνων στομάτων, ἀντιστρ. α'.

Deum præcipuum deorum? qui hæc *munera* habet,
Tripudiare choreis,
Et lætari cum tibiis,
Et sedare curas,
Quando venerunt uvæ
Latices in conviviis deorum,
Floridisque in symposiis
Crater somnum viris immiserit.
Effrænati oris,

456. Confer Callimach. Hymn. in Cerer. v. 57. Nec obstat Plutarchus ταῖς Εὐριπίδου χρυσαῖς πτέρυξι habens, Op. Mor. p. 1408. Ed. H. Steph. Pertinet enim hoc ad locum citatum a Clemente Alex. Strom. Lib. IV. in fine. *Musg.*

367. Leg. Ἀσιάδ' ἃ κατὰ γᾶν] Bacchi enim orgia venerunt ex Asia. Conf. v. 1023. et 1158. *Beck.*

368. Codices et Aldus, χρύσεα πτέρυγα φέρεις. Ad syntaxeos normam scribi debuit χρυσέαν πτέρυγα, vel, ut Barnesius edidit, χρύσεα πτερά. Sed neutra lectio sana est, ut ex antistrophici versus modulo liquet, qui Ionicus a minore est. Metrum sartum non præstant Musgravii conjecturæ. Locum itaque hunc in mendo cubare necesse est, donec meliores reperiantur codices. *Brunck.*

Χρύσεα πτερὰ φέρεις,] Πτερὰ pro πτέρυγα restituo, ob versum et constructionem. *Barnes.*

Corrupta hæc censet Prev. et pro *alis* (πτερὰ) substituit *sceptra*, et hanc invocationem ad Proserpinam magis, quam ad Justitiam, forte etiam ad Cererem, pertinere credit. *Beck.*

373. ὃς τάδ' ἔχει,] Hic poëta enumerat Bacchi qualitates, Saltare videl. musica gaudere, curas pellere, somnum conciliare, etc. *Barnes.*

377. Ὅταν βότρυος ἐπέλθῃ] Sic ad metri rationem scribendum, quod infra ostendetur. Vulgo ὁπόταν βόθρυος ἔλθῃ. *Brunck.*

377. s. Ὁπόταν βότρυος ἔλθῃ Γάνος ἐν δαιτί θεῶν,] Vid. supra v. 257. Ὅπου βότρυος ἐν δαιτὶ γίγνεται γάνος. *Barnes.*

380. ἀμφιβάλλῃ.] Codices et Aldus, ἀμφιβάλῃ, quæ quidem lectio, in qua congruunt tempora, potior mihi videtur. Sic pro choriambico versus esset anapæsticus, cui responderet in antistrophe oppositus, si pro φωτῶν reponeretur βροτῶν. Sed quum omnino aliquid mutandum esset, eam rationem prætuli, quæ a codicum scriptura quam minime recederet, et ab aliis jam fuisset probata. *Brunck.*

ἀμφιβάλῃ.] Recte Barnesius ἀμφιβάλλῃ ob metrum. *Musg.*

381. Sententiam hanc excerpsit Stobæus sermone *de Garrulitate*, quam sic expressit Grotius:

Spretrix legis iniquitas,
Effrænisque loquacitas,
In fines miseros ruunt.

381—3. Apud Stob. Grot. De Morib.

'Ανόμου τ' ἀφροσύνας,
Τὸ τέλος δυστυχία.
Ὁ δὲ τᾶς ἡσυχίας
Βίοτος, καὶ τὸ φρονεῖν, ἀσά-
λευτόν τε μένει, καὶ συνέχει
Δῶμα· πρόσω γὰρ, ἀλλ' ὅμως αἰθέρα ναί-
οντες ὁρῶσιν τὰ βροτῶν Οὐρανίδαι.
Τὸ σοφὸν δ', οὐ σοφία,

Et exlegis amentiæ
Finis *est* infortunium.
Tranquillitatis vero
Vita, et prudentia,
Inconcussa manet, et servat
Domum. Nam procul *quidem*, sed tamen ætherem
Incolentes, intuentur *res* mortalium cœlestes.
Nimis autem *esse* callidum, non *est* sapientia:

III. p. 175. et Flor. Tit. XXXVI. p. 145. *Burn.*

'Αχαλίνων στομάτων, ἀνόμου τ' ἀφροσύνας, τὸ τέλος δυστυχία] Vid. Erasm. in Adagio: *Os infræne.* Æschyl. Prometh. v. 329. Γλώσσῃ ματαίᾳ ζημία προστρίβεται. Vid. Plutarch. περὶ ἀδολεσχίας. Item Proverbia de Loquacitate in Pollucis Onomastico, Lib. VI. et Cœlium Rhodigin. Lib. XVII. c. 11. Οἱ 'Αδολέσχαι, ὥσπερ αἱ χελιδόνες, τῷ συνεχεῖ τῆς λαλιᾶς τὴν ἡδονὴν τῆς ὁμιλίας ἀποβάλλουσιν. Demophilus in Opuscul. Mytholog. Cui affine illud Nicostrati: Εἰ τὸ συνεχῶς καὶ πολλὰ καὶ ταχέως λαλεῖν Ἦν τοῦ φρονεῖν παράσημον, αἱ χελιδόνες ἐλέγοντ' ἂν ἡμῶν σωφρονέστεραι πολύ. Huc et illud referatur: *Non ulli tacuisse nocet, nocet esse locutum.* Huc Hesiodeum illud: Γλώσσης τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος Φειδωλῆς. Vid. Theogn. v. 295. et 421. et 615. *Barnes.*

383. Omittet τὸ Stob. Grot. de Morib. III. p. 175. *Burn.*

384—388. Apud Stob. Grot. LVIII. p. 221. *Burn.*

384. Sed vita tranquilla et prudentia inconcussa m. Animadv. in Vorst. p. 225. *Barnes.*

386. Copulam τε ab Aldo omissam, et ad versus integritatem necessariam, exhibent ambo codices, quod Musgravio non fuit observatum. *Brunck.*

Lege ob metrum ἀσάλευτόν τε μένει. *Musg.*

387. Æschylus Prom 312.

— τάχ' ἂν σου, καὶ μακρὰν ἀνωτέρω
Θακῶν, κλύοι Ζεύς.

Brunck.

Dipodia secunda diiambus est, qui in metro hoc choriambico choriambo opponitur. *Heath.*

388. τὰ τῶν β. Stob. Grot. LVIII. p. 221. *Burn.*

389—395. Apud Stob. Grot. XXII. p. 118. *Burn.*

Legit et distinguit Tyrwhittus:

Τὸ σοφὸν δ' οὐ σοφία,
Τό τε μὴ θνητὰ φρονεῖν.
Βραχὺς αἰών· ἐπὶ τούτῳ
Δέ τις ἂν μεγάλα διώκων
Τὰ παρόντ' οὐχὶ φέροι;

Verum, si recte statuit Toupius, vir doctissimus, Not. in Suid. Tom. III. p. 137. particulam δὲ versum inchoare non posse, locus ne sic quidem integer esse potest. Addo, et sententiam non penitus labis expertem esse. Cujus enim ineptiæ est dicere: *ecquis, magna sectans, præsenti rerum statu non contentus fuerit?* Hæc, inquam, nonne admodum inepta sunt, cum tot ubique sint homines, quibus præsens rerum status sine ulla gravi ratione

Τό τε μὴ θνητὰ φρονεῖν.
Βραχὺς αἰών· ἐπὶ δ' αὐτῷ
Τίς ἂν, μεγάλα διώκων,
Τὰ παρόντ' οὐχὶ φέροι;
Μαινομένων οἵδε τρόποι,
Καὶ κακοβούλων παρ' ἔμοιγε φωτῶν.
Ἱκοίμαν ποτὶ τὰν Κύπρον, στροφὴ β'.
Νᾶσον τᾶς Ἀφροδίτας,

Et non mortalia sapere.
Brevis vita *est*: hac autem
Quis, magna persequens,
Præsentibus non frueret?
Isti *sunt* mores insanientium,
Et stultorum, meo quidem judicio, virorum.
Utinam veniam in Cyprum,
Insulam Veneris,

displiceat, quique magna sectari malint, quam illo patienter uti? Reponendum forte, ut metri simul ratio habeatur:

Βραχὺς αἰών· ἐπὶ τούτῳ
τί τις ἂν μέγα διώκων — —

Vel, si particula connectens desiderari videtur:

— ἐπὶ τῷδ' οὖν
τί τις ἂν μέγα διώκων — —

Quanquam, si δὲ in initio versus defendi posset, non magna ad reliqua expedienda mutatione opus esset. Quidni enim legeremus:

— ἐπὶ τούτῳ
δέ τις ἂν μεγάλα διώκων
τὰ παρόντ' οὐχὶ φέρῃ,
Μαινομένων οἵδε τρόποι — —

ἐπὶ τούτῳ, *hac lege, hac conditione,* ut ἐπὶ τοῖσδε, Alcest. 385. τις ἂν pro ἐάν τις. *Musg.*

Leg. σοφίᾳ, i. e. ἐν σοφίᾳ, deinde pro puncto comma substituendum. Cohæret enim cum βραχὺς αἰὼν, *parum diu durat illud, quod sapiens est absque sapientia,* h. e. *nasutum* et ὑπέρσοφον, *et parum diu* porro durat *humanum non sapere, sed superhumanum.* *Reisk.*

390. τότε Stob. Grot. XXII. p. 118. *Burn.*

391. Vulgo legitur:

βραχὺς αἰών. ἐπὶ τούτῳ
δέ τις ἂν, μεγάλα διώκων,
τὰ παρόντ' οὐχὶ φέρει.

Horum versiculorum medius non unius vitii compertus est. Antithetico non congruit, et initio particulam δὲ habet, quæ versum inchoare nequit: denique nullus in tota phrasi sensus est. Quod cum animadverterent viri docti, variis modis emendationem tentarunt: quorum ego conjecturis neutiquam contentus, aliam, paulo diversam tamen, inii rationem. Sententia est: *exiguum ævum est, quo quum ad tam breve fruamur tempus, quisnam majora sectari malit, quam præsentibus acquiescere?* Particula δὲ perperam suo loco mota hiatum fecerat, quem ut vitarent αὐτῷ mutarunt in τούτῳ. τίς interrogat et particulæ ἂν junctum verbum in optativo requirit. Antithetici versus 377. et 392. jam examussim æquati: dimetri sunt iamb. catal. *Brunck.*

ἐπὶ τούτῳ δὲ, Stob. Grot. p. 113. *Por.*

392. τὶς est pro ὃς, vel ὅστις, *quisquis magnis inhians præsentia non fert, illius et omnium illi similium mores sunt mores insanientium.* transilit a singulari τὶς ad pluralem τῶνδε, quia illud est collectivum. Igitur punctum, v. 393. post φέρει commate mutandum. *Reisk.*

394. μαινομένων οἵδε τρόποι,] Μαινόμενων

Ἵν' οἱ θελξίφρονες νέμονται
Θνατοῖσιν Ἔρωτες,
Πάφον θ', ἂν ἑρατόστομοι
Βαρβάρου ποταμοῦ ῥοαὶ
Καρπίζουσιν ἄνομβροι·

Ubi mulcentes animum dispensantur
Mortalibus amores :
Et *in* Paphum, quam pulchro ostio exeuntes
Barbari fluminis aquæ
Frugiferam reddunt sine imbribus :

δ' οἴτι (Stobæus) ed. Trincavelli. Lege Μαινομένων θ' οἴδε. *Por.*

396. Ἱκοίμαν ποτὶ τὰν Κύπρον,] Vid. infra ad v. 400.

397. Confer quæ de fano Veneris, quod Argyri erat, habet Luc. Ampelius Cap. de Miraculis. *Musg.*

398. Ἵνα] Lege ob metrum Ἵν' οἱ. *Musg.*

Hæc est conjectura Heathii. *Beck.*

400. Πάφον] Emendat Reiskius Φάρον, ni fallor, quia sequentia Papho accommodari posse non credidit. Utcunque de hoc sit, Ægyptum certe intelligi non sinunt ἑκατόστομοι ῥοαὶ, quas nemo veterum Nilo tribuit. De Papho mox videbimus.

ἑκατόστομοι] Quis sibi persuaserit, vix angusto insulæ, qualis Cypros est, spatio tantam fluvii ullius magnitudinem esse, ut numero ostiorum Nilum atque Istrum plusquam decies exsuperet? Aut quis non intelligit, hujusmodi rem clara et frequentia Veterum celebratura fuisse testimonia? Nunc ex una Euripidis vocula fides miraculi hujus pendet; nisi huc referendum putes Apuleii *circumfluum Paphi sacrarium*, Miles. Lib. XI. aut Alcmanis Πάφον περιῤῥυτὰν apud Strabon. p. 341. Ed. Par. Scripsisse videtur Euripides ἐρατόστομοι, *amœno ostio in pelagus exeuntes.* Audiamus modo Sestrachi apud Nonnum descriptionem, p. 246. Sestrachus enim dicitur, non Bocarus, qui Paphum alluit, Fluvius :

Καὶ Πάφον ἁβροκόμων στεφανηφόρον ὅρμον ἐρώτων.
Ἧχι θαλασσιγόνου Παφίης νυμφήϊον ὕδωρ
Σέστραχος ἱμερόεις, ὅθι πολλάκις, οἶδμα λαβοῦσα,
Κύπρις ἀνεχλαίνωσε λελουμένον υἱέα Μύῤῥης.

Musg.

Πάφον θ', ἂν ἑκατόστομοι, &c.] Paphus urbs Cypri, Veneri quondam sacra. Sic Virgil. Æneid. Lib. X. v. 51. *Est Amathus, est celsa mihi Paphos, atque Cythera, Idaliæque Domus.* Et Horat. Carm. Lib. I. Od. 30. *O Venus, regina Cnidi, Paphique, sperne dilectam Cypron.* Et Nonnus: Καὶ Πάφον ἁβροκόμων στεφανηφόρον ὅρμον ἐρώτων. Hæc Insula, quod Baccharum Chorus jam respicit, optimo vino abundabat. Ita enim Strabo: Καὶ γὰρ εὔοινός ἐστι (Κύπρος) καὶ εὐέλαιος. Quare æque Baccho grata est, ac Veneri. In hac vero Paphi urbe Puellæ ante nuptias dotem quæsituræ prostituere se solebant et corporis quæstum facere, in honorem Veneris. Vid. Justin. Lib. XVIII. Pompon. Lib. II. Strabo, Lib. XIV. Plin. Lib. V. c. 31. Eustath. fol. 267. lin. 1. et 1600. lin. 62. *Barnes.*

Πάφον forte, Φάρον, insulam Ægypti apud Alexandriam; sane in sequentibus Nilum describit. Mire desultorius est Euripides, et vere bacchatur cum Bacchis suis, e Cypro ad Nilum, et statim in Macedoniam transiliens. *Reisk.*

401. Βαρβάρου] Fluvius hic quidni barbarus dicatur, cum Cyprii plerumque inter barbaros recenseantur. Sic rex Argivorum apud Æschyl. Supplic. v. 285. Danai filias Libyssis, Cypriis, Ægyptiis, Indis, Amazonibus similes fuisse dicit, minime vero Argivis. vid. etiam Herodot. Lib. VII. c. 90. et Isocratem in Evagora. Paphios nominatim barbaros fuisse optima ratione colligas ex Maximo Tyrio, Dissert. XL. *Musg.*

Βαρβάρου ποταμοῦ ῥοαὶ] Ἑκατόστομοι ῥοαὶ βαρβάρου ποταμοῦ, ἤγουν αἱ πολλαὶ ἐπεισροαὶ τῶν ποταμῶν πολλῶν, τῶν ἀμφὶ τὴν Κύπρον, αἱ ἀπὸ τοῦ Ὠκεανοῦ, τοῦ μεγάλου δηλονότι ποταμοῦ, ἀποῤῥέουσαι, κατὰ τὴν

Χώπου καλλιστευομένα
Πιερία μούσειος ἕδρα,
Σεμνὰ κλιτὺς Ὀλύμπου.
Ἐκεῖσ' ἄγε με, Βρόμιε, Βρόμιε,
Προβακχήϊε δαῖμον·.

Et ubi pulcherrima
In Pieria Musarum sedes *est*,
Sacer clivus Olympi.
Illuc duc me Bromie, Bromie,
Bacche deus.

μῦθον (Iliad. φ'. v. 169.) Ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοὶ, καὶ πᾶσα θάλασσα, Καὶ πᾶσαι κρῆναι καὶ φρείατα μακρὰ νάουσιν. Καὶ τοῦτο (Odyss. μ'. v. 1.) Αὐτὰρ ἐπεὶ ποταμοῖο λίπεν ῥόον ὠκεανοῖο. Βαρβάρου] Ἀνημέρου, δυσχειμέρου, κατὰ ποιητὴν, ὃς Παμφύλιον ὠκεανὸν διὰ τοῦτο ἀνόδευτον χεῦμα καλεῖ, παρὰ Στράβωνι γεωγραφικῶν τεσσαρακαιδεκάτῳ· Μυρίον ἀνδράσι θαῦμα νοεῖν παρὰ, πῶς ἀνόδευτον Χεῦμα δι' εἰαρινῶν ἐδράμομεν ζεφύρων. Βάρβαρος δὲ, ἀντὶ ἀνήμερος, νεωτερικώτερον φαίνεται. Περὶ Κύπρου μὲν Στέφανος περὶ πόλεων· Κύπρος νῆσος μεγάλη ἐν τῷ Παμφυλίῳ κόλπῳ, ἀπὸ Κύπρου, τῆς θυγατρὸς Κινύρου, ἢ ἀπὸ τοῦ φυομένου ἄνθους κύπρου. κ. λ. Οἱ μὲν ποταμὸν Λύκον ὑπολαμβάνουσιν ἐνθάδε σημαίνεσθαι, οὗτος δὲ προβάλλων τῷ Μαιάνδρῳ ἐκ Κάδμου τοῦ ὄρους ῥέων, οὐκ οἶδ' ὅπως, εἰς Κύπρον ἔρχηται.

Barnes.

402. Καρπίζουσιν] Eximiam Cypri fertilitatem fuisse innuit hac voce auctor. Confirmat Ælianus de Animal. V. c. 56. στέλλονται δὲ ἐπὶ τὴν Κύπρον πόθῳ τῆς πόας τῆς ἐκεῖ· λέγονται γὰρ εἶναι βαθεῖαι, καὶ νομὰς ἀγαθὰς ἔχειν. Καὶ λέγουσί γε Κύπριοι εὔγεων οἰκεῖν χώραν, καὶ ταῖς Αἰγυπτίων ἀρούραις τολμῶσιν ἀντικρίνειν τὰς σφετέρας. Insulæ proventum fuse depingit Ammianus Marcellinus.

ἄνομβροι·] Pluviam Cypro ignotam fuisse, nemo, quod sciam, tradidit. Quod proximum est, refert Tacitus, *altaria Paphiæ Veneris nullis imbribus in aperto madescere.* Hist. Lib. II. c. 2. Plinius vero, Fanum Veneris Paphi esse, *in cujus quandam aream* (MS. *aram*) *non impluit*, Hist. Nat. Lib. II. c. 96. Credo, rarissimos circa eam urbem, velut in Judæa et Ægypto, imbres, commodam fabulæ hujus propagandæ occasionem sacrificulis dedisse; Euripidem vero rem, ut erat, accepisse, sed hyperbolice et more poëtarum enunciasse. *Musg.*

403. ὅπου] Fuit in Cypro promontorium Olympi nomine. vid. Strabon. Lib. XIV. p. 682. Ed. Par. Sed hic Olympum Macedonicum intelligi, non Cyprium, clarissime ostendit vox Πιερίᾳ. Jure igitur Barnesius ὅπου mendosum esse statuit. Legendum vel cum ipso ἢ ὅπου, vel, quod fortasse non deterius, χ' ὥπου. Etsi enim locus *aut*, non *et*, postulare videtur, non omnino indecora est, præsertim ubi magni animorum motus depinguntur, harum minutiarum negligentia. Virgilius saltem non veritus est hanc licentiam sumere: Eclog. I. v. 66.

Pars Scythiam ET rapidum Cretæ veniemus Oaxem,
ET penitus toto divisos orbe Britannos.

Confer etiam Æneid. VII. v. 675.

Musg.

Ἢ ὅπου] Ego τὸ Ἢ addo, non modo ad sensum supplendum, sed ad versum quoque: ὅπου enim per se non respondet τῷ Μισεῖ, cujus prior longa est; nec Pieria et Olympus habent aliquid commune cum Papho et Cypro: nam ad Macedoniam pertinent. *Barnes.*

404. Πιερία] Legendum cum iota subscripto Πιερίᾳ. *Musg.*

Πιερία μούσειος ἕδρα,] Non est novum, Musarum et Bacchi consortium facere: nam et supra ad v. 303. observavimus Parnassum bicipitem Apollini et Baccho simul sacratum; et Bacchus Musis et Philosophiæ præsidere dicitur, et Macrobius Saturn. Lib. I. c. 18. probat ex Euripide et Orpheo et Æschylo et Aristotele, eundem esse Bacchum cum Apolline, ut Euripides in Licymnio: Δέσποτα φιλόδαφνε, Βάκχε, Παιὰν Ἀπόλλων Εὔλυρε.

Ἐκεῖ Χάριτες, ἐκεῖ δὲ Πόθος,
Ἐκεῖ δὲ Βάκχαισι
Θέμις ὀργιάζειν.
Ὁ δαίμων ὁ Διὸς παῖς ἀντιστρ. β΄.
Χαίρει μὲν θαλίαισιν,
Φιλεῖ δ᾽ ὀλβοδότειραν Εἰρή-
ναν, κουροτρόφον θεάν·
Ἶσαν δ᾽ εἴς τε τὸν ὄλβιον,
Τόν τε χείρονα, δῶκ᾽ ἔχειν
Οἴνου τέρψιν ἄλυπον.
Μισεῖ δ᾽, ᾧ μὴ ταῦτα μέλει,
Κατὰ φάος νύκτας τε φίλας
Εὐαίωνα διαζῆν.
Σοφὸν δ᾽, ἀπέχειν πραπίδα φρένα τε
Περισσῶν παρὰ φωτῶν·

Illic *sunt* Charites, illic *est* Amor,
Illic etiam Bacchis
Fas *est* orgia celebrare.
Hic deus filius Jovis,
Gaudet quidem lætis conviviis:
Amat vero divitiarum-datricem Pacem,
Juvenum-altricem deam.
Æqualem autem et diviti
Et pauperi dat habere
Vini delectationem, carentem tristitia:
Odit autem, cui hæc non sunt curæ, *scilicet*,
Per diem, et gratas noctes,
Lætum vivere.
Sapientia autem *est*, abstinere animum, mentemque
A viris novitatis studiosis,

Et Æschyl. Ὁ κισσεὺς Ἀπόλλων, ὁ Καβαῖος (an Σαβαῖος) ὁ μάντις, &c. De hac re vid. plura apud Petr. Andreæ Canonherii Libellum de Admirandis Vini Virtutibus, Lib. I. c. 1, &c. Καὶ Βάκχος Μούσῃσι συνέστιος· ἦ μάλα κεῖνον Καὶ Μοῦσαι φιλέουσι, καὶ εὔαδεν Ἀπόλλωνι. *Barnes.*

410. Versus 406. 408. 421. 423. singuli male in binos vulgo divisi sunt. Codicibus merito obsecutus sum, in quibus digesti sunt, prouti hic leguntur. Ubi Clar. Musgravii emendationes recepi, earum ratio ex illius notis petenda. *Brunck.*

407. Forte, τριβάκχει. *Reisk.*

413. Εἰρήναν κουροτρόφον θεάν·] Hoc ex Hesiodo mutuatus est Euripides, Oper. et Dier. v. 226. Εἰρήνη δ᾽ ἀνὰ γῆν κουροτρόφος. *Brodæus.*

418. Μισεῖ] Μισεῖ, τοῦτον εὐαίωνα διαζῆν, ᾧ μὴ ταῦτα μέλει. Hic autem usus verbi μισέω cum infinitivo non est novus; Homerus enim Iliad. ρ΄. v. 272. ita dixit: Μίσησεν δ᾽ ἄρα μιν δηΐων κυσὶ κύρμα γενέσθαι. Quod si hunc verbi usum advertis-

Τὸ πλῆθος ὅ τι τὸ φαυλότερον
'Ενόμισε, χρῆταί τε,
Τόδε τοι λέγοιμ' ἄν.

Quod vulgus tenue
Probat, et utitur.
Hoc profecto dicam.

ARGUMENTUM ACTUS SECUNDI.

Adducunt famuli vinctum Bacchum, nec vultu mutatum, nec restitantem; præterea mulieres Bacchas, nuper incarceratas a Pentheo, nunc liberas esse, et e custodiis, non sine miraculo, evasisse nuntiant. Pentheus Bacchum quæstionibus tentat; qui suarum virium probe conscius et imbecillitatis Penthei simulate respondendo tyrannum deridendum suis propinat. Ille e contra ad carcerem eum abduci jubet. Chorus exitium Pentheo, Bacchi orgiis adversanti, ominatur, ipsumque Deum, ubiubi sit, ad suos honores asserendos invocat et ad tyranni in illum impietatem vindicandam.

ΘΕΡΑΠΩΝ.

Πενθεῦ, πάρεσμεν, τήνδ' ἄγραν ἠγρευκότες,
'Εφ' ἣν ἔπεμψας· οὐδ' ἄκρανθ' ὡρμήσαμεν.
'Ο θὴρ δ' ὅδ' ἡμῖν πρᾶος, οὐδ' ὑπέσπασε
Φυγῇ πόδ', ἀλλ' ἔδωκεν οὐκ ἄκων χέρας,

FAMULUS.

Pentheu, adsumus capta hac præda,
Ad quam *nos* misisti, neque conati sumus irrita.
Hæc enim fera nobis *fuit* placida, neque subtraxit
Pedem fuga, sed non invita tradidit manus,

set Josephus Scaliger, non utique εὖ αἰῶνα distinctim legendum putasset. *Barnes.*

418. ss. Constructio, quam non vidit Barn. hæc est: μισεῖ δὲ τοῦτον, ᾧ μὴ ταῦτα μέλει, τουτέστι διαζῆν εὐαίωνα κατὰ φάος, νύκτας τε φίλας. *Heath.*

421. s. Sic scribendos puto:

Σοφὰν δ' ἄπεχε πραπίδα φρένα τε
Περισσῶν παρὰ φωτῶν.
Τὸ πλῆθος, ὅ τι τὸ φαυλότερον ἐνόμισε χρῆται. τόδε τοι λέγοιμ' ἄν.

Hoc dicit, *Arce a te sapientem a viris nimium severis commendatam sobrietatem: vulgus, quod deterius videt, utitur. Hæc mea sententia est. Herman.*

422. παρὰ, forte, ἀπό. *Reisk.*

423. Unius literæ mutatione sanum reddidi: vulgo legitur absque sensu ὅ τι τε. Obiter notandum, copulam τε non magis quam δὲ initio versus stare posse. τὸ πλῆθος τὸ φαυλότερον opponitur τοῖς περισσοῖς: *Iis qui ultra modum sapere volunt, simplices*, seu, ut Cicero loquitur, *mediocres*, οἱ εὐτελεῖς, οἱ ἐπιτυχόντες. Hoc enim significat φαῦλος. Eo sensu τοὺς φαύλους oppositos τοῖς σοφοῖς legimus Phœn. 506. *Brunck.*

424. 'Ενόμισε,] Sic recte Aldus, consentientibus ambobus codicibus. Prave Can-

Οὐδ᾽ ὠχρὸς, οὐδ᾽ ἤλλαξεν οἰνωπὸν γένυν·
Γελῶν δὲ καὶ δεῖν κἀπάγειν ἐφίετο·
Ἔμενέ τε, τοὐμὸν εὐτρεπὲς ποιούμενος.
Κἀγὼ δι᾽ αἰδοῦς εἶπον· Ὦ ξέν᾽, οὐχ ἑκὼν
Ἄγω σε, Πενθέως δ᾽, ὅς μ᾽ ἔπεμψ᾽, ἐπιστολαῖς.
Ἃς δ᾽ αὖ σὺ Βάκχας εἶρξας, ἃς ξυνήρπασας,
Κἄδησας ἐν δεσμοῖσι πανδήμου στέγης,
Φροῦδαί γ᾽ ἐκεῖναι λελυμέναι πρὸς ὀργάδας
Σκιρτῶσι, Βρόμιον ἀνακαλούμεναι θεόν.

Neque expallescens: neque mutavit rubras genas,
Sed ridens et se ligari et abduci jussit,
Et mansit, meam operam facilem reddens.
Ego autem præ pudore dixi: O hospes, invitus
Duco te, sed mandato Penthei, qui me misit.
Quas porro tu Bacchas incluseras, quas rapueras,
Et ligaveras in vinculis publici carceris,
Illæ procul profectæ, solutæ in nemora
Saliunt, Bromium invocantes deum.

terus, aut nescio quis alius ἐνόμισσε invexit, tanquam si in iambico versu pes primus non æque bene tribrachys ac anapæstus esse posset. *Brunck.*

425. Τόδε τοι λέγοιμ᾽ ἄν.] Supple σοφὸν εἶναι. Mutatione non opus est: et omnino particula ἂν retineri debet. *Brunck.*

λέγοιμ᾽ ἄν.] Lego δεχοίμαν. Hesychius: Δέχεσθαι — ἀσπάζεσθαι. *Musg.*

427. ἄκρανθ᾽] Ἄκραντα, ματαίως, εἰς κενόν. *Barnes.*

430. οἰνωπὸν γένυν·] Vid. supra ad v. 232. Οἰνωπὸς, κοινῶς ὁ καὶ ἡ: Nonnus autem Dionys. l. ιη᾽. v. 76. Οἰνωπὴν Ἀμέθυστον ἐρειδομένην Ὑακίνθῳ. *Barnes.*

432. εὐτρεπὲς] Hic et v. 832. Canteri emendationem indubitanter recepi: vulgo εὐπρεπὲς utroque in loco legitur. De harum vocum permutatione ex oscitantium librariorum alucinatione orta, dixi ad Æsch. S. Th. 91. *Brunck.*

εὐπρεπὲς] Legendum cum Cantero εὐτρεπές. *Musg.*

τοὐμὸν εὐπρεπὲς] Canterus et Scaliger legunt εὐτρεπὲς, parum refert, utro modo legas. *Barnes.*

Reisk. conjicit ἐντρεπὲς, quod explicat ἐνέτρεψέ με, *redigebat me* ad τὴν ἐντροπὴν, eo, ut in me redirem, examinarem, quid agerem; *ad severitatem me componebat.* *Beck.*

433. Κἀγὼ δι᾽ αἰδοῦς εἶπον·] Verte: *Ego autem verecunde dixi.* Nomina cum præpositione διὰ constructa, cognatorum adverbiorum vicem plurima sustinent, et in ea resolvi debent. Sic διὰ τάχους, *celeriter.* διὰ τέλους, *semper,* Hec. 1175. διὰ σπουδῆς, *festine,* supra 208. δι᾽ εὐπετείας, *facile,* Phœn. 269. διὰ παντὸς (subaudiendo χρόνου) *semper,* et infinita alia; hic autem δι᾽ αἰδοῦς, *verecunde, modeste. Brunck.*

434. Non Stephani tantum, sed ambo etiam regii codices, dant ἄγω σε, quod omnino verum est, sed Stephano male fuit acceptum, qui verbum hoc non aliter quam cum δι᾽ αἰδοῦς construi posse existimabat, quod revera esset absurdissimum; ideo Aldinam lectionem retinebat, ἐγώ σε, quæ manifesto corrupta est et sensu cassa. ἄγω σε significat *vinctum te duco. Brunck.*

Ἄγω σε,] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. ἐγώ σε.

ἔπεμψ᾽,] Ita MSS. E, G. Ed. Ald. ἔπεμψεν. *Musg.*

ἔπεμψεν, ἐπιστολαῖς.] Sic legendo anapæstus erit in quinto, potest et legi ἔπεμψ᾽, ἐπιστολαῖς. Alii legendum putant ἐπιστολαῖς, nec prorsus inepte; si ἔπεμψεν quoque legatur; aliter enim versus non stabit sine ἐπιστολαῖς. Sic Æschyl. Prometh. v. 3. Ἥφαιστε, σοὶ δὲ χρὴ μέλειν ἐπιστολὰς Et Eurip. Iphig. Taur. v. 447. Μαθὼν δ᾽

Αὐτόματα δ' αὐταῖς δεσμὰ διελύθη ποδῶν,
Κλῇδές τ' ἀνῆκαν θύρετρ' ἄνευ θνητῆς χερός.
Πολλῶν δ' ὅδ' ἀνὴρ θαυμάτων ἥκει πλέως
Εἰς τάσδε Θήβας· σοὶ δὲ τἄλλα χρὴ μέλειν.
ΠΕΝ. Λάζυσθε χειρῶν τοῦδ'· ἐν ἄρκυσιν γὰρ ὢν,
Οὐκ ἔστιν οὕτως ὠκὺς, ὥστε μ' ἐκφυγεῖν.
Ἀτὰρ τὸ μὲν σῶμ' οὐκ ἄμορφος εἶ, ξένε,
Ὡς εἰς γυναῖκας, ἐφ' ὅπερ εἰς Θήβας πάρει.
Πλόκαμός τε γάρ σου ταναὸς, οὐ πάλης ὕπο,

Sua sponte vero vincula pedum ipsius soluta sunt,
Claustraque laxârunt fores, sine mortali manu.
Hic autem vir venit plenus multis miraculis
Ad hasce Thebas. Tibi igitur cætera curæ esse convenit.
Pen. Præhendite manus istius: cum sit enim in cassibus,
Non est adeo celer, ut me effugiat.
At, O hospes, corpore quidem non es deformis,
Ut ad mulieres *alliciendas*, quam ob *causam* Thebas venisti.
Coma enim tua prolixa *est*, non-luctam redolens,

Ὀρέστα, τὰς ἐμὰς ἐπιστολάς. Hinc Hesych. ἐπιστολαὶ, ἐντολαὶ, ἐπιταγαί. Plura vid. in Thom. Stanleii Comment. in Æschyli locum prædictum. In hoc vero loco mire Henricus Stephanus, præter morem suum, lapsus est; quum vult Nuncium dicere, non se sponte revereri Bacchum, sed Penthei jussu; nihil enim tale vult poëta, sed eum Bacchi majestate attonitum, dum vinciret eum, reverentia tactum dixisse, non id se facere sua sponte, sed Penthei jussu. Quare veteres codices sequor, et τὸ ἐγὼ rejicimus, et Ἄγω σε legimus. Nec enim δι' αἰδοῦς ad τὸ ἄγω referendum, sed ad τὸ εἶπον. Hoc vidit Joh. Brodæus, sed timidior paulo hærebat; et Stephanus agnoscit ita scriptum in veteri codice, sed loci mentem non assecutus est: nos in textum recipimus, ad æquos rerum æstimatores ultro provocantes.

Barnes.

435. Reisk. suspicatur ὡς συνήρπασας, *postquam eas comprehenderas. Musg.*

439. αὐταῖς] Sic recte cod. uterque. Operarum vitio in Aldina legitur αὐτοῖς quod per plurimas alias editiones propagatum, Barnesius tamen emendaverat. Hunc et sequentem versum transtulit Ovidius Metam. III. 699.

Sponte sua patuisse fores, lapsasque lacertis
Sponte sua, fama est, nullo solvente, catenas.

Brunck.

441. θαυμάτων] Ita MSS. E, G. ut bene Piersonus, Verisim. p. 66. Ed. Ald. θαυμασίων. *Musg.*

Etiam Heath. θαυμάτων. Pierson. ex Auct. Trag. Χριστ. Πασχ. 1660. videtur legere malle: Φρικτῶν ὅδ' ὡνὴρ θαυμάτων ἥκει πλέως. *Beck.*

442. σοὶ δὲ τἄλλα χρὴ μέλειν.] Homerus hoc verbo paulo aliter fere utitur, et personaliter, ut Πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει. Sic Iliad. β'. v. 338. ζ'. 441. et v. 450. &c. Ast alii impersonaliter, et plerumque cum genitivo, ut μέλει μοι τούτων, et περὶ τούτων, et μέλει μοι ὑπὲρ τούτων. Pro quo scenici poëtæ dicunt μέλειν ταῦτά μοι, ut Æschyl. Prom. v. 3. σοὶ δὲ χρὴ μέλειν ἐπιστολάς. Et Aristoph. Thesmoph. Τοιαῦτα μέλειν θάμ' ἑαυτῷ. *Barnes.*

443. Λάζυσθε] Sic recte Aldus. Ambo codices, μαίνεσθε. Præterea in G. voci τοῦδ' superscripta inepta glossa, ἐμοῦ.

Brunck.

Λάζυσθε] MSS. E. G. μαίνεσθε. *Musg.*

Λάζυσθε χειρῶν τοῦδε·] De λάζομαι et λάζυμαι, pro λαμβάνω, vid. Scholiast. ad Hecub. v. 64. Ubi tamen castigandus

Γένυν παρ' αὐτὴν κεχυμένος, πόθου πλέως·
Λευκὴν δὲ χροιὰν εἰς παρασκευὴν ἔχεις,
Οὐχ ἡλίου βολαῖσιν, ἀλλ' ὑπὸ σκιᾶς,
Τὴν Ἀφροδίτην καλλονῇ θηρώμενος.
Πρῶτον μὲν οὖν μοι λέξον, ὅστις εἶ γένος.

Circa genas ipsas fusa, plena amore.
Album vero colorem ex composito factum habes,
Non *sub* radiis solis, sed sub umbra
Venerem pulchritudine captans.
Dic igitur mihi primum, quisnam sis genere.

est mihi: ita enim ibi: *Ἀπὸ γȣ̃ν τȣ̃ λάζομαι παθητικȣ̃, τοῦ δηλȣ̃ντος τὸ λαμβάνω, γίνεται τὸ λαζοίατο παρὰ τῷ Ποιητῇ, οἷον— ὀδὰξ λαζοίατο γαῖαν· Καὶ δῆλον ἐντεῦθεν, ὅτι διφορεῖται κατὰ τὴν σύνταξιν.* Hæc dicit Scholiastes, quia Homero ponitur accusativus, Euripidi autem eo in loco, ut et in hoc ipso, genitivus. Sed ratio hujus *διφορήσεως* erat notanda, quæ est hæc: *λαμβάνω* et *λάζομαι*, cum ad totum referuntur, accusativo gaudent, cum ad partem aliquam, genitivo, ut et multa alia verba, *δίδωμι*, et *πίνω*, et *ἐσθίω*, &c. Sic Aristoph. *Λίθων ἐς τρίβωνα συλλέξας*, subaudi *τινάς*. Anacreon: *Δότε δ' ἀνθέων ἐκείνου.* Diog. Laërt. *ἐπίδος ἡμῖν τῆς γαστρὸς*, Hom. *οἴνοιο πιεῖν.* De qua re nos amplius ad Cyclop. v. 397. *Barnes.*

Pro *Λάζυσθε* Reisk. scribit *Χάζεσθε*, i. e. *ἀναχωρεῖτε*, *recedite*, subducite vos a manibus hujus. *Beck.*

τοῦδ'·] *Ἐμοῦ.* *Scholiast.*

447. *οὐ πάλης ὕπο,*] Sic libri, quos novimus, omnes. Nihil huic lectioni inest, quod aut intellectu sit difficile, aut ab usu loquendi alienum. *Prolixa enim tua coma, non ita a palæstra exculta.* Sic paulo infra, *ὑπὸ σκιᾶς*, ubi *ὑπὸ* non *sub* significat, sed *ab*. *Non a solis radiis, sed ab umbra sic albescit tua cutis.* Etiamsi elegantia non caret Musgravii conjectura, *οὐ πάλης πνέων*, illam tamen recipere nolim. *Brunck.*

οὐ πάλης ὕπο,] Legendum haud dubie *οὐ πάλης πνέων*, *luctam non redolens.* Philostrat. Icon. Lib. I. in Menœceo: *εὔψυχον καὶ παλαίστρας πνέον.* Cæterum locutio notissima est. Res illustrari potest epigrammate Stratonis ex Anthologia Ined.:

οὐ τέρπουσι κόμαι με, περισσότεροί τε κίκιννοι,
τέχνης, οὐ φύσεως, ἔργα διδασκόμενοι.
ἀλλὰ παλαιστρίτου παιδὸς ῥύπος ὁ ψαφαρίτης,
καὶ χροίη μελέων σαρκὶ λιπαινομένη.
ἡδὺς ἀκαλλώπιστος ἐμὸς πόθος, ἡ δὲ γοητὶς
μορφὴ θηλυτέρης ἔργον ἔχει Παφίης. *Musg.*

Πλόκαμός τε γάρ σου ταναὸς, οὐ πάλης ὕπο,] De Baccho bene comato vid. supra ad v. 150. et v. 201. Quod autem luctatores *ἐκομοτρόφησαν*, licet id nemini ante hæc observatum, ex hoc loco abunde patet: et profecto Homer. de Græcis in genere *καρηκομόωντες Ἀχαιοὶ*, et Lacedæmonii præcipue coma gaudebant, et morituri componebant, et libertatis erat signum, et viri fortes, ac proinde luctatores, extensa coma luxuriabant; De Hercule testatur Epigramma illud Antipatri (Antholog. Lib. I. Epig. 5.) *Ταύρου βαθὺν τένοντα, καὶ σιδαρέους Ἄτλαντος ὤμους, καὶ* ΚΟΜΑΝ *Ἡρακλέους*, &c. Et de Scipione ita Silius Italicus: *Martia frons, facilesque comæ, nec pone retroque cæsaries brevior.* Et de Sicambris, bellica gente, Martialis: *Crinibus in nodum tortis venere Sicambri.* Et *Rufam comam, et in nodum coactam summi apud Germanos decoris fuisse* scribit Seneca. Vid. Cœl. Rhodigin. Lib. XV. c. 8. Quod cum longos crines diffluentes a tergo et ornate discriminatos a fronte haberent, in Luctando, nisi religarentur, necesse erat, ut diffusi undique, et incompositi vagarentur per os et humeros; quod Pentheus tamen Bacchi mollitiem cavillando, non per luctam, sed per luxum et otium, objiciebat. *Barnes.*

Reiskius scribit: *ταναὸς, εὐσταλὴς, ὑπὸ γένυν τ' ἐραστὴν κεχυμένος.* *Beck.*

Πλοκαμός τε γὰρ σοῦ ταναὸς, οὐ πάλης ΎΠΟ
γένυν παρ' αὐτὴν κεχυμένος, πόθου πλέως
λευκὴν δὲ χροίην εἰς παρασκευὴν ἔχεις.

Hæc temere confusa atque corrupta sunt. Mihi placeret scriptum

ΔΙΟ. Οὐ κόμπος οὐδείς· ῥᾴδιον δ' εἰπεῖν τόδε.
Τὸν ἀνθεμώδη Τμῶλον οἶσθά που κλύων;
ΠΕΝ. Οἶδ', ὃς τὸ Σάρδεων ἄστυ περιβάλλει κύκλῳ.
ΔΙΟ. Ἐντεῦθέν εἰμι· Λυδία δ' ἐμοὶ πατρίς.
ΠΕΝ. Πόθεν δὲ τελετὰς τάσδ' ἄγεις ἐς Ἑλλάδα;

Bac. Jactantia nulla *hic erit.* Facile autem *erit* hoc dicere.
Floribus abundantem Tmolum novistine auditu?
Pen. Novi, qui Sardes circumdat undique.
Bac. Inde sum. Lydia vero mihi *est* patria.
Pen. Unde vero hæc sacra adfers in Græciam?

πλοκαμός τε γὰρ σοῦ κεχυμένος, πόθου ΠΝΕΩΝ,
γένυν παρ' αὐτὴν ταναός, οὐ πάλης ΡΥΠΟΣ
λευκὴν δὲ χροίην εἰς παρασκευὴν ἔχεις.

Opponuntur sibi invicem candida cutis, qualis eorum esse solet, qui delicate sub umbra nutriuntur et ῥύπος πάλης, nobiles illæ sordes, quas in palæstra corpus contrahit. Strato Epigr. XXXIV. Vol. II. p. 367.

Οὐ τέρπουσι κόμαι με, περισσότεροί τε κικίννοι,
τέχνης, οὐ φύσεως ἔργα διδασκόμενοι.
ἀλλὰ παλαιστρίτου παιδὸς ΡΥΠΟΣ ὁ ψαφαρίτης,
καὶ ΧΡΟΙΗ, μελέων σαρκὶ λιπαινομένη.
ἡδὺς ἀκαλλώπιστος ἐμὸς πόθος· ἡ δὲ γοητὶς
μορφῇ θηλυτέρης ἔργον ἔχει Παφίης.

Huc facit Luciani locus in libro de Gymnasiis, c. 29. T. II. p. 911. Ἄλλως τε καὶ τὸν ῥύπον ἀποσμᾷ καὶ στιλπνότερον ποιεῖ τὸν ἄνδρα. Καὶ ἐγώ γε ἡδέως ἂν παραστησάμενος πλησίον τῶν τε λευκῶν τινα ἐκείνων καὶ ὑπὸ σκιᾷ δεδιῃτημένων, καὶ ὃν ἂν ἕλῃ τῶν ἐν τῷ Λυκείῳ γυμναζομένων, ἀποπλύναι τὴν κόνιν καὶ τὸν πηλὸν, ἐροίμην ἄν σε ποτέρῳ ἂν ὅμοιος εὔξαιο γένεσθαι. *Jacobs.*

Quid coma prolixa ad luctam, τὴν πάλην, conferre potuerit, intellectu difficile est; quin eam potius luctantibus impedimento esse, res ipsa indicat; nec facile concipitur, quod hoc in loco potius innui videtur, comam scilicet exercitatione palæstrica uberiorem et diffusiorem reddi. Vix igitur dubito, quin ex h. l. exciderit versus, qui hunc proxime sequebatur.

Heath.

449. Constructio est: οὐκ εἰς παρασκευὴν ἡλίου βολαῖσιν. Loquitur autem non de candore naturali, sed fucato, et qualem Bacchæ sibi ipsis, gypsum illinentes, comparabant. Hinc Nonnus: λευκαίνετε μυστίδι γύψῳ, Lib. XXVII. et paullo post: ἐλευκαίνοντο δὲ γύψῳ Μυστιπόλῳ.

Musg.

453. Οὐ κόμπος οὐδείς·] Lego: οὐ κόμπος, ὃ δοκεῖς, elliptice pro, οὐ κόμπος ἐστὶ, ὃ κόμπον εἶναι δοκεῖς, *non sunt vana et ficta, quæ putas.* *Musg.*

455. Οἶδ', ὃς τὸ Σάρδεων ἄστυ περιβάλλει κύκλῳ.] Tmolus mons Lydiæ, cujus ad radices Sardis urbs; nec frustra ἀνθεμώδη Τμῶλον vocat poëta: nam Solinus, Columella et Martianus testantur, hunc montem esse florentissimum croco; et Theophrastus: Τμῶλος ἔχει ἄμπελον. Quin Bacchus hic ex Jovis femore natus. Orpheus—ὅπως τετελεσμένος ἔλθῃ Τμῶλον ἐς ἠγάθεον. Sardis autem erat metropolis olim Lydiæ, quanquam nunc ad vicum pauperem redacta; quod ex veteri nummo observare licet, in quo caput ejus turrigerum visitur, cum inscriptione: ΣΑΡΔΙΣ ΑΣΙΑΣ ΛΥΔΙΑΣ ἙΛΛΑΔΟΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ. Vid. Jacob. Sponium, Itiner. Græc. par. 1. p. 348. et par. 3. p. 191, 192.

Barnes.

458. ἐξέπεισ',] Vulgo legitur absque ullo sensu εὐσέβησ', quod corruptum esse inter omnes constat. Duplex proposita emendatio. Vir doctus, Miscell. Observ. T. IX. p. 436. εἰσέβησ' suadet, cujus crisin probat Musgravius. Ego Valckenario adsentior, lectionem quam prætuli proferenti ad Phœn. 1331. Inter alia, quibus emendationem hanc vir præstantissimus adstruit, argumenta, similis depravationis exemplum ostendit in Herodoto, p. 422. ubi e melioribus libris διαπλέξαντος pro διαπλεύσαντος revocatum. Nihil autem in ellipsi nimium, aut longius petitum. Quærit rex: πόθεν τελετὰς τάσδ' ἄγεις ἐς Ἑλλάδα; respondet alter: Διόνυσος ἡμᾶς ἐξέπεισ' αὐτὰς ἄγειν: quod et plene hoc modo a poëta efferri potuisset, ut Phœn. 437. πῶς δ' ἐξέπεισας δεῦρό σοι σπέσθαι στρατόν; sed voces αὐτὰς ἄγειν, quæ adeo facile supplentur, consulto omissæ, ut ad-

ΔΙΟ. Διόνυσος ἡμᾶς ἐξέπεισ', ὁ τοῦ Διός.
ΠΕΝ. Ζεὺς δ' ἔστ' ἐκεῖ τις, ὃς νέους τίκτει θεούς;
ΔΙΟ. Οὔκ· ἀλλ' ὁ Σεμέλην ἐνθάδε ζεύξας γάμοις.
ΠΕΝ. Πότερα δὲ νύκτωρ σ', ἢ κατ' ὄμμ', ἠνάγκασεν;
ΔΙΟ. Ὁρῶν ὁρῶντα, καὶ δίδωσιν ὄργια.
ΠΕΝ. Τὰ δ' ὄργι' ἐστὶ τίν' ἰδέαν ἔχοντά σοι;
ΔΙΟ. Ἄῤῥητ' ἀβακχεύτοισιν εἰδέναι βροτῶν.
ΠΕΝ. Ἔχει δ' ὄνησιν τοῖσι θύουσιν τινά;

Bac. Bacchus nos, filius Jovis, in eam duxit.
Pen. Estne igitur illic aliquis Jupiter, qui gignat novos deos?
Bac. Non: sed qui Semelen hic *sibi* conjunxit nuptiis.
Pen. Utrum noctu te, an interdiu *coëgit huc venire?*
Bac. Cernens cernentem: et tradidit *hæc* sacra.
Pen. Hæc vero orgia quam speciem habent tibi?
Bac. Nefas *est* scire non initiatos-Bacchi-sacris mortales.
Pen. Feruntne aliquam utilitatem sacrificantibus?

dito titulo ὁ τοῦ Διὸς, sequenti quæstioni subministraretur occasio. *Brunck.*

εὐσέβησ'] Optime vir doctus in Observat. Miscell. Vol. IX. εἰσέβησ', *fecit* vel *jussit Græciam ingredi.* Neque erat, cur dubitaret Valckenarius ad Phœniss. v. 1331. recte sic verti. vid. Hom. Il. I. v. 310. Alcest. v. 1074. Ipse legendum putat ἐξέπεισ', quod mihi nimis ellipticum videtur. *Musg.*

Διόνυσος ἡμᾶς εὐσέβησ', ὁ τοῦ Διός.] Εὐσεβέω τινὰ, et πρός τινα, et περί τινα, *religiose colo:* In hoc loco præter morem pro *in religione instituo.* Nisi quod Scaliger putat, legendum εὐσέβεσεν: ita enim, cum τὸ βι corripiatur, illius εὐσέβισ', *corrigo,* admittatur. *Barnes.*

εἰσέβησ' etiam Reisk. *Beck.*

460. Οὐκ· ἀλλ' ὁ Σεμέλην ἐνθάδε ζεύξας γάμοις.] Sic optime Musgravius, ad metri et linguæ normam. Intoleranda et corruptelæ manifesta est Aldina lectio, quæ dactylum in secunda senarii sede habet. Hujus saltem vitii immunes sunt codices, in quibus legitur: οὔκ· ἀλλ' ὁ Σεμέλης. Perspicue E. γάμοις. In G. quid librarius voluerit, liquido affirmare non ausim: incertum γάμους ne, an γάμοις. *Brunck.*

Οὐκ· ἀλλ' ὃς Σεμέλης ἐνθάδ' ἔζευξεν γάμοις.] Ita Ed. Ald. cujus lectionem restitui, non tanquam integram, sed quia emendationum, quæ complures afferri possunt, difficilis erat electio. MS. Steph. Σεμέλην. MSS. Par. retinent Σεμέλης, et pro ὃς legunt ὁ. MS. G. pro γάμοις, γάμους. Refingit Canterus: οὐκ, ἀλλὰ Σεμέλην ἐνθάδ' ἔζευξεν γάμοις. Mihi magis placet: οὐκ, ἀλλ' ὁ Σεμέλην ἐνθάδε ζεύξας γάμοις. *non novus illic Jupiter est, sed is, qui Semelen hic connubio junctam habuit.* *Musg.*

Οὐκ ἀλλ'] Hic versus misere erat corruptus, nec in omni parte antehac sanatus. Scriptus enim erat: Οὐκ ἀλλ' ὃς Σεμέλης ἐνθάδ' ἔζευξεν γάμοις. H. Stephanus ex vett. codd. restituit Σεμέλην, quod ni fecisset, ex conjectura scripsissem γάμους Σεμέλης, vel γάμοις ἐζεύχθη. Sed τὸ ὃς miror illum fugisse; quum in secundo loco aperte metri legibus contrarium sit. Lego itaque ὃ pro ὃς, ut sæpe Homerus ante usurpavit. Vid. Eust. in Hom. fol. 1710. lin. 7. et Suppl. Eurip. v. 857. ubi ὃ pro ὃς et ὅτις pro ὅστις apud Homerum frequenter. Facile autem ob Σ sequentem potuit ὃς legi, sensu item postulante, præsertim quibus metri ratio non satis erat intellecta; Canterus et Scaliger et ὃς et ὃ omittunt ἀλλὰ legentes. *Barnes.*

Reisk. scribit: οὐκ, ἀλλὰ Σεμέλης ἐνθάδ' ἔζευξεν γάμους. *Beck.*

461. ὄμμ',] Ita cum MS. Steph. Parisienses E, G. Ed. Ald. ὄμματ'. Pro ἠνάγκασεν Canterus ἐνήγισεν. Sed nemo, quod sciam, veterum ἐναγίζειν initiandi sensu dixit. Quæstionem Penthei sic intelligo: *num Bacchus tibi hoc manda-*

ΔΙΟ. Οὐ θέμις ἀκοῦσαί σ', ἔστι δ' ἄξι' εἰδέναι.
ΠΕΝ. Εὖ τοῦτ' ἐκιβδήλευσας, ἵν' ἀκοῦσαι θέλω.
ΔΙΟ. 'Ασέβειαν ἀσκοῦντ' ὄργι' ἐχθαίρει θεοῦ.
ΠΕΝ. Τὸν θεὸν ὁρᾶν γὰρ φὴς σαφῶς, ποῖός τις ἦν;
ΔΙΟ. 'Οποῖος ἤθελ'· οὐκ ἐγὼ 'τασσον τόδε.
ΠΕΝ. Τοῦτ' αὖ παρωχέτευσας εὖ, κοὐδὲν λέγων.
ΔΙΟ. Δόξει τις, ἀμαθεῖ σοφὰ λέγων, οὐκ εὖ φρονεῖν.
ΠΕΝ. Ἦλθες δὲ πρῶτα δεῦρ', ἄγων τὸν δαίμονα;

Bac. Non *est* fas te audire: sunt tamen cognitu digna.
Pen. Recte hoc fucâsti, ut velim *hoc* audire.
Bac. Impietatem profitentem Mysteria fugiunt Dei.
Pen. Tu enim dicis te vidisse deum palam, qualis erat?
Bac. Qualis *ipse* voluit: non *enim* ego præcipiebam hoc.
Pen. Hæc certe iterum bene *alio* derivâsti, nihil dicens.
Bac. Videbitur quis non sapere, si narret imperito.
Pen. Venisti autem tu primum huc, hunc adducens deum?

tum noctu, i. e. in somniis, *an coram conspectus, dedit.* Lego igitur:

πότερα δὲ νύκτωρ, ἢ κατ' ὄμμ', ἤνωγέ σε. *Musg.*

κατ' ὄμμ',] Ita ex vett. codd. H. Stephanus, cogente etiam ipsa mensura: Alias, si in quarto loco amphibrachys permittatur, legerem pro κατ', ὄμματ', κατ' ἦμαρ' ob antithesin τοῦ νύκτωρ. Sed τὸ κατ' ὄμμ' satis apte opponitur, quod hic coram significat, ut νύκτωρ clanculum. Id quod sequens versus probat, ὁρῶν ὁρῶντα.

ἠνάγκασεν] Canterus et Scaliger ἐνήγισεν, probabiliter. *Barnes.*

Reisk. legit: ἢ κατ' ἦμαρ σ' ἥγνισεν. *Beck.*

467. θέλω.] Ita Edd. recent. H. Steph. Ed. Ald. θέλων, nec variant MSS. *Beck.*

468. 'Ασέβειαν ἀσκοῦντ' Ὄργια ἐχθαίρει θεοῦ.] 'Εχθαίρει, οὐ φαίνεσθαι θέλουσιν, ἀλλὰ φεύγουσιν ἁμαρτωλοὺς αἱ θεοῦ τελεταί. Quare Æmil. Porti nugas prætereo, et Latinam versionem ad hanc mentem corrigo. *Barnes.*

469. Vulgo legitur ex Aldi editione:

τὸν θεὸν γὰρ ὁρᾶν σὺ φὴς σαφῶς ποῖός τις ἦ.

Cod. uterque:

τὸν θεὸν γὰρ ὁρᾶν φὴς σαφῶς ποῖός τις ὤν.

Nostræ lectionis, quæ ad codicum scripturam quam proxime accedit, ordo est: ποῖός τις ἦν ὁ θεός; φὴς γὰρ σαφῶς ὁρᾶν αὐτόν. Mallem tamen:

ὁ θεὸς, ὁρᾶν γὰρ φὴς σαφῶς, ποῖός τις ἦν;

nec dubito, quin hoc modo scriptum reliquerit poëta. *Brunck.*

MS. E. omittit σύ. An legendum, ut sit sententia ἀνανταπόδοτος:

τὸν θεὸν, ὁρᾶν γὰρ φὴς σαφῶς, ποῖός τις ἦν;

Idem porro MS. τις ὢν pro τις ἦν. *Musg.*

Ita hunc versum restituendum et vertendum censeo:

Τὸν θεὸν σὺ γὰρ ὁρᾶν φὴς σαφῶς, ποῖός τις ἦ;

Deum quandoquidem tu dicis te palam vidisse, qualisnam forte fuerit. *Heath.*

470. Τάσσον] Pro ἔτασσον, quod si, ut olim, spiritus præponendus, et accentus etiam addatur, hoc modo: ἔτασσον: sed augmentum potius omnino tollatur. *Barnes.*

Reisk. corrigit: οὐκ ἐγ' ὢ (i. e. ἐγὼ ὁ) τάσσων τόδε, *non ego sum ordinans, pro arbitrio faciens, hoc.* — ἐγὼ 'τασσον scribit Heath. *Beck.*

471. Τοῦτ' αὖ] Sic recte cod. uterque, ut v. 467. τοῦτ', non ταῦτ'. Aldus, ταῦτ' οὖν. *Brunck.*

Τοῦτ' αὖ] Ita MS. G. Ed. Ald. ταῦτ' οὖν.

παρωχέτευσας] Suidas: παροχετεύει, παραπλαγιάζει — καὶ παροχετεύοντες μεταφέροντες. Ex Photii Lex. MS.

Abundat καὶ in κ' οὐδὲν. Legendum fortasse: εὖ, κ' οὐκ εὖ λέγων, *et bene, et non bene loquens*, i. e. vafre sed non modeste. *Musg.*

ΔΙΟ. Πᾶς ἀναχορεύει βαρβάρων τάδ' ὄργια.
ΠΕΝ. Φρονοῦσι γὰρ κάκιον Ἑλλήνων πολύ.
ΔΙΟ. Τάδ' εὖ γε μᾶλλον· οἱ νόμοι δὲ διάφοροι.
ΠΕΝ. Τὰ δ' ἱερὰ νύκτωρ, ἢ μεθ' ἡμέραν, τελεῖς;
ΔΙΟ. Νύκτωρ τὰ πολλά· σεμνότητ' ἔχει σκότος.
ΠΕΝ. Τοῦτ' ἐς γυναῖκας δόλιόν ἐστι, καὶ σαθρόν.
ΔΙΟ. Κἀν ἡμέρᾳ τό γ' αἰσχρὸν ἐξεύροι τις ἄν.

Bac. Omnes Barbari saltantes celebrant hæc orgia.
Pen. Sapiunt enim multo pejus quam Græci.
Bac. *Imo in rebus* hisce longe melius: sed mores *sunt* dissimiles.
Pen. Hæc vero sacra noctu, an interdiu facis?
Bac. Noctu plerumque: tenebræ *enim* habent aliquid augusti.
Pen. *At* hoc mulieribus insidiosum est, et vitiosum.
Bac. Etiam interdiu inveniat aliquis turpitudinem.

παρωχέτευσας] Vid. Suidam in Παροχετεύω. *Barnes.*

Ταῦτ' οὖν παρωχέτευσας εὖ, κοὐδὲν λέγων.] Καὶ in κ'οὐδὲν abundat, quod jam Musgravius vidit. Fortasse levi transpositione corrigendum:

ταῦτ' εὖ παρωχέτευσας οὖν, οὐδὲν λέγων.

Jacobs.

κοὐδὲν pro καίτοι οὐδὲν. *Reisk.*

472. Apud Stob. Grot. Fl. IV. 29. ubi οὐκ εὖ λέγειν. *Burn.*

475. Φρονοῦσι γὰρ κάκιον] Observandum est semel, quod comparativorum in ίων τὸ ί sæpe producitur, ut hic κάκιον, a κακίων. Et Anthol. Lib. I. Epigr. 72. Οὔτε τάχιον ἐμοῦ τις ἐν ἀντιπάλοισιν ἔπιπτεν, Οὔτε βράδιον ὅλως ἔδραμε τὸ στάδιον. Et hoc modernis auctoribus usitatius: Homero autem e contra corripitur, ut Odyss. ξ'. v. 56. Ξεῖν', οὔ μοι θέμις ἐστ', οὐδ' εἰ κακίων σέθεν ἔλθοι. Odyss. ρ'. v. 18. Πτωχῷ βέλτιόν ἐστι κατὰ πτόλιν, ἠὲ κατ' ἀγρούς. Odyss. κ'. v. 396. Καὶ πολὺ καλλίονες καὶ μείζονες εἰσοράασθαι. Quare cum utroque modo fiat, nemo hunc versum laborare putet. *Barnes.*

476. οἱ νόμοι] Sic G. In E. οἱ λόγοι. *Brunck.*

νόμοι] MS. E. λόγοι. *Musg.*

478. Νύκτωρ τὰ πολλά· σεμνότητ' ἔχει σκότος] De nocturnis Bacchanalibus, quis eorum auctor, quando primum Romæ instituta et cætera, quæ ad hæc spectant; item quando, quomodo, et quam ob causam ex senatusconsulto per totam Italiam fuerint sublata, vid. Livium Hist. Lib. 39. Ibid. Σεμνότητ' ἔχει σκότος] Hinc Veteribus, *Arboribus consiti saltus,* et *Umbræ,* et nox, et tenebræ religiosis ritibus convenire putabantur. Quin et Cathedrales Christianorum ecclesiæ fenestris vitreis multis colorum pigmentis obscuriores reddebantur; et Ardenburgi Flandriæ præcipue memoratur talis ecclesia olim fuisse, valde sua obscuritate augusta, cujus etiam hodie ruinæ cernuntur. Vid. Anglic. Atlantem, vol. 4. fol. 243. *Barnes.*

479. δόλιόν ἐστι, καὶ] Sic ambo codices, Aldus et Commelini editio. Oxoniensi typothetæ ἐστιν placuit. *Brunck.*

480. ἐξευρίσκειν poëtæ hic significat, *efficere, patrare,* facere, ut aliquid existat, *excogitare.* *Reisk.*

482. Σὲ δ' ἀμαθίας γε, κἀσεβοῦντ'] Ita MSS. E. G. Ed. Ald. ἀμαθίας ἀσεβοῦντ'. *Musg.*

Σὲ δὲ τῆς ἀμαθίας, τὸν ἀσεβοῦντ' εἰς τὸν θεόν.] Hic versus olim misere mactabatur infortunio: Σὲ δ' ἀμαθίας, ἀσεβοῦντ' εἰς τὸν θεόν. Et tum tamen ab Henrico Stephano et Cantero negligebatur. Scaliger quidem ἀσεβοῦντά γ' legebat, sed id nihil profuit, Duportus longe felicius, ἀσεβοῦντα νῦν, sed gratia, et rhythmus carminis intercidit, nostram lectionem in neutra parte laborare puto. *Barnes.*

Heath. putabat, scripsisse poëtam: Σὲ δ' ἀμαθίας μᾶλλον ἀσεβοῦντ' εἰς τὸν θεόν. *Beck.*

ΠΕΝ. Δίκην σε δοῦναι δεῖ σοφισμάτων κακῶν.
ΔΙΟ. Σὲ δ' ἀμαθίας γε, κἀσεβοῦντ' εἰς τὸν θεόν.
ΠΕΝ. Ὡς θρασὺς ὁ Βάκχος, κοὐκ ἀγύμναστος λόγων.
ΔΙΟ. Εἴφ' ὅ τι παθεῖν δεῖ· τί με τὸ δεινὸν ἐργάσῃ;
ΠΕΝ. Πρῶτον μὲν ἁβρὸν βόστρυχον τεμῶ σέθεν.
ΔΙΟ. Ἱερὸς ὁ πλόκαμος· τῷ θεῷ δ' αὐτὸν τρέφω.
ΠΕΝ. Ἔπειτα θύρσον τόνδε παράδος ἐκ χεροῖν.

Pen. Te *vero* pœnas dare oportet *propter* impia sophismata.
Bac. Te vero *propter* stoliditatem, et quia es impius erga deum.
Pen. Quam audax *est* iste Bacchus, nec imperitus verborum.
Bac. Dicas quid oporteat pati me: quod atrox *malum* mihi facies?
Pen. Primum quidem delicatum tuum cincinnum abscindam.
Bac. Sacer *est* capillus *iste*. Deo enim ipsum nutrio.
Pen. Deinde thyrsum hunc trade ex manibus.

484. Hæc in usum suum transsumsit Horatius Epist. I. 16. in fine:

Vir bonus et sapiens audebit dicere: Pentheu
Rector Thebarum, quid me perferre patique
Indignum coges? Adimam bona. Nempe pecus, rem,
Lectos, argentum: tollas licet. In manicis et
Compedibus sævo te sub custode tenebo.
Ipse deus, simul atque volam, me solvet. Opinor
Hoc sentit: moriar; mors ultima linea rerum est.

Brunck.

Εἴφ', ὅ, τι παθεῖν δεῖ·] Εἶπε σὺ οὖν μοι, ὅ, τιϱ με παθεῖν, ἢ ἀποτίσαι δεῖ. Horatius Epist. 16. libri prioris hunc locum respicit: "Vir bonus et sapiens audebit dicere: a) Pentheu, rector Thebarum, quid me perferre patique indignum cogis? b) Adimam bona. a) Nempe pecus, rem, lectos, argentum: Tollas licet. b) In manicis et compedibus sævo te sub custode tenebo. a) Ipse deus, simul atque volam, me solvet, opinor. Hoc sentit, morior. Mors ultima linea rerum. Hanc notam posuit vir magnus Henricus Stephanus, qui acute addit, Horatium non de suo addidisse — Rector Thebarum, sed ex Euripide etiam illud traduxisse, qui v. 649. hujus fabulæ habet: Πενθεῦ, κρατύνων τῆσδε Θηβαίας χθονός. Henr. Stephanus. Nec est omittendum, quod ingeniose huc attexit Joh. Brodæus:

Εἴφ', ὅ, τι παθεῖν δεῖ] *Dic, quo me supplicio dignum judicas. Sumtum id ex moribus Atheniensis populi, ubi rei convicti capitalis facinoris, primum condemnabantur nullo expresso supplicio: Deinde ipsi interrogantur, quid se meritos putent.* Meminit hujus rei Plato in Criton. Xenophon. in Apolog. Socratis, Laërtius in Socrate: Καὶ τιμωμένων τῶν δικαστῶν, τί χρὴ παθεῖν αὐτὸν, ἢ ἀποτίσαι; πέντε καὶ εἴκοσιν ἔφη δραχμὰς ἀποτίσειν. *Barnes.*

485. s. Πρῶτον μὲν ἁβρὸν βόστρυχον τεμῶ σέθεν, Ἱερὸς ὁ πλόκαμος·] Pentheus minatur, Comam Bacchi delicias præcidere; quam ille Deo sacram respondet. Vid. quæ supra ad v. 150. *Barnes.*

486. Ἱερὸς ὁ πλόκαμος·] Huc adludit Callimachi Epigr. in Analectis nostris XXVII. Amata apud Virgil. Æn. VII. 389.

Quin etiam in silvas, simulato numine Bacchi,
Majus adorta nefas, majoremque orsa furorem,
Evolat, et natam frondosis montibus abdit . . .
Evœ Bacche, fremens, solum te virgine dignum
Vociferans: etenim molles tibi sumere thyrsos,
Te lustrare choro, *sacrum tibi pascere crinem.*

Ubi videndus omnium Virgilii interpretum elegantissimus, Chr. Gottl. Heyne, cujus eximiæ adnotationes, formando juvenum judicio præ ceteris commentariis accommodatæ, multiplicique eruditione refertæ disquisitiones, doctioribus etiam non sine fructu legendæ, dignæ prorsus

ΔΙΟ. Αὐτός μ' ἀφαιροῦ· τόνδε Διονύσου φορῶ.
ΠΕΝ. Εἱρκταῖσί τ' ἔνδον σῶμα σὸν φυλάξομεν.
ΔΙΟ. Λύσει με δαίμων αὐτὸς, ὅταν ἐγὼ θέλω.
ΠΕΝ. Ὅταν γε καλέσῃς αὐτὸν, ἐν Βάκχαις σταθείς.
ΔΙΟ. Καὶ νῦν ἃ πάσχω, πλησίον παρὼν, ὁρᾷ.
ΠΕΝ. Καὶ ποῦ 'στιν; οὐ γὰρ φανερὸς ὄμμασίν γ' ἐμοῖς.
ΔΙΟ. Παρ' ἐμοί· σὺ δ', ἀσεβὴς αὐτὸς ὢν, οὐκ εἰσορᾷς.
ΠΕΝ. Λάζυσθε, καταφρονεῖ με, καὶ Θήβας, ὅδε.
ΔΙΟ. Αὐδῶ με μὴ δεῖν, σωφρονῶν οὐ σώφροσιν.
ΠΕΝ. Ἐγὼ δὲ δεῖν γε, κυριώτερος σέθεν.
ΔΙΟ. Οὐκ οἶσθ' ὅ τι ζῇς, οὐδ' ὁρᾷς, οὔθ' ὅστις εἶ.
ΠΕΝ. Πενθεὺς, Ἀγαυῆς παῖς, πατρὸς δ' Ἐχίονος.

Bac. Ipse tu mihi eripe: hunc *enim datum a* Baccho fero.
Pen. Tuumque corpus intus *in* carceribus asservabimus.
Bac. Solvet me Deus ipse, cum ego voluero.
Pen. Quando vocabis eum, stans inter Bacchas.
Bac. Et nunc quæ patior videt prope adstans.
Pen. Et ubi est? non enim conspicuus *est* oculis meis.
Bac. Mecum: tu vero cum impius sis, non vides *eum*.
Pen. Comprehendite *hunc:* contemnit *enim* hic me, et Thebas.
Bac. Ego sanus vobis insanis edico ne me ligetis.
Pen. Ego vero *jubeo*, ut te ligent, majus jus habens.
Bac. Non scis, quid vivis, neque vides, neque quid sis.
Pen. Pentheus, Agaves filius, ex patre Echione.

erant, quæ melioribus committerentur chartis. *Brunck.*

489. Εἱρκταῖσί τ' ἔνδον] *In manicis et compedibus,* ut supra Horat. *Barnes.*

490. Λύσει με δαίμων αὐτὸς, ὅταν ἔγω θέλω.] Mendum est, opinor, Musgravianæ editionis, et Brunckium induxit. Lege cum Aldina et Plutarcho Op. Mor. p. 476. B. Λύσει μ' ὁ δαίμων, quomodo habet etiam Origenes contra Celsum II. p. 80. *Por.*

Apud Plut. de Anim. Tranq. II. p. 639. *Burn.*

αὐτὸς,] Malim αὖτις: nam αὐτὸς quam hic emphasin habeat, non video. *Musg.*

Λύσει μ' ὁ δαίμων αὐτὸς, ὅταν ἐγὼ θέλω.] *Ipse deus simul atque volam, me solvet, opinor: Horat. Barnes.*

492. Debet cum interrogatione efferri: *Atqui si tum inter Bacchas agat, quum tu eum invoces?* Quid tum? quid hoc proderit tibi? *Reisk.*

497. Ἐγὼ δὲ δεῖν γε] Sic duo codices et Aldus: nec mutari debuit. *Brunck.*

κυριώτερος] *Imperare magis idoneus. Heath.*

498. ὅ, τι ζῇς,] Simile est *quidnam victuri:* Pers. Sat. III. v. 67. Malim nihilominus οὐκ οἶσθ' ὅποι γῆς. Dion. Chrysostom. p. 47. Ed. Morell. μηδὲ ὅποι γῆς εἰσι, τὸ τοῦ λόγου τοῦτο, εἰδέναι. Confer Soph. Electr. v. 928. Aristoph. Av. v. 9. *Musg.*

Reisk. conjicit: οὐκ οἶσθ' ὃν ἀτίζεις, οὐδ' ὃ δρᾷς, *non nosti, quem dehonestes, et quid agas. Beck.*

500. Ἐνδυστυχῆσαι τοὔνομ' ἐπιτήδειος εἶ.] Vide Wesseling. et Valckenær. ad Herodot. IX. 7. Aristoph. Pac. 1227. Herod. VI. 102. Plutarch. Virtut. Mulier. p.

ΔΙΟ. Ἐνδυστυχῆσαι τοὔνομ' ἐπιτήδειος εἶ.
ΠΕΝ. Χώρει· καθείρξατ' αὐτὸν ἱππικαῖς πέλας
Φάτναισιν, ὡς ἂν σκότιον εἰσορᾷ κνέφας.
Ἐκεῖ χόρευε· τάσδε δ', ἃς ἄγων πάρει,
Κακῶν ξυνεργοὺς, ἢ διεμπολήσομεν,
Ἢ χεῖρα δούπου τοῦδε, καὶ βύρσης κτύπου,
Παύσας, ἐφ' ἱστοῖς δμωΐδας κεκτήσομαι.
ΔΙΟ. Στείχοιμ' ἄν· ὅ τι γὰρ μὴ χρεὼν, οὔτι χρεὼν
Παθεῖν· ἀτάρ τοι τῶνδ' ἄποιν' ὑβρισμάτων
Μέτεισι Διόνυσός σ', ὃν οὐκ εἶναι λέγεις.
Ἡμᾶς γὰρ ἀδικῶν, κεῖνον εἰς δεσμοὺς ἄγεις.
ΧΟ. * * * * στροφή.

Bac. Idoneus es habere malam fortunam, quoad nomen tuum.
Pen. Abi: constringite eum juxta equestre
Præsepe, ut obscuras videat tenebras.
Ibi salta: istas vero, quas adducis,
Scelerum socias, aut vendemus,
Aut manum a strepitu hoc, et byrsæ sonitu
Compescens, ad telam ancillas possidebo.
Bac. Abibo: nam quod non est fatale, non est necesse
Pati: sed *propter* contumelias pœnam
Infliget tibi Bacchus, quem tu nihil esse dicis.
Nos enim lædens, illum ducis in vincula.
Cho. * * * *

252. A. Laërt. II. 35. Pausan. Cor. II. 34, 8. p. 192. Lucian. Somn. III. p. 5. Dion. Cass. L. 12. Dionys. Halicarn. A. R. XI. 43. *Por.*

502. εἰσορᾷ κνέφας.] Sic σκότον δεδορκὼς, Phœniss. v. 388. *Musg.*

505. δούπου. forte, θύρσου, aut λωτοῦ. vid. v. 676. *Reisk.*

507. Reisk. conjicit: ὅ τι γάρ με (vel μοι) χρεὼν, τουτὶ χρεὼν παθεῖν, *nam quod fatale* mihi *est pati, illud necesse est pati.* *Beck.*

*Ὦ καλλίστα κρανᾶν] Quod defuerit hic versus, addidi, non sine nota uncinorum. Exacte autem respondet suo pari in antistropha Οἵαν, οἵαν ὀργὰν, et saltem menti Euripidis, qui de Dircæ aqua canens hæc habet Phœniss. v. 654. Καλλιπόταμος ὕδατος ἵνα τε Νοτὶς ἐπέρχεται γυίας Δίρκας χλοηφόρους καὶ βαθυσπόρους γύας. Et Hercul. Fur. v. 780. Δίρκα θ' ἁ καλλιρέεθρος. Et Ælian. Δίρκη καθαρῷ καὶ ἡδεῖ ῥέουσα ὕδατι. Et Dirce erat uxor quidem Lyci, Thebarum regis, de qua vid. Apollodorum in Biblioth. Lib. III. c. 5. §. 5. Et quare hic Euripides eam vocet Acheloi filiam, non video; nisi quod Achelous emphatice dicebatur de omni præsertim puriori aqua. Sic Androm. v. 167. Ἀχελῴου δρόσον, simplicem vocat aquam. Quod, ut Didymus, Ἀχελῷος πάντων τῶν ποταμῶν πρεσβύτατος ἦν. Hinc Virgil. Georg. Lib. I. v. 9. *Poculaque inventis Acheloia miscuit uvis.* Vid. optime de hac re disserentem Macrobium Saturn. Lib. V. c. 18. Natalis autem Comes Mytholog. Lib. VII. c. 2. inter Acheloi filias numerat etiam hanc Dircen, quæ in fontem conversa fuit, in quo Bacchus recens natus lotus erat; ut ait

Ἀχελώου θύγατερ,
Πότνι', εὐπάρθενε Δίρκα,
Σὺ γὰρ ἐν σαῖς ποτε παγαῖς
Τὸ Διὸς βρέφος ἔλαβες,
Ὅτε μηρῷ πυρὸς ἐξ ἀθανάτου Ζεὺς
Ὁ τεκὼν ἥρπασέ νιν,
Τάδ' ἀναβοήσας·
Ἴθ', ὦ διθύραμβ', ἐμὰν ἄρ-
σενα τάνδε βᾶθι νηδύν·
Ἀναφανῶ σε τόδ', ὦ
Βάκχιε, Θήβαις ὀνομάζειν.
Σὺ δ' ἔμ', ὦ μάκαιρα Δίρκα,

Acheloi filia,
Veneranda, felix-virgo Dirce:
Tu enim olim in tuis fontibus
Infantem Jovis accepisti:
Quando *ad* femur ex cœlesti igne Jupiter
Genitor rapuit ipsum,
Hæc clamitans:
Age, O Dithyrambe, meum
Masculum uterum subeas.
Faciam ut hoc te,
Bacche, Thebæ appellent.
Tu vero me, O beata Dirce,

Euripides in Bacchis: Ἀχελῴου θύγατερ, etc. *Barnes.*

511. Ἀχελῴου θύγατερ,] Ismeni filiam facit Nonnus, p. 750.

σὺν Ἰσμηνῷ δὲ τοκῆϊ
κυκλάδας αἰθύσσουσα ῥοὰς ὠρχήσατο Δίρκη.

De Acheloo vide, quæ citavimus ad Androm. v. 167. De voce θυγάτηρ vide porro ad Helen. v. 1322. *Musg.*

517. Metrum postulare videtur: ταῦτ' ἀναβώσας. *Musg.*

518. Hunc et antistrophicum versum edidi, prout in codicibus digesti sunt. In G. dimidiatæ voci θεοῖ — qua clauditur, v. 536. superscripta glossa συνίζησις, quæ vera observatio est, et Heathii, quam recepi, emendationem confirmat. *Brunck.*

Ἴθ' ὦ διθύραμβε] Hoc nomen Bacchi alii deducunt a Λυθίραμβος, quasi Jovi nymphæ, vel ipse Jupiter ob illum assutum femori et jam in lucem proditurum sibi inclamasset: λῦθι ῥάμμα, λῦθι ῥάμμα. Alii, quod Bacchus secreta promens os δίθυρον faciat, vel in ἄντρῳ διθύρῳ nutritus, vel ebriatus fuerat. Alii a θρίαμβος deducunt, ad Indicas victorias respicientes; de quibus vid. Phurnutum, et Cœl. Rhodigin. Lib. VII. c. 5. Hinc in Anthologia Bacchus dicitur etiam διθυραμβογενής. Est et dithyrambus carmen Baccho sacrum, unde dithyrambici poëtæ; et Διθυραμβώδης dictus erat Scopelianus sophista, quod oratio ejus dithyrambico tumore insolesceret. Vid. Turneb. Advers. Lib. I. c. 4. Suidam in Διθυραμβοδιδάσκαλοι, Scaliger. Poët. 1. 44. Schottum ad Chrestomathiam Procli et Erasmum Schmidium de Dithyrambis;

Στεφανηφόρους ἀπωθῇ
Θιάσους ἔχουσαν ἐν σοί.
Τί μ' ἀναίνῃ; τί με φεύγεις;
Ἔτι, ναὶ τὰν βοτρυώδη
Διονύσου χάριν οἴνας,
Ἔτι σοι τοῦ Βρομίου μελήσει.
Οἵαν, οἵαν ὀργὰν ἀντιστροφή.
Ἀναφαίνει χθόνιον
Γένος, ἐκφύς τε δράκοντος
Ποτὲ Πενθεὺς, ὃν Ἐχίων
Ἐφύτευσεν ὁ χθόνιος,
Ἀγριωπὸν τέρας, οὐ φῶτα βρότειον,

Sertigeros repellis
Cœtus habentem in te.
Quare me aspernaris? quare me fugis?
Posthac profecto per racemosas
Dionysi delicias vitis,
Posthac tibi Bromius erit curæ.
Qualem, qualem iram
Ostendit terrestre
Genus, exque dracone natus
Olim Pentheus, quem Echion
Genuit terra-editus,
Immane monstrum, non hominem humanum:

Pindari denique Scholiasten ad Olymp. Od. 13. Fungerum, Hofmannum et Lexicographos. *Barnes.*

521. Θήβαις] Lego: Θήβας, *faciam, ut Thebæ te hoc nomine appellent. Musg.*

Θήβαις ὀνομάζειν.] Quanquam Pindarus in loco supra dicto a Corinthiis inventum dicat Dithyrambum, testante tamen Scholiasta, ipse alias in primo Dithyrambo dicit Thebis repertum esse; cui et hic locus favere videtur. Vide Joh. Benedictum in locum. *Barnes.*

526. Ἔτι ναὶ τὰν, &c.] Ναὶ μὰ τὰν βοτρυώδη χάριν, ἤγουν τὸ ἄνθος τοῦ οἴνου. Theocrit. Idyll. VI. v. 21. Εἶδον ναὶ τὸν Πάνα. *Barnes.*

527. οἴνας,] *Vini.* Nicander Theriac. v. 913.

— κέρασαι δὲ σὺν ὄξεϊ, πολλάκι δ' οἴνῃ.

vid. etiam v. 925. 931. 956. Athenæus *vites* quoque sic dictas tradit, Lib. II. quæ interpretatio minus hic convenit. *Musg.*

Οἴνας,] Per appositionem ad χάριν. Οἴνη, ἄμπελος. Athenæus Deipnosoph. 1. 2. Οἱ γὰρ παλαιοὶ, φησὶν, Ἕλληνες Οἴνας ἐκάλουν τὰς ἀμπέλους. Nicand. Theriac. Δραχμαία μίσγοιτο ποτῷ ἔνι κιῤῥάδος Οἴνης. Id. πλεῖον δ' ἄκος ἔσσεται Οἴνης. *Brodæus.*

529. οἵαν] Περισσή. *Scholiast.*

532. Ποτὲ Πενθεὺς, ὃν Ἐχίων ἐφύτευσε χθόνιος,] Ovidius Metamorph. Lib. III. Fab. 1. totam hanc Fabulam Σπαρτῶν, sive hominum ex dentibus serpentinis ortorum, tractans, quinque superstites facit, quorum unum tantum nominat: *Quinque superstitibus, quorum fuit unus Echion.* At Euripidis Scholiastes ad Phœniss. v. 956. *Omnes* quinque nomi-

Φόνιον δ' ὥστε γίγαν-
τά γ', ἀντίπαλον θεοῖ-
σιν· ὅς με βρόχοισι, τὰν τοῦ
Βρομίου, τάχα ξυνάψει.
Τὸν ἐμὸν ἐντὸς ἔχει
Δώματος ἤδη θιασώταν,
Σκοτίαις κρυπτὸν ἐν εἱρκταῖς.
Ἐσορᾷς τάδ', ὦ Διὸς παῖ

Sed cruentum ut Gigantem,
Adversarium diis.
Qui me laqueis *ministram*
Bromii cito ligabit.
Meum *enim* tenet in
Domo jam chorearum-socium,
Abditum in tenebrico carcere.
Vides hæc, O Jovis fili

nat ex Æschylo: Οἱ περιλειφθέντες τῶν Σπαρτῶν, ὡς Αἰσχύλος φησὶν, ἦσαν Χθόνιος, Οὐδαῖος, Πέλωρος, Ὑπερήνωρ, καὶ Ἐχίων, ὃς ἔγημεν Ἀγαυὴν, τὴν Κάδμου θυγατέρα, ἐξ ἧς ποιεῖ Πενθέα. *Barnes.*

533. ἐφύτευσε.] Metrum postulare videtur ἐφύτευσεν ὁ. *Musg.*

535. Φόνιον δ' ὥστε γίγαντα ἀντίπαλον θεοῖσι·] De Gigantomachia vid. Ovid. Metamorph. Lib. I. Fab. 5. Apollodor. Biblioth. Lib. I. c. 6. Natal. Com. Mytholog. Lib. VI. c. 21. Johan. Ravis. Textor. Officin. Lib. II. c. 37. Nonni Dionys. Lib. I. et II. Præterea Γιγαντομαχίαν tractarunt poëtæ Cyclici et Theodorus: Attigerunt Homerus, Hesiodus, Orpheus, Euripides, Sophocles, Virgilius, Horatius, Ovid. Claudianus, Lucan. Sil. Ital. Statius, Seneca, fere omnes poëtæ. Ovid. vero loco prædicto dicit, ex illorum sanguine Impios homines natos. Et Macrobius Saturnal. Lib. I. c. 20. *Gigantas quid aliud fuisse credendum est, quam hominum quandam impiam gentem, Deos negantem, et ideo æstimatam Deos pellere de cœlesti sede voluisse? Horum pedes in Draconum volumina desinebant, quod significat, nihil eos rectum, nihil supernum cogitasse, totius vitæ eorum gressu atque processu in inferna mergente.* Idem sentit Cicero de Senectute: *More Gigantum bellare cum Diis*, quid est aliud, nisi Naturæ repugnare? Et hanc poëtæ fabulam ex antediluvianis peccatoribus gigantibus et ex Babelis ædificatoribus collegerunt, adumbrantem etiam malorum spirituum, ex affectatis sedibus cœlestibus, depulsionem. Vide C. Barthium ad Statii Thebaid. Lib. X. v. 916. et Philost. de Vit. Apollon. Lib. V. c. 6. *Barnes.*

536. τ' ἀντίπαλον θεοῖ-] Ut metrum antithetico respondeat videtur legendum: — τά γ' ἀντίπαλον θεοῖ — Ita versus dochmaicus erit ex epitrito primo pentasyllabo (cui opponitur diiambus) et syllaba. *Heath.*

537. ss. Vid. Herman. Doctr. Metr. p. 319. ed. Glasg.

538. Vulgo legitur τάχει συνάψει. Dura sane lectio, quam defendit tamen Musgravius, nulla alius injecta mentione, quam codices exhibeant, ita ut facile consentientes eos impressis arbitretur lector. At secus se res habet. In codicibus enim non τάχει, sed τάχα perspicue scriptum, quod sincerum et genuinum est. Tantum ξυνάψει ob metrum scribendum. ἐν τάχει Græcum est: sed τάχει eodem sensu, absque præpositione, suspectum habeo. Æschyli citatus versus ex Agam. 1249. emendationis indigere videtur, et forte aliter in codicibus, quos propediem inspiciemus, scriptus reperietur. Diversa ratio est, quando dativus ille τάχει verbis motus jungitur, ut in lepido Statyllii Flacci Epigr.

Διόνυσε, σοὺς προφήτας
Ἐν ἁμίλλαισιν ἀνάγκας;
Μόλε, χρυσῶπα, τινάσσων
Ἀνὰ θύρσον κατ᾽ Ὄλυμπον,
Φονίου τ᾽ ἀνδρὸς ὕβριν κατάσχες.
Πόθι Νύσης ἄρα θη- ἐπῳδός
ροτρόφου θυρσοφόρους
Θιασοῖς, ὦ Διόνυσ᾽, ἢ

Bacche, tuas sacerdotes
In discrimine calamitatis?
Veni aureo-vultu fulgens, quatiens
Thyrsum per Olympum,
Et cohibe petulantiam sævi viri.
Ubi, an ad Nyssam ferarum
Altricem, thyrsigeros
Congregas, O Dionyse, an

ἦλθε δ᾽ ἐμοὶ Πολέμων λάσιος γένυν. οὐ μά σε, Φοῖβε,
ἦλθεν ἐμοὶ, πικρῷ δ᾽ ἐξέφυγέν με τάχει.

Brunck.

τάχει] Pro ἐν τάχει, quod habet Æsch. Agam. 1457. Soph. Œd. Col. v. 512. Nec mendi ulla suspicio: vid. Æsch. Agam. 1249. *Musg.*

τοῦ Βρομίου] Lege vel τοῦ Βρομίου ᾽ν τάχει συνάψει pro ἐν τάχει, vel ταχὺ ξυνάψει. Potest etiam ἐν subaudiri. Vid. de hac voce supra v. 151. *Barnes.*

τάχει] Forte, λάτριν, aut παχέσι, aut ὅς μοι βρόχοισι τᾷ τοῦ Βρομίου πάχεις (i. e. πήχεις) συνάψει, *qui mihi ad Bacchum pertinenti brachia funium nodis constringet. Reisk.*

541. εἱρκταῖς.] Εἵργω cum aspero spiritu *includo* sonat, εἴργω cum leni, *prohibeo*: ἐέργω poëtice pro eodem. *Barnes.*

543. σοὺς προφήτας] Sic recte cod. uterque. Non de se ipsis loquuntur Mænades, sed de Orgiorum antistite, quem Bacchum esse ignorabant, quemque Bacchi *prophetam*, *interpretem*, seu *sacerdotem* nominant. ἔμφασις est in plurali numero pro singulari posito, quod utriusque linguæ scriptoribus adeo familiare est, ut nulla non pagina exempla offerat. Æsch. Prom. 67. τῶν Διός τ᾽ ἐχθρῶν ὕπερ στένεις: de solo et uno Prometheo sermo est. Noster Hec. 403. χάλα τοκεῦσιν εἰκότως θυμουμένοις, *da veniam matri justa ira percitæ.* 738. τέκνοισι τοῖς ἐμοῖσι, *filio meo Polydoro.* Vide quæ notavimus ad Or. 1326. *Brunck.*

σοὺς προφήτας scribi vult Reisk. alias esse debuisse προφήτιδας. *Beck.*

545. Μόλε χρυσῶπα,] Bacchus χρυσώπης dicitur, vel ob excellentiam formæ, ut χρυσέη Ἀφροδίτη, vel ob aurea cornua, quæ gessit; Hesiod. χρυσοκόμην vocat, et Antholog. Χρυσόκερων. Et Horat. Lib. II. Od. 19. *Te vidit insons Cerberus aureo cornu decorum.* Ib. τινάσσων ἀνὰ] Pro ἀνατινάσσων, hinc Θυρσοτινάκτης Bacchus dicitur ab Orpheo. *Barnes.*

547. Φονίου τ᾽ — Sic E. *Brunck.*

548. Νύσσης] Vel Νύσης. De hoc monte Homerus Bacch. Hym. v. 5.

Ἔστι δέ τι Νύσσης ἄβατον ὄρος, ἀνθέον ὕλῃ,
Τηλοῦ Φοινίκης, σχεδὸν Αἰγύπτοιο ῥοάων.

Barnes.

Heath. post Πόθι ponit interrogationis notam: *Ubinam? an Nyssæ ferarum altricis Thiasos thyrso præis? Beck.*

549. s. θυρσοφόρους Θιασοῖς,] Musgravii emendatio est: vulgo legitur, θυρσοφορεῖς θιάσους. Ambo codices corrupte, θυρσοφοραῖσιν θιάσους. *Brunck.*

θυρσοφορεῖς Θιάσους,] Malim: θυρσοφόρους Θιασοῖς, *thyrsigeros congregas. Musg.*

Κορυφαῖς Κωρυκίαις;
Τάχα δ' ἐν τοῖς πολυδένδρεσσιν 'Ολύμπου
Θαλάμοις, ἔνθα ποτ' 'Ορ-
φεὺς κιθαρίζων
Σύναγεν δένδρεα Μούσαις,
Σύναγεν θῆρας ἀγρώτας.
Μάκαιρ' ὦ Πιερία,
Σέβεταί σ' Εὔϊος·
Ἥξει τε, χορεύσων
Ἅμα βακχεύμασι,

In Coryciis verticibus:
Aut fortassis in Olympi nemorosis
Cavernis; ubi quondam
Orpheus cithara ludens
Congregavit arbores cantu,
Congregavit feras sævas.
O beata Pieria,
Colit te Bacchus;
Et veniet ducturus choros
Cum bacchationibus.

θυρσοφορεῖς Θιάσους,] Ἔχων subaudi. *Barnes.*

551. Κωρυκίαις;] Antrum intelligit in monte Parnasso, ut recte monet Barnesius, citans Strabon. Lib. IX. p. 417. Ed. Par. Ovid. Metam. I. v. 320. vid. et Pausan. p. 349. Ed. Sylb. *Musg.*

Κορυφαῖς Κωρυκίαις;] Κωρύκιον ἄντρον ἐν Κιλικίᾳ memorat Apollodorus Bibliothec. Lib. I. c. 7. §. 3. Et Strabo, Lib. XIV. in Cilicia — Κώρυκος ἄκρα, ὑπὲρ ἧς ἐν εἴκοσι σταδίοις τὸ Κωρύκιον ἄντρον, ἐν ᾧ ἡ ἀρίστη κρόκος φύεται. Unde Horat. Sermon. Lib. II. Satyr. 4. v. 68. *Corycioque Croco sparsum stetit.* " Ad hujus montis radices antrum erat Corycium, Musis sacrum. Ita Hofmannus verbatim ex Caroli Stephani Lexico; cum distinguendum esset hoc antrum Corycium Ciliciæ ab alio ejusdem nominis in Parnasso; diserte enim Strabo, Lib. IX. 'Ιεροπρεπὴς δ' ἐστὶ πᾶς ὁ Παρνασσὸς, ἔχων ἄντρα τε καὶ ἄλλα χωρία, τιμώμενά τε καὶ ἁγιστευόμενα· ὧν ἐστι γνωριμώτατον καὶ κάλλιστον τὸ Κωρύκιον Νυμφῶν ἄντρον, ὁμώνυμον τῷ Κιλικίῳ. Sic et Raphael Regius Volaterranus in Notis suis ad illud Ovid. Metamorph. Lib. I. Fab. 7. *Corycidas Nymphas et Numina Montis adorat:* Corycum antrum est Parnassi, Nymphis sacrum; unde Corycides Nymphæ dicuntur, &c. Est etiam Corycus Ciliciæ et urbs et mons et antrum, &c. Est præterea Corycus, ut Stephanus scribit, mons Ioniæ altissimus et portus et insula; est et promontorium Cretæ et portus Æthiopiæ Corycia appellatus. Hæc ille. Quare in hoc loco per Κορυφαῖς Κωρυκίαις intelligendus est Duplex Parnassi vertex, quorum alterum Tithoreum, alterum Hymapeum appellat Herodotus, Lib. VI. Alii Cyrrham et Nysam vocant, unde Juvenal. Satyr. VII. v. 64. Dominis Cyrrhæ Nisæque relictis, pro Musis et Apolline. Servius putabat vocatos Heliconem et Cithæronem, montes quidem Bœotiæ, quod tamen constat longe a Parnasso distare. *Barnes.*

552. Vulgo legitur ταῖς — θαλάμοις. Mendum alterutri voci subest. τοῖς omnino reponi debuit. *Brunck.*

453. Θαλάμοις] Minus recte Barnesius

Τόν τ' ὠκυρόαν διαβὰς Ἀξιὸν,
Εἱλισσομένας Μαινάδας ἄξει,
Λυδίαν τε, τὸν τᾶς εὐδαιμονίας
Βροτοῖς ὀλβοδόταν, πατέρα τε,
Τὸν ἔκλυον εὔιππον χώραν ὕδασι
Καλλίστοισι λιπαίνειν.
ΔΙΟ. Ἰὼ, κλύετ' ἐμᾶς, κλύετ' αὐδᾶς,
Ἰὼ Βάκχαι, ἰὼ Βάκχαι.
ΧΟ. Τίς ὅδε; τίς; πόθεν ὁ κέλαδος
Ἀνά μ' ἐκάλεσεν Εὐΐου;

Et celeriter-fluentem trajiciens Axium,
Saltantes quoque Mænadas ducet,
Et Lydian, felicitatis
Mortalibus largitorem, et parentem,
Quem audivi præstantem-equis regionem aquis
Limpidissimis impinguare.
Bac. Io, audite meam, audite vocem:
Io, Bacchæ, io Bacchæ.
Cho. Quis hic? quis? Unde sonitus hic
Me vocavit Bacchi?

θαλάμαις ob præcedens ταῖς. Hesychius: θαλάμαι, καταδύσεις, i. e. *specus*, quæ notio hic non convenit. θαλάμους τοὺς ὀρέων habet Philippus Anthol. p. 426. *Musg.*

Θαλάμαις] Ita pro θαλάμοις lego ob ταῖς, et quod θαλάμαι dicuntur de Brutis, ζωϊκαὶ καταδύσεις, quare Latine reddidi per *cavernis*: Vid. quæ nos ad Phœniss. v. 945. Ibid. Ὀρφεὺς] De Orphei delinitrici cantilena, vid. quæ nos ad Iphig. Aul. v. 1211. *Barnes.*

555. s. Sic distincti versus in ambobus codicibus, qui in altero σύναγεν præferunt, ut et in priori scribendum fuit. Sunt enim Ionici a minore. *Brunck.*

555. s. Ita constituit Heath.

Σύναγε δένδρεα Μούσαις hephthemimeris iambica.
Σύναγε θῆρας ἀγρώτας eadem.

Beck.

557. ss. Vid. Herman. Doctr. Metr. p. 320. ed. Glasg.

558. Εὔϊος] Bacchi nomen. Vid. quæ nos de Εὐοῖ supra ad v. 141. *Barnes.*

561. Ἀξιὸν,] Ἀξιὸς, ὄνομα ποταμοῦ τῆς Παιονίας. Vide Eustath. fol. 359. lin. 22. ad Iliad. Hom. β'. v. 849. Notandum vero, quod accentus in ultima hujus nominis recte se habere mihi videtur, ut distinguatur ab appellativo. *Barnes.*

562. Copula τε, quæ vulgo inseritur, sensum turbat et metrum pessundat. Versus est, ut præcedens, dimeter anapæsticus. Inepti librarii additamentum, reprobata priori conjectura, ejiciendum esse denique vidit Musgravius. *Brunck.*

Delendum τε, quo facto, nihil forte opus erit versibus transpositis. *Musg.*

τε etiam Heath. ejicit. *Beck.*

563. Λυδίαν τε,] Ita Ed. Ald. et MSS. Editi recentiores typothetarum, puto, culpa Λυδίαν δὲ. Cæterum non loquitur hic de Lydorum regione, sed de Lydia, Macedoniæ fluvio, cujus meminerunt præter Strabonis Epitomatorem et Ptolemæum, Herodot. VII. 127. Æschines *de falsa legatione*, p. 283. Ed. Taylor. Hoc autem perspecto, facile est versuum ordinem hactenus turbatum restituere:

Ἥξει τε χορεύσων
Ἅμα βακχεύμασιν
Εἱλισσομένας τε Μαινάδας ἄξει

ΔΙΟ. Ἰὼ, ἰὼ, πάλιν αὐδῶ,
Ὁ Σεμέλας, ὁ Διὸς παῖς.
ΧΟ. Ἰὼ, ἰὼ δέσποτα, δέσποτα,
Μόλε νῦν ἡμέτερον ἐς θίασον,
Ὦ Βρόμιε, Βρόμιε.
Πέδον, ὦ Χθὼν, ἔνοθι, πότνια.
Ἆ, ἆ. τάχα τὰ Πενθέως μέλαθρα
Διατινάξεται πεσήμασιν.
Ὁ Διόνυσος ἀνὰ μέλαθρα.

Bac. Io, io, iterum voco,
Semeles Jovisque filius.
Cho. Io, io domine, domine,
Venias nunc ad nostrum chorum,
O Bromie, Bromie.
Solum, O veneranda Terra, concutito.
A, a: mox Penthei domus
Concutietur ruinis.
Bacchus *est* in atriis.

Τόν τ' ὠκυρόαν
Διαβὰς Ἀξιὸν
Λυδίαν τε, τὸν τὰς εὐδαιμονίας
Βροτοῖς ὀλβοδόταν, πατέρα τε,
Τὸν ἔκλυον εὔϊππον χώραν ὕδασι
Καλλίστοισι λιπαίνειν.

Musg.

Λυδίανδε] Lydia Bacchi sacris erat mature imbuta, unde et ipse Bacchus Λυδὸς et Λύδιος dicitur. *Barnes.*

565. εὔϊππον χώραν] Recte Lydiam ab equis commendat; Lydos enim equitatu cæteris præfert Herodotus Lib. I. quos non nisi ab equo pugnare scribit. *Barnes.*

571. Vox ἰὼ in utroque codice geminata. *Brunck.*

574. Accuratius erit metrum, si legas:

Μόλε νῦν ἡμέτερόν γ' εἰς θίασον anapæsticus dimeter.

Heath.

576. Vulgo legitur: πέδον χθονὸς ἔνοσι, πότνια. Quæ, etiamsi a Musgravio utcunque explicata sunt, corruptelæ tamen facile arguuntur. Ab ἔνωμι tertia sing. est ἔνωσι, non ἔνοσι: ut δίδωμι, δίδωσι. Legendum ἔνοθι in imperativo, et ὦ χθὼν πότνια. *Veneranda Terra, solum concutito.* Versus est Ionicus a minore dimeter hypercatal. tribrachys et pyrrhichius in secunda sede pro Ionico. *Brunck.*

Πέδον,] Edd. recent. contra MSS. fidem πέδων. ἔνοσι non ab ἔνοσις nomine deduco, sed ab ἔνομι verbo, quod tertia præsentis dat ἔνοσι. πέδον ἔνοσι, *solum contremiscit.* Nec rarum est, verba *concutiendi* et *movendi* intransitive hoc modo accipi. Sic δείματι πάλλων, Soph. Œd. Tyr. v. 155. *Terra duodequadraginta dies movit.* Liv. Histor. XXXV. c. 40. vid. et XL. c. ult.

πότνια.] Exclamatio est, ut ὦ πότνια, Iphig. in Taur. v. 534. *Musg.*

Πέδων χθονὸς ἔνοσι πότνια.] Ita recte scribitur, et est exclamatio ob subitum terræ motum; quo tandem Penthei corruit palatium. Ἔνοσι πότνια dicitur, quod Terræ motus a Neptuno fierent, qui idem Ἐνοσίχθων et Ἐννοσίγαιος dicebatur. Aldi editio habet πέδον, ut mihi videtur, minus recte. Quæ Johannes Brodæus huc congerit ex Euripidis Scholiasta de voce ποτνιάδες, locum hic non habent. Nonnulli legunt ἐνόσει ποτνίᾳ dandi casu, et ἐπιτίνασσε, vel tale quid, intelligunt. Sed, ut dixi, audito subito fragore, Chorus exclamat. *Barnes.*

Fortassis ἔνυσι est legendum ab ἔνυμι, et hoc ab ἔνω, *quatio.* πέδον ἔνυσι proprie *so-*

ΔΙΟ. Σέβετέ νιν. ΧΟ. Σέβομεν ὦ.
Ἴδετε λάϊνα κίοσιν ἔμβολα
Διάδρομα τάδε.
ἩΜ. Βρόμιος ἀλαλάξεται στέγας ἔσω.
Ἅπτε κεραύνιον αἴθοπα λαμπάδα,
Σύμφλεγε, σύμφλεγε δώματα Πενθέως.
ἩΜ. Ἆ, ἆ· πῦρ οὐ λεύσσεις, οὐδ' αὐγάζῃ
Σεμέλας ἱερὸν ἀμφὶ τάφον,
Ἅν ποτε κεραυνοβόλος

Bac. Colite ipsum. *Cho.* Colimus, O!
Videte lapideos columnarum cuneos
Hos ab invicem recedentes.
Sem. Bromius est, qui clamorem edidit intra tecta.
Incende fulmineam flagrantem facem,
Combure, combure domum Penthei.
Sem. A, a. Non vides ignem, neque respicis
Circa sacrum sepulchrum Semeles,
Quam quondam fulgura jaculans

lum quatit semet ipsum, i. e. *tremit.* Certum id est, πότνι' ἆ legendum esse, h. e. πότνιε, ἆ: redit enim ad Bacchum. *Reisk.*

579. s. Ὁ Διόνυσος ἀνὰ μέλαθρα. Σέβετέ νιν.] Hæc, inquit Tyrwhittus, verba sunt Bacchi ad Chorum, ut supra v. 567. et 571. Præstat, meo judicio, recepta in editis distributio. Primo, non inusitatum est, personas, ex quibus Chorus constat, se invicem alloqui, monere, hortari. Vide infra v. 590. et 1155. Phœniss. v. 1369. Deinde etiam Bacchus in præcedentibus prima persona de se locutus erat, v. 571. quod hic diversum est. Nec ulla ratio est, cur formam orationis mutaret. *Musg.*

Ὁ Διόνυσος ἀνὰ μέλαθρα. Σέβετέ νιν.] Huc alludit illud Callimachi Hymn. Apoll. v. 7. Ὁ γὰρ θεὸς οὐκ ἔτι μακράν. *Barnes.*

580. Σέβετέ νιν.] Bacchi verba sunt, cui tribuuntur in utroque codice. Acute, ut solet, conjecerat vir excellenti præditus ingenio, Th. Tyrwhitt, hæc omnia Choro continuanda non esse.

Σέβομεν ὦ.] His verbis uterque cod. Semichori personam præfigit, et versui 583. Chori. Horum contrarium fieri debuit. *Brunck.*

581. Ἴδετε] Hic iterum Semichori personam præfixerim, ut sit Chorus in duo quasi agmina distributus, quorum alterum moneat, alterum monenti respondeat. *Musg.*

581. s. Verte: *Vide lapideas has trabes a columnis dissilientes. Heath.*

583. Eleganter Tyrwhittus:

Βρόμιος ἠλάλαξε τὰς στέγας εἴσω.

Vel, ut constet senarius:

Ὁ Βρόμιος ἠλάλαξε τὰς στέγας ἔσω.

In his autem, licet proxime ad verum accedentibus, est, quod desideres. Quippe Chorus universus clamorem haud dubie audierat, neque opus erat, ut hoc a Semichoro doceretur. Poterant tamen nonnullæ earum aut ignorare, aut dubitare, utrum is a Baccho editus esset. Cui scrupulo eximendo quid aptius, quam quod hic reponendum puto:

Βρόμιος, ὃς ἠλάλαξε τὰς στέγας ἔσω.

Confer supra v. 115. Facile autem excidere potuit ὃς, a syllaba præcedenti absorptum. *Musg.*

584. s. Hæc etiam Baccho tribuit Tyrwhittus. Sed vide, quæ dixi supra ad v. 579. s. *Musg.*

Ἔλιπε φλόγα Διὸς βροντά;
Δίκετε πεδόσε τρομερὰ σώματα,
Δίκετε, Μαινάδες.
Ὁ γὰρ ἄναξ, ἄνω κάτω τιθεὶς, ἔπεισι
Μέλαθρα τάδε, Διὸς γόνος Διόνυσος.

Reliquit flammam Jovis tonitru?
Prosternite humi tremula corpora,
Prosternite, O Mænades:
Rex enim, sursum deorsum vertens, invasit
Hanc domum, Bacchus Jovis filius.

586. *οὐδ' αὐγάζῃ*] Αὐγάζομαι, δέρκομαι. Αὐγαὶ γὰρ ὀφθαλμοί. Vid. quæ nos ad Rhes. v. 734. *Barnes.*

587. *ἱερὸν ἀμφὶ τάφον,*] Vid. Troad. v. 96. *Barnes.*

589. *Ἔλιπε φλόγα Διὸς βροντά;*] Sic optime Musgravius: vulgo *βροντᾶς.* At codices *δίου βροντῆς.* *Brunck.*

βροντᾶς;] Legendum *βροντὰ,* quod et nunc Brubachianam obtinet, nescio, qua fortuna invectum. Distinguunt Græci inter *κεραυνὸς* et *βροντή.* Hoc iis fragorem cœli tonantis significat, *κεραυνὸς* vero igneam coruscationem. Æschyl. Prometh. v. 921.

ὁ δὴ κεραυνοῦ κρείσσον' εὑρήσει φλόγα,
βροντῆς θ' ὑπερβάλλοντα καρτερὸν κτύπον.

Vid. Aristoph. Nub. v. 374. et seq. Hom. Batrachom. v. 276. *κεραυνοβόλος βροντὰ,* quod utrumque non ineleganter conjungit, exponi potest *tonitru flammiferum.* *Musg.*

Vulgatæ lectionis hanc Heath. instituit constructionem: *οὐδὲ αὐγάζῃ ἀμφὶ ἱερὸν τάφον Σεμέλης φλόγα βροντᾶς Διὸς, ἃν φλόγα ἐκείνη κεραυνόβολος οὖσά ποτε ἔλιπε.*

Reisk. conjicit: *ἔτυπε,* aut *ἔπνιγε, φλογερὰ Διὸς βροντὰ,* quia fulmine icti non ardent, sed feriuntur, aut suffocantur. *Beck.*

590. Apud Etymol. M. p. 279. *Δίκετε παῖδα δίκετε τρομερὰ σώματα Μαινάδες.* Pro *παῖδα* repone *πεδόσε* ex hoc Bacchi versu. *Por.*

σώματα,] Ita recte Barnesius ex Schol. ad Phœn. v. 650. Confirmat Etymolog. M. voce *Δίσκος.* Ed. Ald. *δώματα.* *Musg.*

Δίκετε πεδόσε τρομερὰ σώματα,] Ita ego audacter restituo pro *δώματα,* et rationes, cur id fecerim, has profero. Non Penthei domus a Mænadibus disjectæ erant; sed a Baccho, ut Horat. Lib. II. Od. 19. *Tectaque Penthei Disjecta non levi ruina.* At jam Mænades ipsæ corporibus prostratis ob hunc fragorem cecidere, ut apparet v. 595. Præterea Scholiastes ad Phœniss. v. 650. *Δίκε*] Κατέβαλε· καὶ ἐν Βάκχαις — Δίκετε τρομερὰ σώματα. *Barnes.*

592. *τιθεὶς,*] Canterus *συθεὶς* nulla necessitate. Bacchus enim aut domum Penthei antea everterat, aut jam tum in ea evertenda occupatus erat. *Musg.*

τιθεὶς,] Canterus rectius *συθεὶς:* nondum enim domus Penthei eversæ erant, sed jamjam ruituræ. *Barnes.*

595. Vulgo legitur *ἥσθηθ',* ab *ἥδομαι,* *gavisæ estis.* Quod præcedentibus minime congruens, et proinde vitii manifestum, summo judicio Canterus mutandum censuit in *ᾔσθεσθ',* ab *αἰσθάνομαι.* Sequentes duos versus emendatos jam dedit in notis Musgravius. *Brunck.*

Citat R. P. Præf. ad Hec. p. clxxxvii. *Burn.*

ἥσθηθ',] Ita Ed. Ald. quod sine elisione esset *ἥσθητε* secunda pluralis ab *ἥσθην, delectatus sum.* Cantero placet *ᾔσθεσθ'* ab *ᾐσθόμην, sensi.* Mihi *ὡς ἔοικε* ironicum aliquid indicare videtur. Malim igitur *ἤχθεσθ', mœrore affectæ eratis.* Qui nullam hic ironiam vident, retinere possunt *ἥσθηθ'.* *Musg.*

Πρὸς πέδῳ πεπτώκαθ'; ἥσθηθ',] Προσπεπτώκατε πέδῳ· Αἰσθάνεσθε καὶ ἐμφόβως ἔχετε. Lege itaque *ᾔσθεσθ', sensu* monente et Cantero. *Barnes.*

ᾔσθεσθ', Etiam Heath. *Beck.*

596. Corruptum in hoc versu metrum restitui forte potest legendo:

ARGUMENTUM ACTUS TERTII.

Bacchus, custodibus Penthei et vinculis elusis, suis jam comitibus apparet, præsentia nempe illas recreans, quas ob vincula ejus sollicitas sciebat; docetque eas, quomodo Pentheo imposuerit. Qui et ipse mox adest, indigne ferens, se a Baccho ludificari. Nuntius ex Cithærone veniens exponit, quibus ceremoniis, quoque ritu, vestitu et more, Bacchæ ibi orgiis exerceantur. Ipse autem numinis vestigia in iis agnoscens, Pentheum ad Bacchum colendum hortatur. Ille e contra primo ad arma vocat, mox mutata sententia, id enim Bacchus voluit, ipse se speculatum ire velle profitetur. Bacchus illius interitum denuntiat. Chorus religioni intentus, orgia gestit celebrare, Dei vindictam in atheos memorat, certam, quantumvis seram. Monet, ne quid temere mortales in Deum θεομαχοῦντες statuant; non enim carere eam rem periculo. Vitam denique mediocrem, cum pietate conjunctam et tranquillitate, omnibus cæteris hujus mundi gaudiis, quibus stulti, vanique et ambitiosi homines inhiare solent, anteferendam asserit.

ΔΙΟ. Βάρβαροι γυναῖκες, οὕτως ἐκπεπληγμέναι φόβῳ
Πρὸς πέδῳ πεπτώκατ'; ᾔσθεσθ', ὡς ἔοικε, Βακχίου
Διατινάξαντος τὰ Πενθέως δώματ'· ἀλλ' ἀνίστατε
Σῶμα, καὶ θαρσεῖτε, σαρκὸς ἐξαμείψασαι τρόμον.
ΧΟ. Ὦ φάος μέγιστον ἡμῖν Εὐίου βακχεύματος,
Ὡς ἐσεῖδον ἀσμένη σε, μονάδ' ἔχουσ' ἐρημίαν.
ΔΙΟ. Εἰς ἀθυμίαν ἀφίκεσθ', ἡνίκ' εἰσεπεμπόμην

Bac. Barbaræ mulieres, adeone consternatæ metu,
Ad solum cecidistis? sensistis, ut videtur, Bacchum
Concutientem domum Penthei: sed tollite
Corpus, et animum sumite, membra a tremore revocantes.
Cho. O lumen nobis maximum Bacchici furoris,
Ut libens te vidi, cum prius haberem desertam solitudinem.
Bac. Veneratis in desperationem, quando intus mittebar,

Διατινάξαντες τὰ Πενθέως δώματ', ἀλλ' ἀνίστατε.

Musg.

Διατινάξαντος δῶμα] Legendum est δῶ Homericum, ut versus sibi constet; Canterus τὸ Πενθέως δῶμ' legit, haud male.

Barnes.

Forte, διατινάξαντος δόμα Πενθέως. ἀλλ' ἄγ' ἐξανίστατε σῶμα καὶ θαρσεῖτε, σάρκας ἐξαμείψασαι τρόμων, vel τρόμου. ita distinguendum. *evertentes* (h. e. mutantes, transferentes in alium statum) *carnes vestras*, (membra vestra, vosmet ipsos) *e tremore.* aut, si τρόμον servetur, debet σαρκὸς legi. *alio averso et amandato e membris vestris tremore*, exuta trepidatione. *Beck.*

Metri causa omnino cum Cant. legendum τὸ Πενθέως δῶμ'. Conjectura enim Barnesii spondeum in tertia sede relinquit. Notandum, ἀλλὰ hic primam corripere. Vid. Cycl. 154. Herc. Fur. 1061. Electr. 736. *Heath.*

597. Eleganter vir doctus Observat. Miscell. Tom. II. p. 321.

θαρσεῖτε, σαρκὸς ἐξαμείψασαι τρόμον.

Vel sic certe legendum, vel, quod non deterius:

Πενθέως ὡς εἰς σκοτεινὰς ὀρκάνας πεσὼμενος.
ΧΟ. Πῶς γὰρ οὔ; τίς μου φύλαξ ἦν, εἰ σὺ συμφορᾶς τύχοις;
Ἀλλὰ πῶς ἠλευθερώθης, ἀνδρὸς ἀνοσίου τυχών;
ΔΙΟ. Αὐτὸς ἐξέσωσ᾽ ἐμαυτὸν ῥᾳδίως ἄνευ πόνου.
ΧΟ. Οὐδέ σοι ξυνῆψε χεῖρα δεσμίοισιν ἐν βρόχοις;
ΔΙΟ. Ταῦτα καὶ καθύβρισ᾽ αὐτὸν, ὅτι, με δεσμεύειν δοκῶν,
Οὔτ᾽ ἔθιγεν, οὔθ᾽ ἥψαθ᾽ ἡμῶν, ἐλπίσιν δ᾽ ἐβόσκετο.
Πρὸς φάτναις δὲ ταῦρον εὑρὼν, οὗ καθεῖρξ᾽ ἡμᾶς ἄγων,
Τῷδε περὶ βρόχους ἔβαλλε γόνασι, καὶ χηλαῖς ποδῶν,

Tanquam in atrum carcerem Penthei venturus.
Cho. Quomodo non? Quis mihi enim erat, si tibi mali aliquid accidisset.
Sed quomodo liberatus es in virum impium incidens?
Bac. Ipse meipsum liberavi facile sine labore.
Cho. Neque ligavit tuam manum in vinculis?
Bac. *In* his etiam elusi eum, quia ligare me putans,
Neque attigit, neque prehendit nos, sed pascebatur *inani* spe.
Inveniens enim taurum ad præsepia, ubi conclusit nos ductos,
Huic injecit laqueos ad genua et ungulas pedum,

θαρσεῖτε, σάρκας ἐξαμείψασαι τρόμου.

Musg.

Editori Obss. Misc. Batavo non placet emendatio Angli. Censet, θαρσεῖν, neutrum, usurpari active, melius quoque h. l. tribus verbis tres accusativos addi, denique posse etiam σάρκας accipi pro κατὰ σάρκας. *Beck.*

598. φάος] Non dicitur κυρίως de vero lumine, sed metaphorice, ut Iphig. in Aul. v. 1511. Soph. Electr. v. 1370. *Musg.*

601. Hesychius: ὀρκάνη, εἱρκτὴ, δεσμωτήριον. Ubi vide interpretes. *Brunck.*

ὀρκάνας] Ὀρκάνη quasi ἑρκάνη ab ἕρκος. vid. Eustath. fol. 969. lin. 2. Barn. Exstat Sept. c. Theb. v. 352. (conf. Arnald. Spec. p. 194. *Musg.*

ὀρκάνας] Ὀρκάνη quasi ἑρκάνη, quod ab ἕρκος. Vid. Eustath. fol. 969. lin. 2. *Barnes.*

ὀρκάνας] Φυλακάς. ὀρκάνη κυρίως ἡ ἀγρευτικὴ λίνου. *Scholiast.*

602. τίς μου φύλαξ] Sic ambo codices. Iidem v. seq. ἠλευθερώθης. *Brunck.*

Πῶς γὰρ οὔ; Τίς μοι φύλαξ ἦν, εἰ σὺ συμφορᾶς τύχοις;] Ita interstinguo, et puncta pono. De sensu judicent, qui sensu valent. Canterus mecum stat. *Barnes.*

603. ἐλευθερώθης,] Ita Ed. Ald. MSS. E, G. ἠλευθερώθης. *Musg.*

Reisk. leg. suspicatur πτυχῶν, *e plagis* (retibus, circumvolucris continentibus corpus) *viri impii quomodo liberatus es?* *Beck.*

607. Οὔτ᾽ ἔθιγεν, οὔθ᾽ ἥψαθ᾽] Vide, quæ annotavimus ad Orest. 137.

608. Cl. Jacobs Spec. Em. in Auct. Vett. p. 49. emendat:

Ἄγ᾽ ὡς τάχιστα· τοῦ χρόνου σ᾽ ἤδη φθονῶ.

Beck.

609. Hæc, et quæ mox de Pentheo muliebria vestimenta induente traduntur, vereor, ne ridicula videantur iis, qui in veterum lectione mediocriter tantum versati sunt. Sed tenendum est, Euripidem ea non primum excogitasse, sed a majoribus transmissa, et populi religione velut consecrata, accepisse. Quamobrem, si quid est in historia ridiculi, populo, qui se tam crasse decipi [patiebatur, non ipsi,

Θυμὸν ἐκπνέων, ἱδρῶτα σώματος στάζων ἄπο,
Χείλεσιν διδοὺς ὀδόντας· πλησίον δ᾽ ἐγὼ παρὼν,
Ἥσυχος θάσσων, ἔλευσσον· ἐν δὲ τῷδε τῷ χρόνῳ
Ἀνετίναξ᾽ ἐλθὼν ὁ Βάκχος δῶμα, καὶ μητρὸς τάφῳ
Πῦρ ἀνῆψ᾽· ὁ δ᾽, ὡς ἐσεῖδε, δώματ᾽ αἴθεσθαι δοκῶν,
Ἧισσ᾽ ἐκεῖσε, κᾆτ᾽ ἐκεῖσε, δμωσὶν Ἀχελῶον φέρειν
Ἐννέπων, ἅπας δ᾽ ἐν ἔργῳ δοῦλος ἦν μάτην πονῶν.
Διαμεθεὶς δὲ τόνδε μόχθον, ὡς ἐμοῦ πεφευγότος,
Ἵεται, ξίφος κελαινὸν ἁρπάσας, δόμων ἔσω.
Κᾆθ᾽ ὁ Βρόμιος, ὡς ἔμοιγε φαίνεται, δόξαν λέγω,
Φῶς ἐποίησεν κατ᾽ αὐλήν· ὁ δ᾽ ἐπὶ τοῦθ᾽ ὡρμημένος

Iracundiam spirans, et sudorem a corpore stillans,
Labris dans dentes: ego vero præsens,
Quietus sedens spectabam: interea vero temporis
Concussit veniens Bacchus domum, et *in* matris sepulcro
Ignem accendit: hic vero ut vidit *hoc*, domum ardere putans,
Saltabat huc et illuc, famulis aquam ferre
Imperans: omnes autem servi in opere erant occupati frustra laborantes:
Omittens vero hunc laborem, tanquam me elapso,
Fertur gladium atrum rapiens intra domum.
Deinde Bromius, ut mihi visum est, opinionem dico,
Fecit igneum spectrum in aula, in quod ruens Pentheus,

imputandum est. Dubitari enim non debet, quin, quæ risum nunc et fastidium movent, terrorem olim Atheniensibus voluptate temperatum incusserint.

ἔβαλλε] Ita MSS. E. G. Ed. Ald. ἔβαλε. *Musg.*

611. Χείλεσιν] Hanc scripturam, quam metri ratio flagitat, exhibent ambo codices. Vide notata ad Hec. 1246. *Brunck.*

613. Quod vulgo legitur ἀντετίναξ᾽, operarum peccatum est, nescio in qua editione primum admissum: Aldus, ut codices, recte ἀνετίναξ᾽, quod Oxoniensis corrector facile reposuisset, si legum trochaici metri notitiam habuisset. *Brunck.*

Ἀνετίναξ᾽] Barnesius, errore typographico, ἀντετίναξ᾽, quod et hic male retinetur. *Musg.*

615. Ἀχελῷον] Vid. ad Androm. v. 167. *Musg.*

Ἧισσ᾽] Ἧισσε, pro ἤϊσσε, ab ἀΐσσω, sed hic μονοσυλλάβως legitur. Vid. Phœniss. v. 1394. Ita infra v. 621.

Ἀχελῷον φέρειν] Ὕδωρ ἁπλῶς. Vid. quæ nos supra ad v. 511. *Barnes.*

616. Hunc locum plane ita corrigit Jacobs Em. Spec. p. 49. ut jam in ed. Barn. legitur. Nam in Brunck. verba emendando depravata esse videntur.

617. Διαμεθεὶς δὲ τόνδε μόχθον,] Verbum decompositum a διαμεθίημι. Sic infra v. 625. Διαμεθεὶς ξίφος, &c. *Barnes.*

618. Monet Br. ad Arist. Conc. 618. se vitium in h. l. reliquisse, et versum scribendum esse:

ἵετο, ξίφος κ. ἁ. δ. ἔσω.

esse enim tetrametrum trochaicum. *Beck.*

619. Κᾆθ᾽ ὁ Βρόμιος, ὡς ἔμοιγε φαίνεται, δόξαν λέγω,
ΦΩΣ ἐποίησεν κατ᾽ αὐλήν· ὁ δ᾽ ἐπὶ τοῦτ᾽ ὡρμημένος
ᾖσσε, κᾆκέντει, φαεννὸν αἰθέρ᾽, ὡς σφάζων ἐμέ.

Dionysi verba, qui, cum Penthei vincula effugisset, Choro, quæ intus acta erant, enarrat. Nemo editorum de hujus loci sanitate dubitasse videtur. Fateor tamen me haud satis intelligere, quomodo Pentheus, furore bacchico nondum perculsus,

Ἤισσε, κἀκέντει φαεννὸν αἰθέρ', ὡς σφάζων ἐμέ.
Πρὸς δὲ τοῖσδ' αὐτῷ τάδ' ἄλλα Βάκχιος λυμαίνεται·

Insiliebat, et pungebat claram lucem tanquam, me jugulans.
Præter vero hæc ipsum Bacchus his etiam affligit:

sed satis integræ mentis, lucem sive ignem, quem Bacchus in cohorte accenderat, pro ipso, quem in vinculis tenuerat juvene, habere potuerit. Neque profecto hanc difficultatem tolli posse puto, nisi similitudinem aliquam inter hunc ipsum juvenem illamque a Baccho accensam lucem fuisse supponas. Non dubito equidem quin v. φῶς corruptum et emendandum sit:

ΦΑΣΜ' ἐποίησεν κατ' αὐλὴν —

qua lectione recepta facile intelligitur, quomodo fieri potuerit, ut Pentheus in falsam captivi sui speciem, a Baccho ad eum fallendum conflatam, incurreret eamque pro ipso captivo suo vulneribus afficere conaretur. Habuit autem hac in fictione Euripides Homerum quem sequeretur, qui Æneæ simulacrum ab Apolline ad Græcos fallendos conflatum narrat Il. E. 449.

αὐτὰρ ὁ εἴδωλον τεῦξ' ἀργυρότοξος Ἀπόλλων
αὐτῷ τ' Αἰνείᾳ ἴκελον καὶ τεύχεσι τοῖον.

quod imitatus est Virgilius. Æn. X. 636.

Tum Dea nube cava tenuem sine viribus *umbram*
In faciem Æneæ, visu mirabile monstrum,
Dardaniis ornat telis; clipeumque jubasque
Divini adsimulat capitis; dat inania verba; —
Instat cui Turnus, stridentemque eminus hastam
Conjicit.

vid. Drakenb. ad Silium. Lib. XVII. 525. p. 874. — Voce φάσμα in similibus sæpe utitur Euripides. Unum exemplum sufficiat. Iphig. in Aul. 1584.

Ἄελπτον εἰσιδόντες ἐκ θεῶν τινος
ΦΑΣΜ', οὗ γε μηδ' ὁρωμένη πίστις παρῆν.

Erroris autem originem patefaciet observatio, quæ ad multos locos emendandos prodesse potest, literam α in Codicibus sæpe ita pingi, ut ι illi adhærere videatur; quo fit, ut modo cum αι, modo cum ω permutetur. Sic, ut exemplum laudem, in fragmento Sophoclis ap. Stephanum servato. V. χώρα. p. 761. legitur:

στρέφουσι κρήνης ΦΥΛΛΑ ΚΑΙ χωρίτην ὄφιν.

quem versum tentavit Toup. in Epistol. Crit. p. 101. Lips. sed parum feliciter. Scribendum, ni me omnia fallunt:

στρέφουσι κρήνης ΦΥΛΑΚΑ χωρίτην ὄφιν.

fontis custodem, anguem indigenam. Dracones enim fontium custodes putabantur. Hygin. Tab. LXXIV. *quæ cum aquam eis tradit*, draco fontis custos *puerum exedit*. Pausan. IX. 10. p. 730. Καὶ δράκοντα ὑπὸ τοῦ Ἄρεως ἐπιτετάχθαι ΦΥΛΑΚΑ τῇ πηγῇ. Eurip. Phœniss. 667. Ἔνθα φόνιος ἦν δράκων Ἄρεως, ὠμόφρων ΦΥΛΑΞ νάματ' ἔνυδρα καὶ ῥέεθρα — ἐπισκοπῶν. — Cum ω autem α permutatum videtur in fragmento Hegemonis Thasii apud Æthen. Lib. XV. p. 698. D.

Ἐς δὲ Θάσον μ' ἐλθόντα ΜΕΤΩΡΙΖΟΝΤΕΣ ἔβαλλον
ΠΟΛΛΟΙΣΙ ΣΠΕΛΕΘΟΙΣΙ καὶ ὧδέ τις εἶπε παραστάς.

Vocem μετεωρίζοντες interpretationem non omnino quidem respuere, mendæ tamen suspicione non carere judicat summus Animadversor. Mox pro σπελέθοισι (v. L. Kuster ad Aristoph. Eccles. v. 591.) optima Excerpta λίθοισι habent, unde Casaubonus πολλοῖσίν τε λίθοισι conjicit. Mihi legendum videtur:

Ἐς δὲ Θάσον μ' ἐλθόντα ΜΕΓΑ ΚΡΑΖΟΝΤΕΣ ἔβαλλον
ΒΩΛΟΙΣ ἨΔΕ ΛΙΘΟΙΣΙ, καὶ ὧδέ τις εἶπε παραστάς.

κράζειν de populi clamoribus dixit, nescio quis, apud Suidam V. ἀλογία. — οἱ δὲ πάντες ἅμα ἂν κραγόντες ἐξ αὐτῆς. (F. ἐκ λύπης.) Aristophan. Eqq. 667.

οἱ δ' ἐξ ἑνὸς στόματος ἅπαντες ἀνέκραγον.

in Eccles. v. 431.

εἶτ' ἐθορύβησαν, κἀνέκραγον, ὡς εὖ λέγοι
τὸ σκυτοτομικὸν πλῆθος.

βώλοις ἠδὲ λίθοισι. *glebis et lapidibus.* Dio Chrys. Orat. XIII. p. 419. ed. Reisk. Ὁποῖον λεγόμενόν ἐστι περὶ τὴν μαντείαν τῶν γυναικῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς· ἐκεῖναι γὰρ ΒΩΛΟΝ

Δῶμά τ' ἔῤῥηξεν χαμᾶζε· συντεθράνωται δ' ἅπαν
Πικροτάτους ἰδόντι δεσμοὺς τοὺς ἐμούς· κόπου δ' ὕπο,

Domum enim disruptam dejecit humi, totaque contrita est *ipsi*
Acerbissima spectanti vincula mea: præ defatigatione vero

ΤΙΝΑ 'Η ΛΙΘΟΝ *ἐπαίρουσαι σκοποῦσιν ἐκ τούτου περὶ τοῦ πράγματος.* Sic enim scribendum esse, non, ut vulgo, *βωμόν τινα ἢ λίθον*, vidit H. Valesius in Emendd. Lib. II. c. v. p. 53.—Pergamus in fragmento Hegemonis. V. 5to legitur:

τοῖσι δ' ἐγὼ πᾶσιν μικρὸν μετὰ τοῦτ' ἔπος εἶπον.
ΜΝΗΜ' *ἀνέπεισε γέροντα καὶ οὐκ ἐθέλοντ' ἀναβῆναι*
καὶ σπανὶς, ἡ πολλοὺς Θασίων ἐς ὁλκάδα βάλλει.

Non dubitandum censeo, quin V. μνῆμα alterius vocis locum occupet. Illa vero quænam sit quæstio. An legendum: Μοῦσ' ἀνέπεισε, *an potius* πεῖν' ἀνέπεισε *vel* πεῖνά μ' ἔπεισε. Verba sunt Casauboni ad hunc locum. Aut fallor aut scribendum:

ΛΗΜΜ' *ἀνέπεισε γέροντα καὶ οὐκ ἐθέλοντ' ἀναβῆναι.*

Quæstus cupiditas. ut v. 11.

αὖθις δ' οὐκ ἐπὶ κέρδος ἀπείσομαι

De voce *λῆμμα* vide quæ disputarunt VV. DD. Dorville ad Charit. p. 87. Spanheim. in Aristoph. Nub. v. 456. Valcken. in Amm. II. 15. Pierson. ad Moerin. p. 246. — Ultimus tandem versus in fragmento Hegemonis sic se habet:

καὶ τότε ΘΑΡΣΗΣΑΣΑ *καὶ ἤειδον πολὺ μᾶλλον.*

ubi *θαρσήσασα*, cum de viro agatur, mendosum esse apparet. Scribam:

καὶ τοτ' 'ΕΘΑΡΣΗΣ' ΑΥ'ΤΕ *καὶ ἤειδον πολὺ μᾶλλον.*

Confusæ videntur literæ *α* et *ω* in Epigrammate XII. Antiphili. Anal. V. P. II. p. 172.

Κλῶνες ἀπηόριοι τανaῆς δρυὸς, εὔσκιον ὕψος
ἀνδράσιν ἄκρητον καῦμα φυλασσομένοις.
εὐπέταλοι, κεράμων στεγανώτεροι, οἰκία ΦΩΤΩΝ
οἰκία τεττίγων, ἔνδιοι ἀκρέμονες,
κἠμὲ τὸν ὑμετέραισιν ὑποκλινθέντε κόμαισι
ῥύσασθ' ἀκτίνων ἠελίου φυγάδα.

Ad hoc carmen Brunckius Vir Ill. *Arboris ramos, quibus insidunt cicadæ, quarum οἰκία dicuntur, hominum etiam habitationem adpellari ineptum est; unde hunc versum in mendo cubare existimo. Pro φωτῶν aviculæ nomen desidero.* Suspicabar olim a poëtæ manu esse:

εὐπέταλοι, κεράμων στεγανώτεροι, οἰκία ΦΑΒΩΝ

cum hanc formam a veteribus poëtis usurpatam scirem. Unde *φαβότυπος. εἶδος ἱέρακος, καὶ περιστερᾶς ἀγρίας σπερμοφάγου.* quæ Hesychii glossa est. Athenæus ex Æschylo laudat (L. IX. p. 394. A.) *σιτουμένην, δύστανον, ἀθλίαν φάβα.* unde conjectura mea falsa esse arguitur. V. *φάβα* enim priorem syllabam corripit. Fortasse igitur usitatior forma reponenda est:

οἰκία ΦΑΣΣΩΝ.

Horat. I. Carm. II. 9.

Piscium et summa genus hæsit ulmo
Nota quæ *sedes* fuerat *palumbis.*

Jacobs.

621. Vox *αἰθέρ'* in utroque codice desideratur. *Brunck.*

Vox *αἰθέρ'*, quam uncinis inclusi, ex Canteri conjectura adjecta est: nam Ed. Ald. et MSS. versum uno pede mutilum exhibent. *Musg.*

Ἤϊσσε] *Ἧισσε* legendum pro *ἤϊσσε*, licet sub H majuscula *ἰῶτα* non subscribatur, sed adscribatur. Vide supra v. 615. *φαεννὸν αἰθέρ'*] Verbum *αἰθέρ'*, in prioribus desideratum, huc addidi, sensu et Cantero, versuque postulante; nec Scaligeri *ἀέρ'* æque hic admittendum duxi: *φωτεινὸν.* enim erat Bacchi *ἴνδαλμα*, quod feriebat Pentheus, corpus autem lucidum dici potest *φαεννὸς αἰθὴρ*, non autem *ἀήρ*: licet alias *ἀέρα δέρειν* Apostolus dixit, quod est *Verbera in ventos dare*; frustra ferire; hoc autem est aliud, *lucidum et æthereum corpus feriebat.* Judicent docti. *Barnes.*

622. *αὐτῷ*] Vir doctus in margine mei exemplaris Aldinæ *αὐτὸν.* Sed nec infrequens est *λυμαίνομαι* dativum adsciscere. *Musg.*

Reisk. emendat *πρὸς δὲ τοῖς χαὐτῷ,*

Διαμεθεὶς ξίφος, παρεῖται. πρὸς θεὸν γὰρ, ὢν ἀνὴρ,
Ἐς μάχην ἐλθεῖν ἐτόλμησ᾽· ἥσυχος δὲ δωμάτων
Ἐξάγω Βάκχας πρὸς ὑμᾶς, Πενθέως οὐ φροντίσας.
Ὡς δ᾽ ἐμοὶ δοκεῖ, ψοφεῖ γοῦν ἀρβύλη δόμων ἔσω,
Εἰς προνώπι᾽ αὐτίχ᾽ ἥξει. τί ποτ᾽ ἂν ἐκ τούτων ἐρεῖ;
Ῥᾳδίως ἄρ᾽ αὐτὸν οἴσω, κἂν πνέων ἔλθῃ μέγα.
Πρὸς σοφοῦ γὰρ ἀνδρὸς, ἀσκεῖν σώφρον᾽ εὐοργησίαν.
ΠΕΝ. Πέπονθα δεινά· διαπέφευγέ μ᾽ ὁ ξένος,

Dimisso gladio, solutus languet. Adversus Deum enim *ipse* existens homo
In pugnam venire ausus erat. Ego vero placide e domo,
Bacchas duco ad vos, Pentheum non curans.
Ut autem mihi videtur, strepit enim solea in ædibus,
Ad vestibulum mox veniet: quidnam propter ista dicet?
Facile enim ipsum feram, licet *iram* valde spirans venerit:
Sapientis enim viri *est* exercere animi moderationem.
Pen. Atrocia sum passus: effugit hospes mihi,

etiam hæc. καὶ cohæret cum τάδε. *Beck.*

623. Hesychius: συντεθράνωται, συμπέπτωκε. A verbo θραύω derivantur θρανόω, θρανεύω, θρανύσσω, quod postremum apud Lycophronem occurrit v. 664.

οἳ πάντα θρανύξαντες εὔτορνα σκάφη.

Brunck.

Hesychius: συντεθράνωται, συμπέπτωκε, et alibi: θρανεύεται, συντρίβεται, denique τεθράνευμαι, συγκέκλασμαι, ἀπὸ τοῦ θραύω. *Musg.*

Συντεθράνωται] Συνθρανόω, θρανόω, a θραύω, frango, sicut θρανύσσω ab eodem, Lycophroni dicitur. Hesych. θρανεύεται, συντρίβεται. *Barnes.*

Non omne palatium dirutum dici Prev. monet, sed eam tantum partem, ubi bacchæ et Bacchus ipse captivi tenebantur; nam in seqq. commemoratur palatii pars adhuc integra. *Beck.*

626. Vulgo legitur:

εἰς μάχην ἐλθεῖν ἐτόλμ᾽· ἥσυχος δ᾽ ἐκ Βάκχας ἄγων
δωμάτων, ἥκω πρὸς ὑμᾶς, Πενθέως οὐ φροντίσας.

Horum versuum prior ἄμετρος est et mera barbaries. Emendare tentarunt viri eruditi, quorum conjecturæ mihi non satisfaciunt. Aptissimum est ἥσυχος, quod et codicum auctoritate nititur: in utroque perspicue scriptum ἐτόλμησεν. Ad superscriptam in E. compendiariam notam, quæ εν valet, non satis adtendit Musgravius. Facilius in ceteris grassari potuit librariorum temeritas. Sane optima est quam concinnavi lectio. *Brunck.*

ἐτόλμ᾽· ἥσυχος δ᾽] Legendum puto: ἐτόλμησ᾽· ὠκὺ δ᾽. Cantero placet ἐτόλμησ᾽ ἦκα δ᾽, vel ἐτόλμησ᾽, ἥσυχα δ᾽. Longius a vero abeunt MSS. quorum alter ἐτόλμησ᾽ legit, alter ἐτόλμησεν, retinentes ἥσυχος. *Musg.*

Εἰς μάχην ἐλθεῖν ἐτόλμησ᾽· αὐτὸς δ᾽ ἐκ Βάκχας ἄγων] Ita cum Scaligero legendum statuo, quum prius ἐτόλμ᾽ ἥσυχος manifesto errore legebatur; nec Canteri lectio æque arridet, ἐτόλμησ᾽ ἥσυχα, vel ἦκα, cum τὸ ησ᾽ in ἥσυχος ad ἐτόλμ᾽ pertinet, et υχος ex αὐτὸς conjectura erranti quadam oriri potuit, sed ἥσυχος et ἦκα nihil hic loci habent. *Barnes.*

Canteri ἦκα, *placide, composito gradu,* probavit Reisk. explicari ratus sequentibus Πενθέως οὐ φροντίσας, "Tam parum curo Pentheum, ut Bacchas ex ejus ædibus extractas huc egerim lento gradu, tanquam peculium meum, non ut prædam. *Beck.*

629. τί ποτ᾽ ἂν] Sic optime E. In hoc et seq. versu inepte a librariis, contra ratiocinationis nexum, et spreta sermonis

Ὃς ἄρτι δεσμοῖς ἦν κατηναγκασμένος.
Ἔα, ἔα.
Ὅδ' ἐστὶν ἀνήρ. τί τάδε; πῶς προνώπιος
Φαίνῃ πρὸς οἴκοις τοῖς ἐμοῖς, ἔξω βεβώς;
ΔΙΟ. Στῆσον πόδ', ὀργῇ δ' ὑπόθες ἥσυχον τρόπον.
ΠΕΝ. Πόθεν σὺ, δεσμὰ διαφυγὼν, ἔξω περᾷς;
ΔΙΟ. Οὐκ εἶπον, ἢ οὐκ ἤκουσας, ὅτι λύσει μέ τις;
ΠΕΝ. Τίς; τοὺς λόγους γὰρ εἰσφέρεις καινοὺς ἀεί.

Qui modo vinculis erat constrictus.
Eia, eia.
Hic est ille vir: quod hoc rei est? quomodo ante vestibulum
Conspiceris ad ædes meas, foras egressus?
Bac. Siste pedem, et quietem iræ subjice.
Pen. Unde tu excussis vinculis foras egressus es?
Bac. Nonne dixi? nonne audivisti, quod esset soluturus me aliquis?
Pen. Quis? semper enim adfers novos sermones.

venustate, permutatæ fuerunt particulæ. ἂν hic δυνητικὸν est, et rite cum futuro indicativi construitur. *Quidnam dicere poterit? Atqui facile ipsum feram: nam sapientis viri est. Brunck.*

630. Dawes. Misc. Crit. p. 249. pro μέγα mavult μέγας, quia in Rhes. 319. μέγας πνέων. *Beck.*

631. Πρὸς σοφοῦ γὰρ ἀνδρὸς, ἀσκεῖν σώφρον' εὐοργησίαν.] Hæc γνώμη notatu digna. Ita fere nostræ literæ, Psalm. iv. v. 4. Ὀργίζεσθε καὶ μὴ ἁμαρτάνετε. Et Prov. c. x. v. 32. Κρείσσων ἀνὴρ μακρόθυμος ἰσχυροῦ· ὁ δὲ κρατῶν ὀργῆς κρείσσων καταλαμβανομένου πόλιν. Plutarchus περὶ παίδων ἀγωγῆς de Archyta Tarentino: ὁ μὲν ἐπανελθὼν ἀπὸ τοῦ πολέμου, γῆν καταλαβὼν κεχερσωμένην, τὸν ἐπίτροπον καλέσας αὐτῆς, ᾤμωξας ἄν; ἔφησεν, εἰ μὴ λίαν ὠργιζόμην. Vid. Pet. Victorii Var. Lect. Lib. XII. c. 22. Sic Ovid. *Fortior est, qui se, quam qui fortissima vincit Mœnia, quique animum scit superare suum. Barnes.*

634. Ἔα, ἔα.] Extra versum ponuntur hæc voculæ. Vid. Hecub. v. 1098. *Beck.*

636. ἥσυχον τρόπον.] Musgravii emendatio est: vulgo legitur ἥσυχον πόδα, quod nimis absonum. *Brunck.*

ἥσυχον πόδα.] Mendosum esse πόδα, indicat primo eadem vox in initio versus occurrens, deinde vero, quod nullum commodum sensum habet ἥσυχον πόδα ὀργῇ ὑποτιθέναι. Legendum, ni fallor, ἥσυχον τρόπον, i. e. ἡσυχίαν. Nec rarum est τρόπος cum adjectivo positum loco substantivi cognati. Dionys. Halicarnass. οὐκ ἐκ τοῦ βιαίου τρόπου πειρασόμεθα καθαιρεῖν, pro ἐκ βίας. p. 156. lin. 10. Ed. Hudson. vid. et p. 189. lin. 38. Achilles Tatius: οὐ γὰρ αὐτάρκης ἡμῖν ὁ δίκαιος; p. 413. Ed. Salmas. Polybius: βασιλείᾳ μὲν ὁ μοναρχικὸς λεγόμενος τρόπος, p. 459. Ed. Par. iterumque: ὁ περὶ τὴν αἰσχροκέρδειαν τρόπος, p. 489. C. *Musg.*

638. Οὐκ εἶπον, ἢ οὐκ ἤκουσας,] Sic uterque cod. bene. ἢ οὐκ in unam syllabam coalescunt. Exempla ubivis obvia. Soph. Œd. T. 221. 555. Æsch. S. Th. 204. Noster Hec. 1081. et alibi passim. In Callimachi hymno in L. P. imperite editum:

φράζεο, μ' οὐκ ἐθέλων τὰν βασίλειαν ἴδῃς.

Pro μὴ οὐκ, quod a nobis recte fuit repositum. *Brunck.*

639. Hunc et quinque proximos versus sic potius personis distinguendos esse censet Heathius:

ΠΕΝ. Τίς; τοὺς λόγους γὰρ εἰσφέρεις καινοὺς ἀεί.
Ὃς τὴν πολύβοτρυν ἄμπελον φύει βροτοῖς;

ΔΙΟ. Ὃς τὴν πολύβοτρυν ἄμπελον φύει βροτοῖς.
ΠΕΝ. Ὠνείδισας δὴ τοῦτο Διονύσῳ καλόν;
Κλείειν κελεύω πάντα πύργον ἐν κύκλῳ.
ΔΙΟ. Τί δ'; οὐχ ὑπερβαίνουσι καὶ τείχη θεοί;
ΠΕΝ. Σοφὸς, σοφός γ' εἶ, πλὴν ἃ δεῖ σ' εἶναι σοφόν.
ΔΙΟ. Ἃ δεῖ μάλιστα, ταῦτ' ἔγωγ' ἔφυν σοφός.
Κείνου δ' ἀκούσας πρῶτα τοὺς λόγους μάθε,
Ὃς ἐξ ὄρους πάρεστιν ἀγγελῶν τί σοι·

Bac. Qui gignit fœcundam vitem hominibus.
Pen. Nempe tribuis hoc *bonum* præclarum Dionyso.
Claudere jubeo omnes turres circumcirca.
Bac. Quid vero? an non transcendunt muros dii?
Pen. Sapiens, sapiens es, præterquam *in iis, in* quibus oportebat te sapere.
Bac. *In* quibus maxime opus est, *in* iis ego sum sapiens.
Istius vero sermones audiens primum disce,
Qui ex monte adest aliquid nunciaturus tibi:

ΔΙΟ. Ὠνείδισας δὴ τοῦτο Διονύσῳ καλόν;
ΠΕΝ. Κλείειν κελεύω πάντα πύργον ἐν κύκλῳ.
ΔΙΟ. Τί δ'; οὐχ ὑπερβαίνουσι καὶ τείχη θεοί;
Σοφὸς, σοφός γ' εἶ, πλὴν ἃ δεῖ σ' εἶναι σοφόν.

Vulgata distributio quomodo defendi possit, mox videbimus. Nunc illud dicere sufficiet, inter v. 639. et 640. iterumque inter v. 643. et 644. non satis commodam aut elegantem esse juncturam, sed quasi hiatum quendam sententiæ intercedere; ut non credibile sit ab eodem enunciatos esse. Quid quod v. 640. interrogative acceptus desiderat in initio μῶν. *Musg.*

640. Inter hunc et sequ. versum videtur unus excidisse, in quo Pentheus aliquid injurium in vinum et Bacchum dixerit, cui persona Dionysi, v. 641. ὠνείδισας respondet. Tum v. 642. erit Penthei minantis, 643. Dionysi, 644. rursus Penthei, 645. et seqq. rursus Dionysi, aut, si nihil dicatur abesse, tribuendi sunt duo versus 639. et 640. Pentheo, 641. Dionyso, reliqui eo ordine, quo descripsi. *Reisk.*

641. Perinde intelligenda est phrasis, ac si scriptum esset: ἀναφέρεις δὴ εἰς Διόνυσον τοῦτο τὸ καλὸν ὄνειδος. Media vox est ὄνειδος, nunc in bonam, nunc in malam partem sumi solita. Vide Eustathium, p. 88. Noster Med. 514.

καλόν γ' ὄνειδος τῷ νεωστὶ νυμφίῳ.

Ubi ironice dictum, ut in illo Virgilii Æn. IV. 93.

Egregiam vero laudem, et spolia ampla refertis.

At Or. 1237. ubi Pylades Agamemnonis manes sic alloquitur:

οὔκουν ὀνείδη τάδε κλύων ῥύσῃ τέκνα;

notat προφορὰν εὐεργεσιῶν ἐπὶ ἐλέγχῳ ἀχαριστίας. In El. 1069. facinora notat, quæ Atridis probro sunt, ut in illo Homeri Odys. ζ'. 285.

ὣς ἐρέουσιν, ἐμοὶ δέ κ' ὀνείδεα ταῦτα γένοιτο.

Sequentes autem versus personis male vulgo distributi sunt. Quid hac de re Heathio, aut Musgravio, videretur, non tam nostra intereret scire, quam quid in veteribus libris esset, quorum auctoritas conjecturis semper potior habenda est. Ego, omissis ambagibus, utroque codice duce, ne latum quidem unguem ab iis discedens, veram et optimam distinctionem revoco, quam, personarum notis ita perspicue, ut nihil possit magis, adscriptis, valde miror iis qui codices contulerunt in oculos non incurrisse. *Brunck.*

ὄνειδος in bonam partem, non minus, quam in malam, dici notarunt Grammatici. Exemplum vide Phœn. 835. ὀνειδίζων igitur, analogiæ legibus, significare

Ἡμεῖς δέ σοι μενοῦμεν, οὐ φευξούμεθα.
ΑΓ. Πενθεῦ, κρατύνων τῆσδε Θηβαίας χθονὸς,
Ἥκω, Κιθαιρῶν' ἐκλιπὼν, ἵν' οὔ ποτε
Λευκῆς χιόνος ἀνεῖσαν εὐαυγεῖς βολαί.
ΠΕΝ. Ἥκεις δ' ὁποίαν προστιθεὶς σπουδὴν λόγου;
ΑΓ. Βάκχας ποτνιάδας εἰσιδὼν, αἳ τῆσδε γῆς
Οἴστροισι λευκὸν κῶλον ἐξηκόντισαν,
Ἥκω, φράσαι σοὶ καὶ πόλει χρήζων, ἄναξ,

Nos vero hic manebimus, nec fugiemus.
Nun. Pentheu, rex hujus Thebanæ terræ,
Venio relinquens Cithæronem, ubi nunquam
Intermittunt candentes radii albæ nivis.
Pen. Quid vero seriæ rei adjiciens venisti?
Nun. Conspicatus Bacchas furentes, quæ ex hac terra
Œstris *percitæ* extulerunt candidum pedem,
Venio cupiens nunciare tibi, et urbi, O rex,

debet *et honesta de aliquo dicere et turpia.* Verum præter duas hasce notiones tertiam habet, Grammaticis indictam, cujus exempla dedimus ad Orest. v. 4. Ea est, *oratione aliquid supra rei veritatem amplificare;* quasi ὀνείδεα proprie essent, quæ veritati essent contraria. Jam his positis, quidni ὠνείδισας interpretemur *falso prædicasti:* totum autem versum sic: *falso honestum hoc de Baccho prædicasti.* Quale autem erat, quod de Baccho prædicaverat? Nimirum, divino ejus numine se vinculis solutum esse. *Musg.*

642. κέλευω] Legendum, ni fallor, κέλευε. Negaverat Pentheus, eum Bacchi numine adjutum e custodia evasisse. Magister sacrorum quid respondet? Jubet utique Pentheum, experiundi gratia, portas omnes occludere: tum enim sciturum, quæ sibi de præsentis Dei auxilio adhibenda esset fides, si ne mœnibus quidem urbis contineretur. *Musg.*

643. Ambo codices habent καὶ τείχη. V. seq. G. σοφός γ' εἶ. In E. fulcrum omissum. *Brunck.*

An distinguendum:

τί δ' οὔχ; ὑπερβαίνουσι γὰρ τείχη θεοί;

Pro γὰρ MS. E. καὶ, quod et Heathio placuit. Parum sane interest. Quanquam nescio, annon præstet post τί δ' distinguere, ut sarcastice dicat Pentheus: οὐχ ὑπερβαίνουσι γὰρ τείχη θεοί. *Quid enim juverit portas claudere? Nonne Dii etiam mœnia transcendunt? Musg.*

644. Pro Σοφὸς, σοφὸς εἶ — Barnesius σοφός γ' εἶ, probante Musgravio, et adstipulante MS. sed legendum omnino videtur Σοφὸς, σοφὸς σὺ, (ut X. Π. 1525. sed vide infra 959.) Androm. 245. Σοφὴ, σοφὴ σύ. Confer Bacch. 959. quod laudat Athenæus I. p. 4. B. *Por.*

σοφός γ' εἶ,] Ita MS. G. ut recte Barnesius. In Ed. Ald. deest γ'. *Musg.*

648. Notandus hic versus, e quo manifesto apparet, personatum Bacchum in scena manere, et expectare donec Nuntius narratione rerum foris gestarum perfunctus sit; quod iterum demonstrat, v. 665. ubi τόνδε, δεικτικῶς et de præsente dictum. *Brunck.*

649. Πενθεῦ, κρατύνων τῆσδε] Κρατύνω plerumque pro κρατερὸν ποιῶ, et tum semper accusativo gaudet: at nunc simpliciter pro κράτος ἔχω, sive κρατῶ, et genitivo eget. Eodem modo Sophocles in Œdipo Tyran. v. 14. — dixit: — Ἀλλ' ὦ κρατύνων Οἰδίπους χώρας ἐμῆς. Vide H. Stephan. Græc. Ling. Thesaur. propriæ Edit. p. 143. et Scapul. *Barnes.*

In his disponendis Brunckium secutus est Prev. *Beck.*

651. εὐαυγεῖς] Sic recte Musgravius

Ὡς δεινὰ δρῶσι, θαυμάτων τε κρείσσονα.
Θέλω δ' ἀκοῦσαι, πότερά σοι παῤῥησίᾳ
Φράσω τὰ κεῖθεν, ἢ λόγον στειλώμεθα·
Τὸ γὰρ τάχος σου τῶν φρενῶν δέδοικ', ἄναξ,
Καὶ τοὐξύθυμον, καὶ τὸ βασιλικὸν λίαν.
ΠΕΝ. Λέγ', ὡς ἀθῷος ἐξ ἐμοῦ πάντως ἔσῃ.
Τοῖς γὰρ δικαίοις οὐχὶ θυμοῦσθαι χρεών.
Ὅσῳ δ' ἂν εἴπῃς δεινότερα Βακχῶν πέρι,
Τοσῷδε μᾶλλον τὸν ὑποθέντα τὰς τέχνας
Γυναιξὶ τόνδε τῇ δίκῃ προσθήσομεν.
ΑΓ. Ἀγελαῖα μὲν βοσκήματ' ἄρτι πρὸς λέπας

Quam dira faciant, et miraculum superantia.
Sed cupio audire utrum tibi libere
Dicam res illic gestas, an sermonem contrahere debeamus.
Metuo enim celeritatem animi tui, O rex,
Et iracundiam, et mores nimium tyrannicos.
Pen. Dicito, quia quod ad me attinet, prorsus eris sine pœna,
Justis enim non est irascendum.
Quo autem dixeris atrociora de Bacchis,
Tanto magis hunc qui ministravit artes
Mulieribus, objiciemus pœnæ.
Nun. Gregarias agens pecudes, jam ad montis verticem

post Hemsterhusium, in notis ad Æsch. Pers. 464. laudatum. *Brunck.*

εὐαγεῖς] Legendum εὐαυγεῖς. Vide summi viri Hemsterhusii Notam ad Supplic. v. 662. *Musg.*

653. ποτνιάδας, *furiosas.* Translatio sumta est a rabiosis Glauci equabus, de quibus Scholiastæ ad Nostri Orest. v. 312. et Phœn. v. 1140. *Musg.*

654. λευκὸν κῶλον] Non de nihilo est λευκὸν. Præcipue enim Bacchis tribuitur. vid. infra v. 851. Sic Cyclop. v. 72. Βάκχαις σὺν λευκόποσιν. Ratio epitheti videtur esse, quod Bacchæ nudis pedibus plerumque, vel semper, incederent. Nonnus p. 265. Ed. Falkenburg.:

ἄλλη ταρσὰ φέρουσα κατ' οὔρεα γυμνὰ πεδίλων.

Idem p. 266.

παρθένον ἀκρήδεμνον, ἀσάμβαλον. —

et mox:

οὐ πόδα κούρη
ὀξυπαγὴς ἀπέδιλον ὄνυξ.

Sic et p. 346.

ἀλλὰ σὺ νύμφην
μηκέτι μαστεύσειας ἀσάμβαλον, ἠθάδα Βάκχου,
Βάκχην λυσιέθειραν ὀρειάδα —

Denique p. 782.

βασσαρίδων ἀπέδιλος ἔην χεμαδόσσοος ἀγρη.

Musg.

658. φράσω τὰ κεῖθεν,] Perperam vulgo τἀκεῖθεν, quæ scribendi ratio senarium vitiat. *Brunck.*

663. Ὅσῳ δ' ἂν εἴπῃς] Sic G. Vulgo εἴποις. *Brunck.*

664. τὰς τέχνας] Ita MS. E. ut recte Barnesius. In Ed. Ald. deest τὰς. *Musg.*

665. προσθήσομεν] Ita MSS. E. G. vide

Μόσχων ὑπεξήκριζον, ἡνίχ' ἥλιος
Ἀκτῖνας ἐξίησι, θερμαίνων χθόνα.
Ὁρῶ δὲ θιάσους τρεῖς γυναικείων χορῶν,
Ὧν ἦρχ', ἑνὸς μὲν, Αὐτονόη· τοῦ δευτέρου,
Μήτηρ Ἀγαυὴ σή· τρίτου δ' Ἰνὼ χοροῦ.
Εὗδον δὲ πᾶσαι σώμασιν παρειμέναι·
Αἱ μὲν, πρὸς ἐλάτης νῶτ' ἐρείσασαι φόβην,
Αἱ δ', ἐν δρυὸς φύλλοισι πρὸς πέδῳ κάρα
Εἰκῆ βαλοῦσαι σωφρόνως, οὐχ, ὡς σὺ φῄς,
Οἰνωμένας κρατῆρι καὶ λωτοῦ ψόφῳ
Θηρᾶν καθ' ὕλην Κύπριν ἠρημωμένας.

Boum ascendebam, quo tempore sol
Radios emittebat calefaciens terram:
Video autem tres cœtus muliebrium chororum
Quibus præerat, uni quidem Autonoë, alteri
Agave mater tua; tertio vero choro Ino.
Dormiebant vero omnes corporibus solutæ,
Aliæ quidem inclinantes tergum ad frondes abietis,
Aliæ vero in foliis quercus ad solum caput
Casu ponentes modeste: non, ut tu ais,
Ebrias poculo, et strepitu tibiæ,
Venari Venerem in sylvis solitarias.

ad Hecub. v. 362. Ed. Ald. προθήσομεν. *Musg.*

666. Nuntius, quem inducit in scenam poëta, bubulcus erat, in montanis pascuis vitam degens. Narrationem suam orditur ab expositione causæ, ob quam in verticem, ubi Orgia Thebanæ mulieres agitabant, adscenderit. *Jam ad cacumen montis gregem boum sursum ducebam.* Quid in hoc exordio reprehendendum sit et emendationis indigeat, nullus video. Est autem ὑπεξήκριζον prima pers. singul. et transitive significat. Eustathius, p. 1366. l. 48. ἀκρίζειν, τὸ τὰ ἄκρα ἐπιπορεύεσθαι· ὃ καὶ ἐξακρίζειν Εὐριπίδης φησίν. (Or. 269.) ἕτερος δέ τις ἐπήκρισε φησὶν, ἀντὶ τοῦ ΕΠ' ΑΚΡΟΝ ΗΓΑΓΕ, καὶ τέλος ἐπέθηκε. *Brunck.*

Ἀγελαῖα μὲν βοσκήματα] Hæc si vere scripta sunt, boum in collem adscensio præter necessitatem, et descriptionis ornandæ causa, commemoratur; quod in aliis forte poëseos generibus non displicuerit, in poëta dramatico parum venustum est. Legendum forte:

Ἀγελαῖ' ἄγων βοσκήματ' ἄρτι πρὸς λέπας
Μόσχων ὑπεξήκριζον —

Verbum ἐξακρίζω rarissimum est, exstat tamen Orest. 269. ὑπεξήκριζον habet Hesychius, quod hinc desumtum crederes, nisi interpretatio parum commoda prohiberet. Mihi hic videtur prima persona singularis esse, non, ut vulgo accipiunt, tertia pluralis. *Ad montis verticem adscenderam. Video autem.* Exponit utique, qua ratione ipsi choros hosce Bacchicos videre contigerit. *Musg.*

668. Vid. Etymol. M. p. 52, 46. *Por.*

669. Citat Athen. VIII. 362. F. *Burn.*

670. τοῦ δευτέρου,] Ed. Ald. τοῦ δὲ δευτέρου, unde Barnesius δὲ metri causa resecuit. Nec melius quidquam invenire potui. *Musg.*

674. πρὸς πέδῳ] Sic ambo codices. Aldus πρὸς πέδον. *Brunck.*

Ἡ σὴ δὲ μήτηρ ὠλόλυξεν ἐν μέσαις
Σταθεῖσα Βάκχαις, ἐξ ὕπνου κινεῖν δέμας,
Μυκήμαθ' ὡς ἤκουσε κεροφόρων βοῶν.
Αἳ δ', ἀποβαλοῦσαι θαλερὸν ὀμμάτων ὕπνον,
Ἀνῇξαν ὀρθαὶ, θαῦμ' ἰδεῖν εὐκοσμίας,
Νέαι, παλαιαὶ, παρθένοι τ' ἔτ' ἄζυγες.
Καὶ πρῶτα μὲν καθεῖσαν εἰς ὤμους κόμας,
Νεβρίδας τ' ἀνεστείλανθ', ὅσαισιν ἁμμάτων

Tua vero mater inter medias ululavit
Stans Bacchas, ex somno ut exercitarent corpus,
Postquam audivit mugitum cornigerorum boum.
Hæ vero abstergentes humidum ab oculis somnum,
Surrexerunt erectæ, visu miraculum modestiæ,
Juvenes, anus, et virgines, adhuc innuptæ.
Et primum quidem demiserunt comas in humeros,
Et cervinas pelles iterum aptarunt, quibus nodorum

675. *Οὐχ ὡς σὺ φῂς Οἰνωμένας κρατῆρι καὶ λωτοῦ ψόφῳ Θηρᾶν καθ' ὕλην Κύπριν ἠῤῥενωμένας*] Hi versus referuntur ad illud Penthei dictum supra v. 218. *Πλήρεις δὲ θιάσοις ἐν μέσοισιν ἑστάναι Κρατῆρας· ἄλλην δ' ἄλλοσ' εἰς ἐρημίαν Πτώσσουσαν εὐναῖς ἀρσένων ὑπηρετεῖν.* Notavit Henricus Stephanus. *Barnes.*

677. *ἠρημωμένας.*] Ita MSS. E. G. Confirmat v. 218. *ἄλλην ἄλλοσ' εἰς ἐρημίαν Πτώσσουσαν.* Ed. Ald. *ἠῤῥενωμένας.* *Musg.*

681. Forte, *θολερὸν*, quia somnus confundit, et turbat cogitationes, et surgentes turbidum tuentur. *Reisk.*

683. *Νέαι, παλαιαὶ, παρθένοι τ' ἔτ' ἄζυγες.*] Sic X. Π. 1829. (Aldus *παρθένοι τε κἄζυγες.*) *Por.*

παρθένοι τ' ἔτ' ἄζυγες.] Ita Greg. Nazianzen. in Christo Patiente. Ed. Ald. *παρθένοι τε, κἄζυγες*, quod haud dubie mendosum. *Musg.*

686. *ἐλέλυτο.*] MS. E. *ἐλύετο.* *Musg.*

687. *λιχμῶσιν*] Heathii emendatio est, Musgravio probata. Vulgo *λιχμῶσαν.* *Brunck.*

λιχμῶσαν γένυν.] Optime Heathius *λιχμῶσιν γένυν*, *genam lambentibus.* Nonnus p. 754.

στέμματι δ' ὁλκαίῳ κεφαλὴν μιτρώσατο Κάδμου
πρηῢς ὄφις, καὶ γλῶσσα πέριξ λίχμαζεν ὑπήνην.
Musg.

Ὄφεσι κατεζώσαντο] Bacchæ serpentibus illæsæ et manibus gerebant eos et capiti induebant, hinc *ὀφοπλόκαμοι* dicebantur. Sic supra v. 101. *Στεφάνωσέν τε δρακόντων στεφάνοις, ἔνθεν ἄγραν θηροτρόφοι Μαινάδες ἀμφιβάλλονται πλοκάμοις.* Sic infra v. *σταγόνα δ' ἐκ παρηΐδων Γλώσσῃ δράκοντος ἐξεφαίδρυνον χρόος.* Hinc Horat. Lib. II. Od. 19. de Baccho: *Nodo coërces Viperino Bistonidum sine fraude crines.* Sine fraude, i. e. sine noxa, aut damno. *Barnes.*

λιχμῶσιν γένυν emendat Mitscherlich. Lect. in Catull. et Prop. p. 112., quod ad *ὄφεσιν* referatur. Laudat hanc in rem præter alios locos hunc Arnobii: " Bacchanalia etiam prætermittamus immania — in furore mentito et sequestrata pectoris sanitate *circumplicetis vos anguibus*, etc.

Reisk. *λιχμώσαις*, *lambentibus.* *Beck.*

690. *μαστὸς*] Vide ad Hec. 141. Versu abhinc secundo veterem etiam scripturam revocavi, *σμίλακος.* Vulgatæ formæ librariorum libidini debentur. *Brunck.*

692. *μίλακος*] Usitatior scriptura est *σμίλακος.* Sed *σ* omittit præter Euripidem Nonnus, p. 529. et 530. et 722. Oppianus Cyneg. IV. v. 229.

Ξύνδεσμ' ἐλέλυτο, καὶ καταστίκτους δορὰς
Ὄφεσι κατεζώσαντο λιχμῶσιν γένυν.
Αἱ δ' ἀγκάλαισι δορκάδ', ἢ σκύμνους λύκων
Ἀγρίους, ἔχουσαι, λευκὸν ἐδίδοσαν γάλα,
Ὅσαις νεοτόκοις μαστὸς ἦν σπαργῶν ἔτι,
Βρέφη λιπούσαις· ἐπὶ δ' ἔθεντο κισσίνους
Στεφάνους, δρυός τε, σμίλακός τ' ἀνθεσφόρου.
Θύρσον δέ τις λαβοῦσ', ἔπαισεν ἐς πέτραν,

Vinculum solutum erat, et maculosas pelles
Serpentibus cinxerunt, lambentibus genas.
Aliæ vero in ulnis capream, aut catulos luporum
Feros gestantes, dabant candidum lac;
Quibuscunque propter recens puerperium mamma adhuc erat turgida,
Infantibus *domi* relictis, et imposuerunt *sibi* hederaceas
Coronas, et quernas, et ex smilace florida.
Quædam vero thyrso correpto, percussit petram,

καὶ δή οἱ χλοερὴ μὲν ἐπήνθεε σέλμασι μίλαξ.
Musg.

μίλακός τ' ἀνθεσφόρου.] De Smilace vid. supra v. 108. Σμίλακι καλλικάρπῳ. Item Plin. Lib. XVI. c. 34. Utroque autem modo scribitur, σμίλαξ et μίλαξ, ut σμάραγδος et μάραγδος. *Barnes.*

μαστὸς hic, pro μαζὸς, reponi debuisse, auctoritate grammaticorum et exemplorum docet Brunck. ad Hec. 140.
Beck.

693. Non alienum videtur hic, ubi thyrsus et ferula simul commemorantur, brevem utriusque descriptionem dare. Thyrsus igitur, qui hastæ vicem gerebat, pro hastili ramulum vitis habuisse videtur. Nonn. p. 468.

ἡμερίδων ὅρπηκι διασχίζων δέμας Ἰνδῶν.

Idem colligo ex δούρατος ἀμπελόεντος, p. 265.

καὶ πέλεν ἔγχεα θύρσα· καλυπτομένη δὲ πετήλοις
δούρατος ἀμπελοεντος ἔην χαλκήλατος αἰχμή.

Ramulus hic foliis hederaceis obvolutus erat. Idem p. 260.

χειρὶ δὲ κέντορα θύρσον ἐελμένον οἴνοπι κισσῷ
δεξιτερῇ κούφισσεν.

Hæc ad hastilis involutionem pertinere extra controversiam est. Pergit enim in sequentibus docere, Cuspidem similiter obtectam fuisse:

— ἐπ' ἀκροτάτῳ δὲ κορύμβῳ
χαλκοβαρὴς πετάλοισι κατάσκιος ἦεν ἀκωκή.

Intra folia latuisse spiculum tradit et Catullus. De Nuptiis Pelei, v. 256.

Horum pars tecta quatiebant cuspide thyrsos.

Ovidius quoque Metam. XI. v. 9.

— et hastam
Vatis Apollinei vocalia misit in ora,
Quæ foliis præsuta notam sine vulnere fecit.

Hastulis hisce obtegendis folia pampinea, quæ decidua sunt, et decerpta brevi arescunt, minus apta fuisse videntur. Quamobrem cum Virgilius Æneid. VII. v. 396. et Claudianus de quarto Consulatu Honorii, v. 603. pampineas eas vocant, de hastili id intelligo, non de frondibus, quibus amictum est.

Ab his specie magis, quam re, dissentit Lucianus, qui in προσλαλίᾳ tradit, exploratores Indorum Bacchas depinxisse tanquam δόρατά τινα μικρὰ ἐχούσας, ἈΣΙΔΗΡΑ. Cum enim ferrum non viderent, foliis obvolutum, regi suo rem, non qualis erat, sed qualem ipsi opinione fingebant, retulerunt.

νάρθηξ, *ferula*, plantæ genus est, ex earum numero, quæ a Botanicis Umbellife-

Ὅθεν δροσώδης ὕδατος ἐκπηδᾷ νοτίς·
Ἄλλη δὲ νάρθηκ' ἐς πέδον καθῆκε γῆς,
Καὶ τῇδε κρήνην ἐξανῆκ' οἴνου θεός·
Ὅσαις δὲ λευκοῦ πώματος πόθος παρῆν,
Ἄκροισι δακτύλοισι διαμῶσαι χθόνα,
Γάλακτος ἐσμοὺς εἶχον· ἐκ δὲ κισσίνων

Unde roscidus aquæ prosiluit humor.
Alia vero ferulam in terræ solum demisit,
Et hac parte emisit deus fontem vini.
Quibus vero desiderium candidi potus aderat,
Summis digitis dividentes terram,
Habebant copiam lactis: ex hederaceis vero

ræ vocantur. De forma ejus videndi Theophrastus et Plinius; de viribus Dioscorides. In Bacchicis scipionis usum præstabat: Nonn. p. 205.

γηροκόμῳ νάρθηκι δέμας στηρίζετο βάκτρῳ.

Ovidius Metam. IV. v. 26.

Quique senex ferula titubantes ebrius artus
Sustinet.

Placuerunt autem scipiones ferulacei Baccho, quia, si ex asseclis ejus alius alium percussisset, levitas eorum impediebat, ne quid gravioris mali ab ictu oriretur. Plutarchus Sympos. Lib. VII. c. 10. ὁ θεὸς τὸν νάρθηκα τοῖς μεθύουσιν ἐνεχείρισε κουφότατον βέλος, καὶ μαλακώτατον ἀμυντήριον, ὅπως, ἐπεὶ τάχιστα παίουσιν, ἥκιστα βλάπτωσιν. vid. et Diodor. Sic. Vol. I. p. 250. Ed. Wessel. Eandem ob causam et a Cyro in ludicra militum pugna adhibitæ sunt. Cyropæd. Lib. II. et in Scholis ad castigandos pueros. Juvenal. Sat. I. v. 15. Quin et tædis sustinendis inseruiisse videntur, de quo vide supra ad v. 147.
Musg.

Θύρσον δέ τις λαβοῦσ', ἔπαισεν εἰς πέτραν, Ὅθεν δροσώδης ὕδατος ἐκπηδᾷ νοτὶς] Quod Moses et Bacchus παράλληλοι fuerint, vid. quæ nos supra ad v. 2. Præcipue vero hæc Petræ percussio, quam exsiliens aqua sequebatur, ex Mose adumbratur, qui Dei jussu Petram in Horebo virga percussit, unde rivus aquæ prosiluit. Exod. c. xvii. v. 6. et Psalm. lxxviii. v. 15, 16. et 20.
Barnes.

697. Ὅσαις δὲ λευκοῦ πόματος πόθος παρῆν
ἄκροισι δακτύλοισι διαμῶσαι χθόνα
γάλακτος ἘΣΜΟΥΣ εἶχον, ἐκ δὲ κισσίνων
θύρσων γλυκεῖαι μέλιτος ἔσταζον ῥοαί.

His fere similia sunt, quæ de aurea ætate Ovidius canit. Metam. I. 111.

Flumina jam lactis, jam flumina nectaris ibant
Havaque de viridi stillabant ilice mella.

In Eurip. autem loco Brunckius non sine causa de veritate lectionis ἐσμοὺς dubitabat. Ubi enim hæc vox occurrit sensu figurato, multitudinem indicare solet, ex pluribus iisque distinctis partibus compositam; et tantum non ubique cum V. ὄχλος permutari potest. Vide exempla a Valckenærio congesta in Epistola ad Roever. p. XLVII. Placet igitur, quod conjecit vir acutissimus

γάλακτος εἶχον νάματ'

Ita tamen ut propius ad literarum ductus et verborum ordine paulo diverso legatur:

ΝΑΣΜΟΥΣ γάλακτος εἶχον.

Vocem νασμὸς ab Euripidis consuetudine non abhorrere docet Hecuba, v. 151.

φοινισσομέναν αἵματι παρθένον
ἐκ χρυσοφόρου
δειρῆς ΝΑΣΜΩι μελαναυγεῖ.

Hippol. 649.

ἃ 'γὼ ῥυτοῖς νασμοῖσιν ἐξομόρξομαι.

Eadem ratione sanandum forsitan Epinici fragmentum ap. Athen. L. IX. p. 432. C.

Θύρσων γλυκεῖαι μέλιτος ἔσταζον ῥοαί.
Ὥστ', εἰ παρῆσθα, τὸν θεὸν, τὸν νῦν ψέγεις,
Εὐχαῖσιν ἂν μετῆλθες, εἰσιδὼν τάδε.
Ξυνήλθομεν δὲ βουκόλοι καὶ ποιμένες,
Καινῶν λόγων δώσοντες ἀλλήλοις ἔριν,
Ὡς δεινὰ δρῶσι, θαυμάτων τ' ἐπάξια·

Thyrsis stillabant flavi mellis humores:
Ita, ut si affuisses, deum, quem nunc vituperas,
Votis apprecatus esses, aspiciens hæc.
Convenimus vero bubulci, et pastores ovium,
De rebus novis disceptaturi inter se,
Quod horrenda facerent, et miraculis digna.

Γέροντα Θάσιον νῦν δὲ γῆς ἀπ' Ἀτθίδος
ἙΣΜΟΝ μελίσσης τὴν ἀκρολόχου γλυκὺ
συγκυρκανήσας ἐν σκυφῷ χυτῆς λίθου
Δήμητρος ἀκτῇ πᾶν γεφύρωσας ὑγρὸν
κατησίμωσα πῶμα καύματος λύσιν.

ubi se non concoquere ἑσμὸν μελίσσης, cum de melle non de examine apium agatur, ait Casaubonus, nihil tamen ipse tentat. Mihi satis verisimile est medicinam Euripidi modo allatam et huic loco convenire:

ΝΑΣΜΟΝ μελίσσης τῆς ἀκρολόχου γλυκύν.

vox ἀκρολόχου tamen adhuc in mendo cubat. In quarto versu præclare emendavit summus Casaubonus

Δημητρὸς ἀκτῇ πᾶν γε φυράσας ὑγρόν.

Ceterum νᾶμα sive νασμὸς μελίσσων proprium est. Meleager Epigr. XXX. Vol. I. p. 11.

Ἡδὺ μὲν ἀκρήτῳ κεράσαι γλυκύ ΝΑΜΑ μελισσῶν.

Antiphilus Epigr. XXIX. Vol. II. p. 177.

τόθι γλυκὺ ΝΑΜΑ μέλισσα
πηγάζει σκηνεῦς δαψιλὲς ἐξ ὀλίγου.

698. διαμῶσαι χθόνα,] Sic bene G. superscripta alia lectione λικμῶσαι, quam E. unicam præfert, ortam e confusione literarum Λ et Δ. quæ corruptelæ etiam causa fuit in v. 982. *Brunck.*

διαμῶσαι. *diducentes.* Sic καταμήσατο, *corrasit*, Il. XXIV. v. 165. ubi vulgo κατεμήσατο. MS. tamen E. λικμῶσαι, quod et alter MS. superscriptum habet: omnino male. *Musg.*

Hes. διαμῶσαι· ζητοῦσαι. quod huic loco non quadrat. *Beck.*

699. ἑσμοὺς, aspirate, ut efferri debere hanc vocem monstrat Eustathius, p. 178. Adhibita illa pervulgato usu ἐπὶ πλήθους καὶ ὄχλου, an alibi occurrat quantitatem notans, non dixerim. Si cui hoc sensu minus adrideat, non inepte reponere possit, γάλακτος εἶχον νάματ'. Nil tamen muto. τῶν ἅπαξ λεγομένων multa sæpius usurpata fuisse videremus, si plura superessent veterum monumenta. *Brunck.*

Γάλακτος ἑσμοὺς εἶχον·] Brunckius proponit Γάλακτος εἶχον νάματ'. ἑσμοὺς satis tuetur Philostratus Vit. Sophist. I. 19. p. 511. ἑσμὸν μελίσσης pro *melle* dixit Epinicus Athenæi X. p. 432. C. Si probabilem conjecturam adferre voluisset Brunckius, νασμοὺς γάλακτος proposuisset. Sed nihil opus esse ex locis citatis clare patet. σωρὸς καὶ ἑσμὸς σοφίας, Themist. XXIX. p. 345. D. *Por.*

Γάλακτος ἑσμοὺς] Vere Barnesius: "ἑσμὸς proprie *examen*, ut Apum; figurate de quavis multitudine, ut de equorum, hominum; item rerum, ut ἑσμὸς μαρτυρίων et ἀγαθῶν. Hic vero pro copia, quod rarius dicitur, ἑσμὸς γάλακτος. De numero enim sæpe, de quantitate minus frequenter occurrit." *Musg.*

701. τὸν θεὸν, τὸν νῦν ψέγεις,] MS. E. τὸν θεὸν τοῦτον ψέγεις. Piersonus, ne τὸν

Καί τις πλάνης κατ' ἄστυ, καὶ τρίβων λόγων,
Ἔλεξεν εἰς ἅπαντας· Ὦ σεμνὰς πλάκας
Ναίοντες ὀρέων, θέλετε θηρασώμεθα
Πενθέως Ἀγαυὴν μητέρ' ἐκ βακχευμάτων,
Χάριν τ' ἄνακτι θῶμεν; εὖ δ' ἡμῖν λέγειν
Ἔδοξε, θάμνων δ' ἐλλοχίζομεν φόβαις
Κρύψαντες αὑτούς· αἱ δὲ, τὴν τεταγμένην
Ὥραν, ἐκίνουν θύρσον εἰς βακχεύματα,
Ἴακχον ἀθρόῳ στόματι, τὸν Διὸς γόνον,
Βρόμιον καλοῦσαι· πᾶν δὲ συνεβάκχευσ' ὄρος,
Καὶ θῆρες· οὐδὲν δ' ἦν ἀκίνητον δρόμῳ.
'κύρει δ' Ἀγαυὴ πλησίον θρώσκουσά μου·

Et quidam impostor per urbem, et peritus artifex dicendi,
Dixit ad omnes: O qui sacra juga
Montium habitatis, vultis captam reducamus
Agaven matrem Penthei ex bacchationibus,
Remque gratam regi faciamus? bene autem nobis dicere
Visus est: arbustorum igitur in frondibus insidias collocavimus,
Occultatis nobis ipsis. Illæ vero constituta
Hora commovebant thyrsum ad Bacchanalia,
Iacchum pleno ore, Jovis filium
Bromium invocantes: totúsque mons simul bacchabatur,
Et *omnes* feræ: nihil autem erat immotum cursu.
Agave vero saltabat prope me,

pro ὂν ponatur, emendat τόνδε θεὸν, ὃν νῦν ψέγεις. Verisim. p. 74. *Musg.*

704. καινῶν] Sic G. quod merito recepit Musgravius. *Brunck.*

καινῶν λόγων] Ita MS. G. quod melius, quam vulgata κοινῶν. Sensus est: *inter nos contentionem de novis hisce miraculis habituri. Musg.*

706. Καί τις πλάνης] Ὁ πλάνης, τοῦ πλάνητος, idem, quod ὁ πλάνος. Vid. quæ Nos ad Alcest. v. 498. τρίβων λόγων] De voce τρίβων vid. quæ Nos ad Rhes. v. 621. *Barnes.*

711. Ἐλλοχίζομεν] Ab ἐν et λοχίζω, εὐφωνίας causa, ut ἐλλείπω. Vid. quæ Nos ad Iphig. Aul. v. 407. ad Iphig. Taur. v. 686. *Barnes.*

712. τὴν τεταγμένην ὥραν,] Male Piersonus, Verisim. p. 127. τῇ τεταγμένῃ ὥρᾳ γ'; vide, quæ congessimus ad Hippol. v. 1116. *Musg.*

Leg. ὥραν ἀνεκίνουν. In τὴν τεταγμένην subintelligitur κατά. *Reisk.*

713. ἐκίνουν θύρσον] *Commovebant thyrsum.* Virg. Æneid. IV. v. 301. *commotis excita sacris Thyas.* Plautus Pseudolo, Act. I. Scen. I. v. 107. *mea si commovi sacra.* Senec. Herc. Œt. 243. *jussa thyrsum quatere. Musg.*

715. πᾶν δὲ συνεβάκχευσ' ὄρος,] Santra Nunciis Bacchis apud Nonium v. *Bacchari*, p. 78, 28. Melius convenirent tempora, si legeremus συνεβάκχευ'. Imperfectum enim dant Longini XV. Edd. Rob. Manut. MS. Par. Apud quem συν- pro ξυν- recte habent ed. Rob. et MS. Par. Aristoph. Thesm. 608. Καὶ σὺ συνέξευρ' αὐτὸν—Lege ξυνέξευρ'. Eurip. Phœniss. 85. δὸς δὲ ξύμβασιν (l. σύμβασιν) τέκνοις. Vid. Aristoph. Vesp. 50. Lysistr. 1038. *Por.*

Κἀγὼ 'ξεπήδησ', ὡς ξυναρπάσαι θέλων,
Λόχμην κενώσας, ἔνθ' ἐκρυπτόμην δέμας.
Ἡ δ' ἀνεβόησεν· Ὦ δρομάδες ἐμαὶ κύνες,
Θηρώμεθ' ἀνδρῶν τῶνδ' ὕπ'· ἀλλ' ἕπεσθέ μοι,
Ἕπεσθε, θύρσοις διὰ χερῶν ὡπλισμέναι.
Ἡμεῖς μὲν οὖν φεύγοντες, ἐξηλύξαμεν
Βακχῶν σπαραγμόν· αἱ δὲ νεμομέναις χλόην
Μόσχοις ἐπῆλθον χειρὸς ἀσιδήρου μέτα.
Καὶ τὴν μὲν ἂν προσεῖδες εὔθηλον πόριν
Μυκωμένην ἔχουσαν ἐν χεροῖν δίχα·
Ἄλλαι δὲ δαμάλας διεφόρουν σπαράγμασιν.
Εἶδες δ' ἂν ἢ πλευρ', ἢ δίχηλον ἔμβασιν,

Ego vero prosilui, *eam* corripere volens,
Fruticetum relinquens, ubi occultabamus corpus.
Illa vero exclamavit, O celeres meæ canes,
Captamur ab istis viris: quare sequimini me,
Sequimini, thyrsis manibus armatæ.
Nos itaque fugientes, evitavimus
Lacerationem Baccharum. Ipsæ vero, pascentes herbam
Vitulos invaserunt cum manu non-armata-ferro.
Et aliam quidem *Baccham* vidisses pinguem juvencam
Mugientem tenere manibus bifariam.
Aliæ vero vaccas distrahebant lacerationibus.
Vidisses autem aut latus, aut pedem bifidum

718. Non ferendus est anapæstus in secundo loco. Mallet itaque Morellus ἀνεπήδησα, i. e. κἀγὼ 'νεπήδησ', ὡς ξ. θ. Egregie. *Maltby*.

Κἀγὼ 'ξεπήδησ'.] Ita MSS. E. G. Ed. Ald. κἀγὼ ξυνεπήδησ'. *Musg*.

Ita, ut M. recepit, emendaverat jam Markl. ad Iphig. in Taur. 956.—Heath. conjecerat: κἀγὼ 'πιπήδησ'. *Beck*.

719. ἐκρύπτομεν] Margo Barnesianæ non male ἐκρυπτόμην. *Musg*.

726. εὔθηλον πόριν] Πόρις pro πόρτις, ut alias semel atque iterum; sic Hom. Odyss. κ'. v. 410. Ὡς δ' ὅταν ἄγραυλοι πόριες περὶ βοῦς ἀγελαίας. *Barnes*.

727. ἐν χεροῖν δίχα.] Vulgo δίκα, quod tuetur Musgravius, sed frustra. Scripsisset saltem poëta δίκῃ. Dudum a me repositum δίχα, vidi postmodum Reiskio etiam placuisse. Sic infra 1199.

χωρίς τε θηρὸς ἄρθρα διεφορήσαμεν.

Brunck.

ἐν χεροῖν δίκᾳ.] Δίχα laudat Muretus ad Catull. p. 105. *Por*.

ἔχουσαν] Magis placeret ἄγουσαν.

ἐν χεροῖν δίκᾳ.] Simile est ἐν χειρῶν νόμῳ, Æschin. in Timarchum, p. 12. Ed. Taylor. ubi vide notam Clarissimi Editoris. Χειροδίκαι Hesiodeum est Op. et D. v. 189. *Musg*.

ἐν χεροῖν δίκᾳ.] Ita legendo explicabitur βιαίως, unde χειροδίκης, *violentus*, qui jus in manibus gerit, hoc est *vi* pro *jure* utitur, et βία, χειρῶν νόμος dicitur, de qua re vid. Johann. Brodæum. Scaliger et Duportus δίχα legunt, hoc est, *bifariam* utpote διεσπάρακτον. *Barnes*.

Reisk. reponit δίχα, *habere in manibus vaccam mediam*, aut *disruptam*. Præterea pro ἔχουσαν conjicit ἕλκουσαν. *Beck*.

Ῥιπτόμεν' ἄνω τε καὶ κάτω· κρεμαστὰ δὲ
Ἔσταζ' ὑπ' ἐλάταις ἀναπεφυρμέν' αἵματι.
Ταῦροι δ' ὑβρισταὶ, κεἰς κέρας θυμούμενοι
Τοπρόσθεν, ἐσφάλλοντο πρὸς γαῖαν δέμας,
Μυριάσι χειρῶν ἀγόμενοι νεανίδων.
Θᾶσσον δὲ διεφοροῦντο σαρκὸς ἐνδυτὰ,
Ἢ σὺ ξυνάψαις βλέφαρα, βασιλείαις κόραις.
Χωροῦσι δ', ὥστ' ὄρνιθες ἀρθεῖσαι δρόμῳ,
Πεδίων ὑποτάσεις, αἳ παρ' Ἀσωποῦ ῥοαῖς

Iaci sursum et deorsum: pendentia vero *frusta*
Stillabant sub abietibus sanguine inquinata.
Tauri vero feroces, et in cornu irascentes
Ante, sternebantur jam corporibus ad terram,
Impulsi innumeris manibus puellarum.
Citius vero distrahebantur carnis tegumenta,
Quam tu committeres palpebras a regiis puellis.
Feruntur autem ut aves in aërem sublatæ cursu
Camporum in planiciem, quæ ad Asopi fluenta

729. Codex uterque cum Aldo πλευρὰν, contra metrum, nisi forte scripserit poëta:

εἶδες δὲ πλευρὰν, ἢ δίχηλον ἂν βάσιν.

Sed præstat altera, quam secutus sum, emendatio. *Brunck.*

πλευρ',] Ita bene Barnesius. Ed. Ald. πλευρὰν. *Musg.*

πλεῦρ'] Ita scribo, ut versui prospiciatur; quia, πλευρὰν quando aderat, is stare non potuit; ponitur autem pro πλευρὰ, a πλευρὸν τὸ, quod verbum et Homero et Euripidi usitatum. Δίχηλον] A δὶς et χηλὴ, *ungula*, accentu in ante, penultima. *Barnes.*

730. ἄνω τε καὶ κάτω·] In Ed. Ald. deest τε. Sed recte addidit Barnesius ex v. 742. *Musg.*

Ῥιπτόμεν' ἄνω τε καὶ κάτω·] Ante hæc τε omittebatur non sine versus damno; fidentes addidimus, non modo Scaligeri, Æmilii Porti et Duporti auctoritate; sed quod eadem verba cum hac ipsa particula occurrant paulo post, videl. v. 742. ut eadem phrasis supra v. 692. et 345. *Barnes.*

731. Valck. ad Schol. Eurip. Phœn. p. 592. censet, hic olim lectum fuisse Αὐτῇσιν ἐλάταις, quod laudat Schol. *Beck.*

732. Ταῦροι δ' ὑβρισταὶ, κεἰς κέρας θυμούμενοι] Huc respexit Ælianus N. A. XVI. 31. *Por.*

κ' εἰς κέρας θυμούμενοι] Phrasin hanc mutuatus est Ælianus de Anim. Lib. IV. c. 35. et 48. Quin et Virgil. Georg. III. v. 232. Æneid. X. v. 724. Significari videtur Taurus, capite oblique demisso, ictum minitans; quod Nonno est ὀξὺ κέρας δόχμωσεν, p. 719. *Musg.*

κεἰς κέρας θυμούμενοι] Brodæus dicit, Athenæum Deipnosoph. Lib. II. legere κ' ἐκ κέρως, certe illa Athenæi editio, qua nos utimur, ut nos, legit. Sic Virgil. Georg. Lib. III. v. 232. *Irasci in cornua discit Arboris obnixus trunco.* Sic Æn. Lib. X. v. 724. *Conspexit capream, aut surgentem in cornua cervum*, etc. *Barnes.*

733. Forte, πρὸς γᾶν δεσμοί. *Reisk.*

735. ἐνδυτὰ,] Vide supra v. 138. *Barnes.*

736. βασιλείαις κόραις refertur ad διεφοροῦντο, tanquam si scriptum esset, θᾶσσον διεφοροῦντο ὑπὸ τῶν βασιλείων κορῶν, ἢ σὺ— Inepta est altera interpretatio. Agave, illiusque sorores, licet nuptæ, et adultæ prolis matres, κόραι dicuntur, quæ vox apud tragicos aliosque poëtas sæpissime nil aliud quam θυγατέρες valet. Eædem infra v. 1078. Κάδμου κόραι, *Cadmi filiæ*, dicuntur. *Brunck.*

Εὔκαρπον ἐκβάλλουσι Θηβαίων στάχυν·
Ὑσίας δ', Ἐρυθράς θ', αἳ Κιθαιρῶνος λέπας
Νέρθεν κατῳκήκασιν, ὥστε πολέμιοι,
Ἐπεισπεσοῦσαι, πάντ' ἄνω τε καὶ κάτω
Διέφερον· ἥρπαζον μὲν ἐκ δόμων τέκνα·
Ὁπόσα δ' ἐπ' ὤμοις ἔθεσαν, οὐ δεσμῶν ὕπο
Προσείχετ', οὐδ' ἔπιπτεν εἰς μέλαν πέδον,
Οὐ χαλκὸς, οὐ σίδηρος· ἐπὶ δὲ βοστρύχοις
Πῦρ ἔφερον, οὐδ' ἐκαίεθ', οἱ δ' ὀργῆς ὕπο

Frugiferam emittit Thebanam segetem,
Et Hysias *et Erythras*, quæ Cithæronis jugo
Infra habitant, tanquam hostes
Irruentes, omnia sursum atque deorsum
Dissipaverunt: rapuerunt etiam ex ædibus liberos:
Quæcunque vero humeris imposuerunt, vel sine vinculis
Adhærebant: neque cadebant in nigram terram,
Non æs, non ferrum. In capillis vero
Ignem ferebant, neque *tamen* urebantur. Isti vero præ ira,

*Ἢ σὺ ξυνάψαις βλέφαρα,] MSS. E. G. ἢ σὲ ξυνάψαι βλέφαρα.

βασιλείοις κόραις.] Male hæc ad pupillas oculorum Penthei referunt. Βασίλειοι κόραι sunt tres Cadmi filiæ, Agave, Ino, Autonoë. βασίλειαι enim Græcis dicuntur, non conjuges tantum regum, sed et filiæ. Soph. Ajac. v. 1319. Antigon. v. 953. Nostri Hecub. v. 550. Tauros hosce feroces a Cadmi filiabus discerpi facit poëta, tanquam omen, ni fallor, mortis, quæ Pentheo, et ipsi ferocienti, debebatur. *Musg.*

738. Ἀσωποῦ] Male editi Αἰσώπου. *Musg.*

Forte, ἐπὶ τάσεις, sed neque τάσεις satisfacit. *Reisk.*

Legendum una voce ὑποτάσεις, *camporum porrecta.* Ideo autem ὑποτάσεις appellantur, quod camporum æquora ita sub monte Cithærone extendebantur. *Heath.*

739. Θηβαίων] Sic ambo codices. Non deterius esset Θηβαίοις. *Brunck.*

Θηβαῖον] MS. E. non male Θηβαίων. *Musg.*

740. Ὑσίας δ',] Prava interpunctione vulgo laborat hic locus. χωροῦσι δὲ πεδίων ὑποστάσεις· Ὑσίας δὲ (non τε) καὶ Ἐρυθρὰς ἐπεισπεσοῦσαι, ὥστε πολέμιοι, πάντ' ἄνω καὶ κάτω διέφερον. Hic est membrorum nexus. *Brunck.*

Ἐρυθράς θ',] Ita MSS. E. G. ut jam emendaverat Barnesius. Ed. Ald. omittit θ', et ἐρυθρὰς tanquam adjectivum exhibet. Oppidum est Erythræ, cujus meminerunt, citante Barnesio, Pausanias, Strabo, Stephanus Byzantinus. Porro in hoc versu desinunt MSS. E. G. *Musg.*

Ὑσίας τ' Ἐρυθράς θ', αἳ Κιθαιρῶνος λέπας] Olim erat scriptum, quasi ἐρυθρὰς esset epithetum τοῦ Ὑσίας· cum revera est nomen *urbis*, æque ac Ὑσίας· ita enim Pausanias in Bœoticis, fol. 283. lin. 13. Γῆς δὲ τῆς Πλαταιΐδος ἐν τῷ Κιθαιρῶνι ὀλίγον τῆς εὐθείας ἐκτραπεῖσιν ἐς δεξιὰ, Ὑσιῶν καὶ Ἐρυθρῶν ἐρείπιά ἐστιν· πόλεις ποτὲ τῶν Βοιωτῶν ἦσαν, etc. Vide Stephanum περὶ πόλεων in utroque titulo. Et Strabo, Lib. IX. fol. 404. in Bœotia. Joh. Brodæus, quanquam hæc citavit, non tamen distinguebat, et Thucydidis expositori credendum duxit, qui δήμους putabat, cum forte tot post seculis ita facile fierent; at Euripidis et Thucydidis temporibus nequaquam. *Barnes.*

741. κατῳκήκασιν.] Minus plene post κατῳκήκασιν distinguendum. *Heath.*

744. Cum hoc versu, qui in editione

Εἰς ὅπλ' ἐχώρουν, φερόμενοι Βακχῶν ὕπο·
Οὗπερ τὸ δεινὸν ἦν θέαμ' ἰδεῖν, ἄναξ.
Τῶν μὲν γὰρ οὐχ ἥμασσε λογχωτὸν βέλος·
Κεῖναι δὲ, θύρσους ἐξανιεῖσαι χερῶν,
'Ετραυμάτιζον, κἀπενώτιζον φυγῇ
Γυναῖκες ἄνδρας, οὐκ ἄνευ θεῶν τινος.
Πάλιν δ' ἐχώρουν ὅθεν ἐκίνησαν πόδα,
Κρήνας ἐπ' αὐτὰς, ἃς ἀνῆκ' αὐταῖς θεός·
Νίψαντο δ' αἷμα, σταγόνα δ' ἐκ παρηΐδων
Γλώσσῃ δράκοντες ἐξεφαίδρυνον χροός.
Τὸν δαίμον' οὖν τόνδ' ὅστις ἔστ', ὦ δέσποτα,
Δέχου πόλει τῇδ', ὡς τά τ' ἄλλ' ἔστιν μέγας,

Ad arma venerunt a Bacchis *nempe* spoliati.
Ubi quidem erat videre spectaculum dirum, O rex.
Has enim non vulnerabat cuspide-munitum telum,
Illæ vero, thyrsos emittentes manibus,
Vulnerabant, et terga fugæ dare cogebant
Fœminæ viros, non sine Deorum aliquo *numine*.
Rursus vero iverunt *eo*, unde moverant pedem,
Ad fontes ipsos, quos emisit ipsis Deus:
Abluerunt autem sanguinem, et guttas ex genis
Lingua serpentis abstergebant e corpore.
Deum igitur hunc, quisquis est, O domine,
Recipe in hanc civitatem, quia et *is* aliquis magnus est,

Oxon. est 755. desinunt duo regii codices: non, ut ait Musgravius in notis, cum v. 751. qui nobis est 740. Post verba οὐ δεσμῶν ὕπο, G. in fine paginæ habet λείπει. In E. post eadem verba ad latus scriptum, λείπει φύλλα τρισκαίδεκα, cujus rei fides penes librarium esto. Quæ hujus dramatis in eodem codice extant, XIX. foliis continentur. *Brunck.*

747. Οὐδ' ἐκαίεθ'] 'Εκαίετο, δηλονότι τὰ βόστρυχα. Ibidem. Οἱ δ' ὀργῆς ὕπο] Οἱ 'Υσιαεῖς, καὶ 'Ερυθραῖοι, οἱ ἀγόμενοι καὶ φερόμενοι ὑπὸ βακχῶν. Vid. notam sequentem. *Barnes.*

748. φερόμενοι, *spoliati.* Phrasis notissima est. *Musg.*

φερόμενοι Βακχῶν ὕπο·] Recte Latinam versionem hic emendavimus: nam φερόμενοι idem est in hoc loco, atque ἀγόμενοι καὶ φερόμενοι, de qua phrasi nos ad Troad. v. 1301. *Barnes.*

750. Τῶν μὲν] Sic omnino legendum, ut in uno codice se reperisse testatur Stephanus. Scilicet qui armis vim a Bacchabus illatam propulsabant, *eorum tela irrita cadebant.* Inepte vulgo τούς. *Brunck.*

Τοὺς μὲν] MSS. teste H. Stephano, τοῖς μὲν et τῶν μὲν. Sed legendum cum Brodæo τὰς μὲν.

λογχωτὸν] Ed. Ald. λογχατὸν. *Musg.*

τὰς μὲν] Heath. præfert τῶν. *Beck.*

752. κἀπενώτιζον φυγῇ] *Terga vertere coëgerunt:* significatione transitiva. Neutrum νωτίζω extat Androm. 1138.

οἱ δ', ὅπως πελειάδες
ἱέραχ' ἰδοῦσαι, πρὸς φυγὴν ἐνώτισαν.

Et Soph. Œd. T. 193. *Brunck.*

Κἀκεῖνό φασιν αὐτὸν, ὡς ἐγὼ κλύω,
Τὴν παυσίλυπον ἄμπελον δοῦναι βροτοῖς.
Οἴνου δὲ μηκέτ' ὄντος, οὐκ ἔστιν Κύπρις,
Οὐδ' ἄλλο τερπνὸν οὐδὲν ἀνθρώποις ἔτι.
ΧΟ. Ταρβῶ μὲν εἰπεῖν τοὺς λόγους ἐλευθέρους
Ἐς τὸν τύραννον· ἀλλ' ὅμως εἰρήσεται.
Διόνυσος ἥσσων οὐδενὸς θεῶν ἔφυ.
ΠΕΝ. Ἤδη τόδ' ἐγγὺς, ὥστε πῦρ, ἐφάπτεται
Ὕβρισμα Βακχῶν, ψόγος ἐς Ἕλληνας μέγας.
Ἀλλ' οὐκ ὀκνεῖν δεῖ· στεῖχ' ἐπ' Ἠλέκτρας ἰὼν
Πύλας· κέλευε πάντας ἀσπιδηφόρους,
Ἵππων τ' ἀπαντᾶν ταχυπόδων ἐπεμβάτας,

Et illud aiunt ipsum, ut ego audio,
Curarum sedatricem vitem dedisse mortalibus.
Vino enim sublato, non est Venus,
Neque ulla alia voluptas hominibus amplius.
Cho. Metuo quidem verba libera dicere
Ad tyrannum, sed tamen *hæc* dicentur:
Bacchus inferior nullo deorum est.
Pen. Jam prope, sicut ignis, admovetur hæc
Baccharum petulentia, ingens dedecus inter Græcos.
Quare non cunctandum est. Vade ad Electras
Portas, et jube omnes scutatos,
Equorumque velocipedum conscensores obviam *mihi* venire,

κἀπενώτιζον φυγῇ] Καὶ ἀπενώτιζον, ἤγουν τὰ νῶτα τρέπειν ἠνάγκασαν τῇ φυγῇ. *Barnes.*

755. *Κρήναις ἐπ' αὐταῖς,*] Optime Bentleius, vir summus, notis in Horatium [ad Od. 3. 25.] *κρήνας ἐπ' αὐτάς.* De fontium horum productione vide supra v. 694. *Musg.*

Cum Bentleio facit Reiskius. *Beck.*

756. *Νίψαντο δ' αἷμα,*] Non hic sanguinem Baccharum notat poëta, ut qui invulnerabiles illas agnoscit, sed laceratorum vitulorum et Bœotiorum nuper vulneratorum. Serpentes autem illarum genas trisulcis linguis lambebant, ut scires, nihil illis noxium. Vid. quæ nos supra ad v. 687. *Barnes.*

757. *δράκοντες*] Sic optime Reiskius: vulgo, *δρακόντων.* *Brunck.*

Reisk. emendat *δράκοντες* ut constructio sit: *δράκοντες ἐφαίδρυναν σταγόνα ἐκ τοῦ χροὸς ἐκ τῶν παρηΐδων, dracones expurgabant e cuti saniem,* aut *spumam oris,* aut *sudorem concretum, e regione* vel in *tractu genarum, circa genas.* Nam *ἐκ παρηΐδων* est idem, atque *ἐν ταῖς παρειαῖς.* *Beck.*

762. *Οἴνου δὲ μηκέτ' ὄντος, οὐκ ἔστιν Κύπρις,*] Huc refer Horat. Lib. I. Od. 18. et illud: *Sine Cerere* et *Baccho friget Venus.* Vid. Erasm. ad hoc Adagium. Alias *Οἴνου δὲ μὴ παρόντος,* ex Joh. Brodæo. Tres hos versus Athenæus citat Deipnos. Lib. II. etc. *Barnes.*

766. *Διόνυσος ἥσσων οὐδενὸς θεῶν ἔφυ.*] Deos Prisci metiebantur commodis et bonis, quorum ipsi hominibus auctores essent; unde et hodie vulgo *God,* quasi *Good,* nos Deum vocamus; idque propter perpetua in omne genus hominum bene-

Πέλτας θ' ὅσοι πάλλουσι, καὶ τόξων χερὶ
Ψάλλουσι νευρὰς, ὡς ἐπιστρατεύσομεν
Βάκχαισιν. οὐ γὰρ, ἀλλ' ὑπερβάλλει τάδε,
Εἰ πρὸς γυναικῶν πεισόμεσθ', ἃ πάσχομεν.
ΔΙΟ. Πείθῃ μὲν οὐδὲν, τῶν ἐμῶν λόγων κλύων,
Πενθεῦ· κακῶς δὲ πρὸς σέθεν πάσχων, ὅμως
Οὔ φημι χρῆναί σ' ὅπλ' ἐπαίρεσθαι θεῷ,

Et quotquot vibrant peltas, et manu arcuum
Tractant nervos, ut bellum inferamus
Bacchis. Non enim tolerandum, sed modum excedunt hæc,
Si a mulieribus patiamur, quæ patimur.
Bac. Nihil quidem obtemperas, audiens meos sermones,
Pentheu: male vero a te quamvis tracter, tamen
Dico te non debere arma inferre deo,

facta. Hinc poëta noster Bacchum, propter vini, rei præclarissimæ, inventionem, nulli deorum postponendum asserit. Ex Gaspar. Stiblini notis. *Barnes.*

776. Post audita regis mandata, nuntius e scena discedit, ea peracturus, pergitque Pentheus cum sacrorum ministro, seu personato Baccho colloqui. Præter Barnesii stuporem, hoc viderunt omnes, qui Euripidem tractarunt. Confusionem personarum quæ tanta in hac fabula erat, præsertim in hoc Penthei et Bacchi dialogo, ut in eo nihil esset sani, nec quod intelligi posset, partim e doctorum virorum, partim e meis, observationibus sustuli. In re manifesta potior est rationis, quam Aldinæ editionis, e pravo codice expressæ, auctoritas. Nihil jam superest quod lectorem morari queat, cujus parum interest scire, quibusnam ineptiis posteriorem hanc dramatis partem editores olim obscuratam exhibuerint. Idcirco longioribus quoad personarum distinctionem adnotationibus tædiosus non ero. *Brunck.*

Ab hoc versu ad v. 835. magna personarum confusio est. Et primum quidem hanc ῥῆσιν Nuncio tribuunt. Facile autem Baccho vindicamus ex verbis [κακῶς δὲ πρὸς σέθεν πάσχων], quæ vincula paullo ante Deo injecta respiciunt. vide supra v. 501. Quin et ex Penthei responsione patet, hæc a Baccho enunciata esse. *Musg.*

Male hæc nuncio tribui, cum Baccho potius conveniant, docet Prev. Exierat enim Bacchus jussu Penthei, et quæcunque in hac scena (usque ad v. 850.) tribuuntur nuncio, ea unice conveniunt personæ Bacchi. *Musg.*

Etiam Heath. vidit, et uberius docet, hunc ac quatuor seqq. versus, ut et v. 783. s. tribui debere Baccho. *Beck.*

778. Οὔ φημι χρῆναί σ' ὅπλ' ἐπαίρεσθαι Θεῷ] Οὔ φημι χρῆναί σε θεομαχεῖν. Ita Gamaliel ad doctores Sanhedrim, Act. v. v. 28. Καὶ τανῦν λέγω ὑμῖν· Ἀπόστητε ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων τούτων, καὶ ἐάσατε αὐτούς· ὅτι, ἐὰν ᾖ ἐξ ἀνθρώπων ἡ βουλὴ αὕτη, ἢ τὸ ἔργον τοῦτο, καταλυθήσεται. Εἰ δὲ ἐκ Θεοῦ ἐστιν, οὐ δύνασθε καταλῦσαι αὐτὸ, μήποτε καὶ θεομάχοι εὑρεθῆτε. *Barnes.*

781. φρενοῦν Abresch. ad Æschyl. I. p. 713. interpretatur *decipere. Beck.*

782. σώσει est 2. pers. Attica futuri medii pro σώσῃ: et τόδε valet, τὸ πεφευγέναι σε ἐκ δεσμῶν. Sic Sophocl. El. 1257.

ξύμφημι κἀγώ. τοιγαροῦν σῶζου τάδε.

Hoc tibi conserva: hoc ne amittas caveto. Alias σώζειν et σώζεσθαι valent, *animo servare, memoria tenere.* Idem, Trach. 684. ἐγὼ γὰρ ὧν ὁ θήρ με Κένταυρος— προὐδιδάξατο:

παρῆκα θεσμῶν οὐδὲν, ἀλλ' ἐσωζόμην
χαλκῆς ὅπως δύσνιπτον ἐκ δέλτου γραφήν.

Noster, Suppl. 916.

ἃ δ' ἂν μάθῃ παῖς, ταῦτα σώζεσθαι φιλεῖ
πρὸς γῆρας — —

Ἀλλ' ἡσυχάζειν, Βρόμιος οὐκ ἀνέξεται
Κινοῦντα Βάκχας εὐΐων ὀρῶν ἄπο.
ΠΕΝ. Οὐ μὴ φρενώσεις μ', ἀλλὰ δέσμιος φυγὼν
Σώσει τόδ', ἢ σοι πάλιν ἀναστρέψω δίκην.
ΔΙΟ. Θύοιμ' ἂν αὐτῷ μᾶλλον, ἢ θυμούμενος
Πρὸς κέντρα λακτίζοιμι, θνητὸς ὢν, θεῷ.
ΠΕΝ. Θύσω, φόνον γε θῆλυν, ὥσπερ ἄξιαι,

Sed quiescere: Bromius *enim* non patietur
Te pellere Bacchas ab Eviis montibus.
Pen. Non cessabis monere, sed vinculis elapsus
Hoc contentus eris: alioqui tibi pœnam renovabo.
Bac. Potius illi sacrificarem, quam furens
Calcitrarem adversus stimulum dei ipse mortalis existens.
Pen. Sacrificabo: cædem fœmineam, ut meritæ sunt,

Confer Helenam 266. ubi ἔσωζον opponitur τῷ ἐπελάθοντο. Et ut τῷ σώζειν sensu proprio opponitur τὸ ὀλέσαι, sic etiam tropice διώλεσα apud Sophoclem Œd. T. 318. valet *oblitus sum*, quem locum Johnsonus pessime interpretatus est, ut olim ostendemus. *Brunck.*

Σώσει τόδ',] Si vera est lectio, per τόδ' intelligendum erit τὸ φυγεῖν. Nam quod ad σώσει attinet, videtur defendi posse ex Sophoclis Electr. v. 1269.:

Ξύμφημι κἀγώ· τοιγαροῦν σώζου τόδε.

Xenophon: οὐκ ἐκεῖνο σῶν ἔχετε; Op. p. 416. Ed. Par. Sensus est: *Non tu desines me admonere, sed cum ex vinculis evaseris, hoc contentus eris?* Sequitur: ἢ σοι πάλιν ἀναστρέψω δίκην, quod exponi potest: *alioqui tibi pœnam hanc redintegrabo.* Vel legi potest, mutatione non magna: ἢ σοι πάλιν ἀναστρέψει δίκη. *alioqui tibi revertetur pœna.*

Tyrwhittus laborem, qui his versibus interpretandis impenditur, frustraneum esse putat: legendumque ideo suspicatur:

οὐ μὴ φρενώσεις μ', ἀλλὰ δέσμιος φυγῶν
δώσεις, ὅταν σοὶ πάλιν ἀναστρέψω, δίκην.

i. e. ut ipse explicat: *Non me docebis, sed vinctus fugarum dabis pœnas, cum tibi rursus rediero.* Φυγῶν scilicet genitivo plurali, non φυγὼν participium. Nemo dubitaverit, emendationem hanc, ut reliqua viri acutissimi, elegantem admodum et ingeniosam esse. Vereor tamen, ne perperam intellexerit οὐ μὴ φρενώσεις μ', quod, mea quidem sententia, non est rei futuræ enunciatio, sed vim imperativi solenni more hic obtinet. *Musg.*

Σώσει] Duportus σώσεις legit; potest et σώσει pro σώσῃ Attice dici, a σώσομαι, sed dubio procul est secundæ personæ. *Barnes.*

Reisk. scribit ἀλλ' ὁ δέσμιος, *ille Dionysus, qui e meis vinculis evasit*, et σώσει τόδ' interpretatur: *præstabit innoxium tibi hoc tuum dictum. Beck.*

Lege σώσεις, et ita h. l. verte: *Haudquaquam me castigabis, sed vinctus cum fuga sis elapsus, hoc malum emendabis, aut in te iterum pœnam revolvam. Heath.*

783. Hoc iterum distichon editi Nuncio tribuunt, estque sane ejusmodi, ut error non statim, nec nisi re diligentius examinata, appareat. Si quis vero reputet, Pentheum nuncio paullo ante mandasse, iret quam ocyssime ad portas Electras, neque ab eo responsionem tulisse, quod ad v. 776. ostendimus; intelliget profecto, nullas hic Nuncii partes esse, utpote ad mandata domini exsequenda digressi. Confer v. 797. Ex quibus etiam apparet, reliquum hujus Scenæ, Choro tacente, inter Pentheum et Bacchum dividendum esse. *Musg.*

784. Πρὸς κέντρα λακτίζοιμι θνητὸς ὢν θεῷ] Eandem phrasin in eundem sensum habes Act. Apostolorum c. ix. v. 5. σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν. *Barnes.*

Πολὺν ταράξας ἐν Κιθαιρῶνος πτυχαῖς.
ΔΙΟ. Φευξεῖσθε πάντες, καὶ τόδ' αἰσχρὸν, ἀσπίδας
Θύρσοισι Βακχῶν ἐκτρέπειν χαλκηλάτους.
ΠΕΝ. Ἀπόρῳ γε τῷδε συμπεπλέγμεθα ξένῳ,
Ὡς οὔτε πάσχων οὔτε δρῶν σιγήσεται.
ΔΙΟ. Ὦ 'τὰν, ἔτ' ἔστιν εὖ καταστῆσαι τάδε.
ΠΕΝ. Τί δρῶντα; δουλεύοντα δουλείαις ἐμαῖς;
ΔΙΟ. Ἐγὼ γυναῖκας δεῦρ' ὅπλων ἄξω δίχα.

Multam movens in Cithæronis jugis.
Bac. Fugietis omnes, quamvis sit turpe, scuta
Ænea concedere thyrsis Baccharum.
Pen. Negotium habemus cum intractabili hospite,
Qui neque patiens, neque agens tacebitur.
Bac. O amice, adhuc ista recte componi possunt.
Pen. Quid faciendo? an serviendo servitiis meis?
Bac. Ego mulieres huc adducam sine armis.

785. Θύσω,] Ita Ed. Ald. Brodæo placebat θήσω, eoque auctore ita deinceps ediderunt. Omnino verum est θύσω. φόνον autem, quod sequitur, non a θύσω regitur, sed a ταράξας, diciturque, ut ταράττειν δίκας, *lites suscitare*, ταράττειν πόλεμον, *bellum accendere*. *Musg.*

Θήσω φόνον γε θῆλυν,] Sic infra v. 825. Ἀλλ' αἷμα θήσεις. Sic Orest. ἢ ματροκτένον αἷμα χερσὶ θέσθαι. Ita Brodæus: Nec, inquit, me movet, quod supra dixerit, v. 783. Θύοιμ' ἂν αὐτῷ μᾶλλον. Certe, *nonnihil me movet*, quasi iratum Penthea intelligamus: μῶν σύγε θύοις ἂν αὐτῷ; ἐγὼ τοιγαροῦν θύσω φόνον γε θῆλυν, ἤγουν γυναικῶν. Sed nihil muto. *Barnes.*

Reisk. præfert θύσω: respicere enim hoc ad præcedens, v. 783. θύοιμι. *ego quoque sacrificium instituam* (ait Pentheus) *sed* (ita enim reddi potest γε, aut *certe*) *fœminino sanguine ingenti copia misto*. *Beck.*

787. Baccho tribuendum est hoc distichon. quod miror interpretes non vidisse.

καὶ τόδ' αἰσχρὸν,] Legendum κ' εἰ τόδ' αἰσχρὸν, *etiamsi turpe sit*. *Musg.*

Φευξεῖσθε πάντες,] Φευξοῦμαι pro φεύξομαι, Dorice et Attice. *Barnes.*

Reisk. emendat καίτοι αἰσχρὸν, quamvis turpe sit, ænea scuta ob thyrsos vel ferulas alio vertere, i. e. armatos scutis viros a Bacchabus in fugam verti. Heath. tantum distingui post πάντες jubet. *Beck.*

788. ἐκτρέπειν, pro ἐκτρέπεσθαι, vel ἐκτρέπειν ἑαυτόν. Sic ῥίπτειν, Cycl. v. 166. vid. ad Phœn. v. 1133. *Musg.*

ἐκτρέπειν] Non hic pro ἐκτρέπεσθαι, sed ita locus exponendus: αἰσχρὸν γὰρ, ἡμᾶς, ἄνδρας ὄντας, ῥιψασπίδων δίκην, θύρσοις Βακχῶν γυναικῶν ἐκτρέπειν καὶ λιπεῖν τὰς ἀσπίδας ἡμῶν. *Barnes.*

789. Nuncium hic revocant editi, a Pentheo, ut supra dixi, ad copias contrahendas dimissum. Ipsi igitur Pentheo, cui optime conveniunt, tribuendi sunt. Sensus est, ac si dixisset: ἄπορός γε ὅδε ὁ ξένος, ᾧ συμπεπλέγμεθα. *Musg.*

Ἀπόρῳ γε τῷδε] Hunc locum, ut credo, respexit Livius, cum hæc verba de Marcello locutum dicat Hannibalem: "Cum eo nimirum hoste res est, qui nec bonam, nec malam, ferre fortunam potest. Seu vicit, ferociter instat victis, seu victus est, instaurat cum victoribus certamen. *Barnes.*

790. Parum refert utrum legaturne ὡς, an ὅς, quod forte in meliori codice reperietur. *Brunck.*

Ὡς] Legebam olim ὅς. Nunc ὡς, *quippe*, commodius puto. *Musg.*

791. Præfigenda et hic Bacchi persona, simulque pro ὅταν legendum cum Scaligero ὦ τᾶν, *Amice.* Sic enim nonnun-

ΠΕΝ. Οἴμοι· τόδ' ἤδη δόλιον εἴς με μηχανᾷ.
ΔΙΟ. Ποῖόν τι, σῶσαί σ' εἰ θέλω τέχναις ἐμαῖς;
ΠΕΝ. Ξυνέθεσθε κοινῇ τάδ', ἵνα βακχεύητ' ἀεί.
ΔΙΟ. Καὶ μὴν ξυνεθέμην, τοῦτό γ' ἴσθι, τῷ θεῷ.
ΠΕΝ. Ἐκφέρετέ μοι δεῦρ' ὅπλα· σὺ δὲ παῦσαι λέγων.
ΔΙΟ. Ἆ· βούλει σφ' ἐν ὄρεσι συγκαθημένας ἰδεῖν;
ΠΕΝ. Μάλιστα, μυρίον γε δοὺς χρυσοῦ σταθμόν.
ΔΙΟ. Τί δ'; εἰς ἔρωτα τοῦδε πέπτωκας μέγαν;

Pen. Hei mihi. *Rem* hanc dolosam jam in me machinaris.
Bac. Quamnam? si te servare cupio meis artibus?
Pen. Ex composito communiter hæc fecistis, ut bacchemini semper.
Bac. Pactus quidem sum cum deo, ne nescias.
Pen. Efferte mihi huc arma, tu vero desine loqui.
Bac. Ah, visne ipsas in montibus una sedentes videre?
Pen. Maxime, dans etiam magnum auri pondus.
Bac. Quid vero? incidisti in hujus *rei* magnum desiderium?

quam reges alloquebantur. Iolaus ad Demophoontem, Heraclid. v. 321.

> ἐγὼ δὲ καὶ ζῶν, καὶ θανὼν, ὅταν θάνω,
> πολλῷ σ' ἐπαινῶ, Θησέως, ὦ τᾶν, πέλας
> ὑψηλὸν αἴρω.

Vide etiam, indicante Tyrwhitto, Heracl. v. 688. Soph. Philoctet. v. 1427.

Ab hoc versu ad v. 832. Bacchi persona omnibus præfigenda est, quæ Nuncio in editis tribuuntur. Idem censet Tyrwhittus, cujus quidem ingenium et acumen nihil eorum fefellit, quæ de turbatis per totam hanc scenam personis supra lectorem monui. *Musg.*

ὅταν,] Scaliger legit ὦ τάν. Certe ultima ὅταν cum brevis sit, vel ita legendum, ut sit blanda compellatio vel ὅταν γ' scribas. *Barnes.*

Etiam Reisk. et Heath. ὦ τὰν — *O amice, adhuc in tua potestate situm est, hæc recte componere.* *Beck.*

792. δουλείαις] i. e. δούλαις: sic mancipium pro servo, abstractum pro concreto; sive denominans pro denominato. Sic hæc Andromache, v. 446. Δόλια βουλευτήρια pro βουλευταί. Sic Orest. v. 583. ὑγιὲς εὐναστήριον, pro ἁγνὴ εὐνέτις. Vid. quæ nos ad locum prius citatum. *Barnes.*

797. τοῦτό γ' ἐστὶ,] Legendum, ni fallor: τοῦτό γ' ἴσθι, *hoc pro certo habe.* Tyrwhittus tamen, minus feliciter:

> καὶ μὴν ξυνεθέμην τοῦτό γ' ἔς τι τῷ θεῷ;

Musg.

Reisk. legit: καὶ μὴν ξυνεθέμην οὐ μάχεσθαι τῷ θεῷ. *Beck.*

799. Ἆ. βούλει σφ' ἐν ὄρεσι] Ita Ed. Ald. Interjectionem ἆ, minus, ut credibile est, intellectam, plerique editores omisere. *Musg.*

βούλει] Deleo illud Ἆ, quod hic importune præfigebatur. Vel certe extra versum sit. *Beck.*

800. σταθμόν.] Prior brevis. Vid. Phœniss. v. 19. *Barnes.*

801. Confer Homer. Odyss. Δ. 553. Eurip. Electr. 293. Androm. 1073. Hippol. 916. *Por.*

Interpungo:

> τί δ'; εἰς ἔρωτα τοῦδε πέπτωκας μέγαν;

Quid ergo? Num vehementer hoc desideras? *Musg.*

802. Vulgo legitur

> λυπρῶς νιν εἰσίδοιμ' ἂν ἐξοινωμένας.

Præter Heathium, qui hunc versum pessime exponit, nihil a ceteris interpretibus adnotatum video. Manifestum tamen est vocem λυπρῶς, ex ipsius corruptelæ specu ortam, non poëtæ effluxisse calamo. Vertit Musgravius: *tristis ipsas vino lymphatas viderim:* quod qui poterit, intelligat. Eleganter olim Latine dicebat Pen-

ΠΕΝ. Τερπνῶς νιν εἰσίδοιμ' ἂν ἐξοινωμένας.
ΔΙΟ. Ὅμως δ' ἴδοις ἂν ἡδέως ἅ σοι πικρά;
ΠΕΝ. Σάφ' ἴσθι, σιγῇ γ' ὑπ' ἐλάταις καθήμενος.
ΔΙΟ. Ἀλλ' ἐξιχνεύσουσίν σε, κἂν ἔχῃς λάθρα.
ΠΕΝ. Ἀλλ' ἐμφανῶς· καλῶς γὰρ ἐξεῖπας τάδε.
ΔΙΟ. Ἄγωμεν οὖν σε, κἀπιχειρήσεις ὁδῷ;
ΠΕΝ. Ἄγ' ὡς τάχιστα, τοῦ χρόνου δέ σ' οὐ φθονῶ.
ΔΙΟ. Στεῖλαί νυν ἀμφὶ χρωτὶ βυσσίνους πέπλους.
ΠΕΝ. Τί δὴ τόδ'; ἐς γυναῖκας ἐξ ἀνδρὸς τελῶ;

Pen. Jucunde ipsas vino lymphatas viderem.
Bac. An igitur videre cupis libenter, quæ tibi molesta *erunt?*
Pen. Plane scias? *eas videre cupio,* tacite sedens sub abietibus.
Bac. Verum investigabunt te, etiamsi latites.
Pen. Ergo palam *eas intuebor:* recte enim hoc dixisti.
Bac. Ducam igitur te: et aggredieris viam?
Pen. Duc quam celerrime: tempus enim tibi non invideo.
Bac. Compone igitur circa corpus byssinas vestes.
Pen. Cur vero hoc? an mulieribus ex viro accenseor?

theus: *misere ipsas videre cupio vino lymphatas.* Sed quod in Latina phrasi *misere* significat, id non valet in Græca λυπρῶς. Quid multa? Scripsit poëta:

τερπνῶς νιν εἰσίδοιμ' ἂν ἐξοινωμένας.

Ad illud τερπνῶς refertur Bacchi responsio, quæ, absque eo, insulsa esset,

ὅμως δ' ἴδοις ἂν ἡδέως ἅ σοι πικρά.

Synonyma sunt τερπνῶς et ἡδέως. Elegantius esset adhuc, in priori versu eadem vox si posita esset, quæ in altero repeteretur, quod σχῆμα in dialogis usitatissimum vim sermoni non sine venustate addit. Proinde reposuissem ἡδέως νιν εἰσίδοιμ' ἂν — si mihi satis constitisset vocem ἡδέως in senario δισυλλαβῶς efferri posse, cujus rei si forte suppetunt exempla, in præsentia non memini ea observare. Sed τερπνῶς bonum est, et sententiæ abunde satisfacit. Hujusmodi autem repetitionum exempla passim obvia. Vide Æsch. Prom. 980. S. Th. 711. 1047. Nostrum, Med. 334. 1011. Hec. 426. 1238. Phœniss. 627. *Brunck.*

802. s. Heath. reddit: Pen. *Non sine magno earum malo erit, si ebrias deprehenderim.* Bacch. *Videresne igitur cum voluptate, quæ acerba tibi futura sunt? Beck.*

ΠΕΝ. ΛΥΠΡΩΣ νιν εἰσίδοιμ' ἂν ἐξοινωμένας.
ΔΙΟ. Ὅπως δ' ἴδοις ἂν ἩΔΕΟΣ, ἅ σοι πικρά.

Non longa demonstratione opus est ad corruptelam, quæ verbo λυπρῶς inest, arguendam. Requiritur pro eo aliquid, quod τῷ ἡδέως respondeat. Brunckius τερπνῶς reposuit; recte quidem, quoad sensum; at nimis abest hæc emendatio a vulgatæ scripturæ ductibus. Quid multa? Euripides, ni me omnia fallunt, scripsit:

ΛΙΠΑΡΩΣ νιν εἰσίδοιμ' ἂν ἐξοινωμένας.

Lubenter profecto illas viderem ebrias. ita λιπαρῶς ἔχειν pro *cupere* præter alios dixit, Plato. Prot. p. 195. G. λιπαρῶς ἔχων ἀκούειν τοῦ Προδίκου. Λιπαρῶς. ἐπιμελῶς. Hesych. vide. Interpp. *Jacobs.*

804. Σάφ' ἴσθι,] Supple ἡδέως ἰδεῖν ἄν με αὐτάς. *Brunck.*

σιγῇ γ' ὑπ' ἐλάταις] Ita Ed. Ald. Recentiores omittunt γ'. *Musg.*

γ' inseri etiam voluit Markl. ad Suppl. *Beck.*

805. Vulgo, κἂν θέλῃς λάθρα. Piersoni emendationem, doctis viris probatam,

ΔΙΟ. Μή σε κτάνωσιν, ἢν ἀνὴρ ὀφθῇς ἐκεῖ.
ΠΕΝ. Εὖ γ' εἶπας αὐτὸ, καί τις εἶ πάλαι σοφός.
ΔΙΟ. Διόνυσος ἡμᾶς ἐξεμούσωσεν τάδε.
ΠΕΝ. Πῶς οὖν γένοιτ' ἂν, ἅ σύ με νουθετεῖς, καλῶς;
ΔΙΟ. Ἐγὼ στελῶ σε, δωμάτων ἔσω μολών.
ΠΕΝ. Τίνα στολήν; ἦ θῆλυν; ἀλλ' αἰδώς μ' ἔχει.
ΔΙΟ. Οὐκέτι θεατὴς Μαινάδων πρόθυμος εἶ.
ΠΕΝ. Στολὴν δὲ τίνα φῂς ἀμφὶ χρῶτ' ἐμὸν βαλεῖν;
ΔΙΟ. Κόμην μὲν ἐπὶ σῷ κρατὶ ταναὸν ἐκτενῶ.

Bac. Ne te interficiant, si vir ibi videaris.
Pen. Recte hoc dixisti: es autem quidam *vir* jampridem sapiens.
Bac. Bacchus nos docuit hæc.
Pen. Quomodo igitur fient ista, quæ tu me mones recte?
Bac. Ego ornabo te vadens intra domum.
Pen. Quo ornatu? an fœmineo? sed pudet me.
Bac. Non amplius spectator Mænadum alacer es.
Pen. Quem igitur ornatum ais te injecturum esse meo corpori?
Bac. Prolixam quidem comam in capite tuo extendam.

ἔλθῃς recipere poteram. Mihi tamen magis placet ἔχῃς. λάθρα ἔχειν, ut ἡσύχως ἔχειν, σῖγα ἔχειν, Or. 1556. ἦ σῖγ' ἔχωμεν; et alia similia multa. Hoc sane melius cum καθήμενος, cui respondet, congruit, et verum esse credo. *Brunck.*

κἂν θέλῃς λάθρα.] Omnino legendum cum Piersono κἂν ἔλθῃς λάθρα. Verisim. p. 128. *Musg.*

Ἀλλ' ἐξιχνεύσουσίν σε,] Hic ἐξιχνεύσουσιν habet ι brevem ante χν, ut στα ante θμὸς, supra v. 800. Cujus rei exempla suppetunt Phœniss. v. 19. *Barnes.*

Reisk. conjicit: κἂν θέλῃς λαθεῖν. *Beck.*

807. Ἄγωμεν οὖν σε,] Ita legendum, non, ut vulgo, ἄγω μὲν οὖν σὲ. Dicitur autem interrogative pro ἄξομεν. vid. Electr. v. 377. Quare ad finem versus interrogationis nota ponenda est. *Musg.*

Ἄγω μὲν οὖν σε,] Ita potius, quam ἄγωμεν, ob sequens Ἄγ' ὡς τάχιστα. *Barnes.*

Heath. suspicabatur:

Ἄγοιμ' ἂν οὖν σε, κἀπιχειρήσεις ὁδῷ;

Anne igitur te ducam, et iter hoc aggredieris? Beck.

808. Ἄγ' ὡς τάχιστα· τοῦ χρόνου δέ σ' οὐ φθονῶ.] Hæc non bene congruere mihi videntur. Qui moræ impatiens est, qualem esse Pentheum arguunt hæc verba, ἄγ' ὡς τάχιστα, is temporis parcus esse solet. Vere ait Ulysses, quum Hecubæ morem gerens, illi veniam dat a se quid velit sciscitandi (Hec. 238.)

ἔξεστ', ἐρώτα· τοῦ χρόνου γὰρ οὐ φθονῶ.

Sed hic ratio dispar est. Aliud quid pro χρόνου poëtam scripsisse suspicor. Mallem τοῦ πόνου δέ σ' οὐ φθονῶ. Est autem hic σ' pro σοί. Vide notata ad Med. 56. χρόνος et πόνος commutata vidimus ad Hippol. 371. *Brunck.*

809. νὺν] Ita recte Barnesius, auctore Scaligero. Ed. Ald. νιν. *Musg.*

Στεῖλαί νυν] Ita Canterus et Scaliger: nec enim νιν hic locum habet. βυσσίνους πέπλους] De Bysso vid. quæ Joh. Brodæus in hunc locum ex Polluce, Plinio, Pausania et Philostrato adnotavit. *Barnes.*

810. Interpungo:

τί δὴ τόδ'; εἰς γυναῖκας ἐξ ἀνδρὸς τελῶ;

i. e. *Quid hoc rei est? An ex viro in fœminam convertor? Musg.*

Heath. et Reisk. jam ita interpungendum suaserant. *Beck.*

ἐξεμούσωσεν τάδε.] Ἐκμουσόω, ἐκδιδάσκω, duplicem regit accusativum. *Barnes.*

ΠΕΝ. Τὸ δεύτερον δὲ σχῆμα τοῦ κόσμου τί μοι;
ΔΙΟ. Πέπλοι ποδήρεις· ἐπὶ κάρᾳ δ' ἔσται μίτρα.
ΠΕΝ. Ἦ καί τι πρὸς τοῖσδ' ἄλλο προσθήσεις ἐμοί;
ΔΙΟ. Θύρσον τε χειρὶ, καὶ νεβροῦ στικτὸν δέρας.
ΠΕΝ. Οὐκ ἂν δυναίμην θῆλυν ἐνδῦναι στολήν.
ΔΙΟ. Ἀλλ' αἷμα θήσεις, ξυμβαλὼν Βάκχαις μάχην.
ΠΕΝ. Ὀρθῶς· μολεῖν χρὴ πρῶτον εἰς κατασκοπήν.
ΔΙΟ. Σοφώτερον γοῦν, ἢ κακοῖς θηρᾶν κακά.
ΠΕΝ. Καὶ πῶς δι' ἄστεος εἶμι, Καδμείους λαθών;

Pen. Secunda vero species ornatus quænam *erit* mihi?
Bac. Pepli talares, et supra caput erit mitra.
Pen. An præter hæc etiam aliquid aliud addes mihi?
Bac. Thyrsum manibus, et maculosam hinnuli pellem.
Pen. Non possem fœmineam induere vestem.
Bac. Sed cædem dabis, committens prœlium cum Bacchis.
Pen. Prudenter *dicis :* primum ad explorationem oportet ire.
Bac. Consultius profecto *fuerit hoc*, quam malis venari mala.
Pen. At quomodo per urbem ibo clam Thebanis?

819. Κόμην μὲν ἐπὶ σῷ κρατὶ ταναὸν ἐκτενῶ.] En hic iterum totum Baccharum apparatum; Comam nempe extensam et diffusam; vestem talarem et fluentem; thyrsum, nebrida, et quod ante quoque notavimus, mitram; de qua Virgilius, ubi Remulus Trojanis hæc matris Phrygiæ orgia objicit, Æn. Lib. IX. v. 614. "Vobis Picta croco et fulgenti murice vestis, Desidiæ cordi; juvat indulgere choreis, Et tunicæ manicas et habent redimicula mitras." Vide supra ad v. 34. *Barnes.*

Forte, ταναὸν ἐκ κτενῶν, *ope pectinis*. *Reisk.*

823. Hunc versum cum alio, Ἄῤῥην πεφυκὼς καὶ γένους ἐξ ἄῤῥενος, conjuncto, citat Suid. v. Ἀρίστιππος. *Burn.*

825. Ἀλλ' αἷμα θήσεις,] Ingeniose Tyrwhittus: "Sensus, opinor, postulat, ut pro αἷμα scribatur εἷμα. Pentheus scilicet vestem muliebrem detrectaverat. Bacchus igitur: *sed vestem*, inquit, *depones*, cum pugnam ineas." Videndum tamen, an retineri possit vulgata, hoc sensu: *verum cædis edendæ causa eris, prælio cum Bacchis congrediens*. αἷμα θήσω, ut αἷμα θέσθαι, Orest. v. 833. vid. et Ion. v. 1225. Quid si etiam huc respiciat, quod dicit infra Pentheus, v. 830.

Πᾶν κρεῖσσον, ὥστε μὴ γελᾷν βάκχας ἐμοί.

i. e. *Quidvis satius est*, sive ista, quam objicis, cædes, sive muliebris hic vestitus, *quam ut Bacchæ, impune hoc auferentes, mihi irrideant*. Nondum enim Pentheus de muliebri vestitu induendo constituerat. vid. v. 840. *Musg.*

Cogitavi aliquando ἀλλ' αἷμ' ἀφήσεις, sed fortassis relinquenda Euripidi sua dictio. αἷμα θεῖναι dixerit pro καταθεῖναι. *Beck.*

Cum Plato apud Dionysium, Siciliæ tyrannum, convivio exciperetur, et allata esset stola purpurea, ut eam indueret, repudiasse eam fertur, allatis his versibus:

Οὐκ ἂν δυναίμην θῆλυν ἐνδῦναι στολὴν
Ἄῤῥην πεφυκὼς καὶ γένους ἐξ ἄῤῥενος.

quos Euripidi tribuit Suidas V. Ἀρίστιππος. Sed alterum forte ipse Plato addidit, aut ex alia tragœdia depromsit. *Heath.*

830. μὴ γελᾷν Βάκχας] Emendat Piersonus μὴ 'γγελᾷν Βάκχας. Verisim. p. 128. Sed frustra. ἐγέλασεν εὐχαῖς occurrit Iphig. in Taur. v. 277. κακοῖς γελῶν, Soph. Ajac. v. 1067. De sensu versus vide notam præcedentem. *Musg.*

ΔΙΟ. Ὁδοὺς ἐρήμους ἴμεν· ἐγὼ δ' ἡγήσομαι.
ΠΕΝ. Πᾶν κρεῖσσον, ὥστε μὴ γελᾶν Βάκχας ἐμοί.
Ἐλθόντ' ἐς οἴκους, ἅ ἂν δοκῇ βουλεύσομεν.
ΔΙΟ. Ἔξεστι πάντη· τό γ' ἐμὸν εὐτρεπὲς πάρα.
ΠΕΝ. Στείχοιμ' ἄν· ἢ γὰρ ὅπλ' ἔχων πορεύσομαι,
Ἢ τοῖσι σοῖσι πείσομαι βουλεύμασι.
ΔΙΟ. Γυναῖκες, ἀνὴρ εἰς βόλον καθίσταται·
Ἥξει δὲ Βάκχας, οὗ θανὼν δώσει δίκην.
Διόνυσε, νῦν σὸν ἔργον, οὐ γὰρ εἶ πρόσω,

Bac. Per vias latentes ibimus: ego vero dux ero.
Pen. Quidvis melius, quam ut Bacchæ me derideant.
Profecti in ædes, quid sit necesse, consultabimus.
Bac. Aliquid quod usui sit: in omnibus adsum paratus.
Pen. Ibo: vel enim milites mecum habens proficiscar,
Aut tuis parebo consiliis.
Bac. O mulieres, vir hic in retis jactu stat:
Veniet autem ad Bacchas, ubi moriens pœnas dabit.
O Bacche, nunc tuum opus *est*; non enim procul abes.

Etiam Reisk. emendat μὴ 'γγελᾶν. *Beck.*

831. ἅ ἂν δοκῇ] Ita Aldi optima editio, et ita sensus postulat, Canterique habet editio, pro ἃ ἄν: alii ἂν tantum legunt, de qua lectione videsis Æm. Port. *Barnes.*

Pentheus jam putandus est non amplius mentis compos, unde sequitur Bacchum, ei confidit, quem paullo ante, ut impostorem, morti destinaverat. *Heath.*

832. Hunc versum non Ed. Ald. tantum, sed doctissimi etiam interpretum, Piersonus et Tyrwhittus, Pentheo tribuunt. Verum si Pentheus, finito hoc colloquio, nondum animum induxerat ad muliebrem vestitum induendum, vid. v. 840. quomodo hic profitetur, se ad quidvis faciendum paratum esse? Sin a Baccho versus enunciatur, consequens erit, vocem ἔξεστι, quæ nullum tum sensum habebit, mendosam esse. Legendum forte:

ἐλθόντ' ἐς οἴκους, ἂν δοκῇ, βουλεύσομεν
ἐς εὖ τι· πάντῃ τό γ' ἐμὸν εὐτρεπὲς πάρα.

i. e. Quoniam adhuc hæsitas, *domum introëuntes, si placet, bonum aliquid consilium dispiciemus: mea certe opera ad quidvis tibi præsto erit.* ἐς εὖ τι, ut εἰσαεὶ, εἰσαῦθις, ἐς τρὶς, Theocrit. Idyll. II. v. 43. εἰς ἅλις, Id. Idyll. XXV. v. 17. Ælianus: καὶ τινὰ ἐξ αὐτοῦ διδασκαλίαν ἐναυσάμενοι, κᾆτα ἐμιμήσαντο ἐς τὸ εὖ καὶ καλῶς, apud Suidam v. ἐναύσματα.

Clem. Alex. εἰς εὖ καταχρήσεται, p. 656. B. Aristides: εἰς μάτην γίγνεσθαι τοὺς λόγους, Tom. III. p. 716. Lucianus Tragopodagra: ὡς εἰς μάτην σε πάντες ἀμφιθάλπομεν. iterumque: οὐκ εἰς μάτην, βέλτιστε.

εὐτρεπὲς] Ita Canterus ex conjectura. Ed. Ald. εὐπρεπὲς. *Musg.*

εὐπρεπὲς πάρα.] Canter. legit εὐτρεπὲς. Vid. supra ad v. 432. *Barnes.*

Heath. versum Baccho adscribit, vertitque: *Ubicunque velis licet; quod a me sane pendet,* (εὐτρεπὲς) *tibi adest.* *Beck.*

833. Hunc et sequentem versum editi Nuncio tribuunt. Sed Pentheo recte asserunt Piersonus et Tyrwhittus. Sensus est: *Abeo: vel enim militibus cinctus in montem proficiscar, vel tuis consiliis* de muliebri vestitu induendo *obtemperabo.* Si quæratur, quid tertium fuerit; responsio est: potuit in montem, propria vestimenta gerens, vel solus, vel cum paucis, speculandi causa, ire. *Musg.*

836. s. Legendum, sedibus horum versuum intermutatis:

Τισώμεθ' αὐτόν. πρῶτα δ' ἔκστησον φρενῶν,
Ἐνεὶς ἐλαφρὰν λύσσαν· ὡς, φρονῶν μὲν εὖ,
Οὐ μὴ θελήσει θῆλυν ἐνδῦναι στολὴν,
Ἔξω δ' ἐλαύνων τοῦ φρονεῖν, ἐνδύσεται.
Χρῄζω δέ νιν γέλωτα Θηβαίοις ὄφλειν,
Γυναικόμορφον ἀγόμενον δι' ἄστεος,
Ἐκ τῶν ἀπειλῶν τῶν πρὶν, αἷσι δεινὸς ἦν.
Ἀλλ' εἶμι κόσμον, ὅνπερ εἰς Ἅιδου λαβὼν
Ἄπεισι, μητρὸς ἐκ χεροῖν κατασφαγεὶς,

Ulciscamur eum: primum autem deturba de sede mentis,
Immittens levem rabiem: utpote qui sanam mentem habens
Non velit induere fœmineam vestem,
Extra vero mentis sanitatem profectus, induet.
Nunc autem volo ipsum risum Thebanis præbere,
In habitu fœmineo ductum per urbem,
Post priores minas, quibus terribilis erat.
Sed vado, ornatum, quo accepto, ad inferos
Vadet interfectus maternis manibus,

ΔΙΟ. Γυναῖκες, ἀνὴρ εἰς βόλον καθίσταται.
ἥξει δὲ βάκχας, οὗ θανὼν δώσει δίκην.
Musg.

840. Οὐ μὴ θελήσει,] Perperam vulgo θελήσῃ. Ad linguæ normam futurum indicativi reponi debuit. Vide Rich. Dawes Miscell. Crit. pag. 222. Ad sensum non male scriberetur οὐκ ἂν θελήσοι. *Utpote qui, sanæ mentis si esset, nollet. Brunck.*

841. ἐλαύνων] Subaudi ἑαυτὸν idem, quod ἐλασθεὶς; sin ad Bacchum referatur, erit syntaxis impedita, de qua re vid. Iphig. Taur. v. 696. *Barnes.*

Ἔξω ἐλαύνων τοῦ φρονεῖν,] *Extra mentis sanitatem evectus.* Minime enim necesse est, subaudire ἑαυτὸν, cum ἐλαύνειν significet, *progredi, evadere, iter facere. Heath.*

842. ὄφλειν,] Hic prior syllaba communis est. Vid. supra ad v. 805. *Barnes.*

847. ss. Hujus loci, cujus verba nonnulla obscuriora sunt, sensum ita expressit Prev.: "Il sentira trop tard, que Bacchus est un dieu, et qu'il n'est pas moins formidable aux impies, qu'il est propice et doux aux hommes sages et religieux." *Beck.*

848. Audacter, aut, ut forte alii dicent, temere, vulgatam horum versuum scripturam, in qua nihil sani est, mutavi, et quod loquentis personæ mens flagitat, reposui. Ediderat Aldus:

ὃς πέφυκεν ἐν τέλει θεὸς
δεινότατος, ἀνθρώποισι δ' ἠπιώτατος.

Eximium benigni et clementis, quo se erga universum genus humanum animi esse jactat his verbis Bacchus, specimen in Cadmi filias et nepotem edit. Numquid potest absurdius dici? At impiis formidabilem, piis mitissimum esse, quid deum magis decet? *Brunck.*

Interpretes jam olim exercuit ἐν τέλει, estque haud dubie mendosum. Sed neque ἀνθρώποισι, attentius consideranti locum, tueri se potest. Nam cum dicitur Bacchus maxime formidabilis esse, hominibus vero placidissimus, consequens est, eum alii cuidam animantium generi, hominibus seclusis, formidabilem esse. Non incommodum foret:

ὃς πέφυκεν ἐν πάλῃ θεὸς
δεινότατος, εὐτρόποισι δ' ἠπιώτατος.

i. e. *qui deus est in contentionibus admo-*

Πενθεῖ προσάψων· γνώσεται δὲ τὸν Διὸς
Διόνυσον, ὃς πέφυκεν ἀνοσίοις βροτοῖς
Δεινὸς, φρονοῦσι δ', ἠπιώτατος θεῶν.
ΧΟ. Ἆρ' ἐν παννυχίοις χοροῖς στροφή.
Θήσω ποτὲ λευκὸν
Πόδ', ἀναβακχεύουσα,
Δέρην αἰθέρ' ἐς δροσερὸν
Ῥίπτουσ', ὡς νεβρὸς χλοεραῖς
Ἐμπαίζουσα λείμακος ἡδοναῖς,

Pentheo induturus. Cognoscet vero Jovis filium
Bacchum, qui genitus est impiis hominibus
Formidabilis, piis vero mitissimus.
Cho. Num in nocturnis choris
Ponam aliquando candidum
Pedem bacchans,
Cervicem in roscidum aërem
Jactans, veluti caprea, in viridantibus
Deliciis prati ludens,

dum formidabilis, bene moratis vero placidissimus. Musg.

Ἐν τέλει] Simpliciter pro *in fine, tandem;* vel, ut alii, ἐν ταῖς τελεταῖς. *Barnes.*

Reisk. conjicit ἐν τέλει θεῶν. *Beck.*

γνώσεται δὲ τὸν Διὸς
Διόνυσον, ὍΣ πέφυκεν ἘΝ ΤΕΛΕΙ ΘΕΟΣ
Δεινότατος, ἈΝΘΡΩΠΟΙΣΙ δ' ἠπιώτατος.

Multum hic locus exercuit criticos. Verba ἐν τέλει in mendo cubant, neque ἀνθρώποισι sanum videri potest. Brunckius, cum nihil sani his versibus inesse judicaret, ipse duos procudit versus, eosque in corruptorum locum substituit. Musgravius minus audacter, neque tamen satis feliciter, correxit:

ὃς πέφυκεν ἐν πάλῃ θεὸς
δεινότατος, εὐτρόποισι δ' ἠπιώτατος.

Jam meam qualemcunque conjecturam proponam:

γνώσεται δὲ τὸν Διὸς
Διόνυσον, ὩΣ πέφυκεν ἘΝ ΓΕ ΛΟΙΔΟΡΟΙΣ
δεινότατος, ἘΝ ὉΣΙΟΙΣΙ δ' ἠπιώτατος.

Recte sibi invicem opponuntur οἱ λοίδοροι et οἱ ὅσιοι. *Deorum cultores, et ii, qui deorum numina contemnunt.* ἐν vero pro εἰς positum res notissima. δεινὸς εἴς τινα plus semel dixit Euripides. Iphigen. in Aul. 480. οὐκ εἰς σὲ δεινός. Androm. 159. δεινὴ εἰς τὰ τοίαδε. Sensus igitur hic est: *Jam Pentheus Bacchum noverit, quam graves pœnas ingerat contemtoribus numinis sui, at quam lenis Deus iis sit, qui illum, ut par est, colunt et venerantur. Jacobs.*

851. s. λευκὸν Πόδ'] Vide supra ad v. 654. *Musg.*

853. Lege ob metrum: αἰθέρ' εἰς δροσερὸν. *Musg.*

Δέρην εἰς αἰθέρα δροσερὸν Ῥίπτουσ'] Hinc Bacchæ ῥιψαύχενες. Vid. v. 150. *Barnes.*

854. ὡς νεβρὸς] Ab his vocibus usque ad finem, v. 864. producitur lascivientis hinnuli descriptio, quicum se confert Mænas. V. 861. inepte vulgo et absque ullo sensu legitur μόχθοις τ', ὠκυδρόμοις τ' ἀέλλαις, quod a me recte emendatum fuisse confido. V. seq. παραποτάμιον una voce scribi debere jam viderat Reiskius. *Brunck.*

855. Ἐμπαίζουσα] Ed. Ald. ἐμπάζουσα,

Ἡνίκ' ἂν φοβερὸν φύγῃ
Θήραμ' ἔξω φυλακᾶς
Εὐπλέκτων ὑπὲρ ἀρκύων·
Θωΰσσων δὲ κυναγέτας
Συντείνῃ δρόμημα κυνῶν·
Ἶσα δ' ὠκυδρόμοις ἀέλλαις
Θρώσκῃ πεδίον παραποτάμιον, ἡδομένα
Βροτῶν ἐρημίαις,
Σκιαροκόμου τ' ἐν ἔρνεσιν ὕλας;

Quando effugerit formidandam
Venationem extra custodiarum
Super retia bene contexta:
Vociferans vero venator
Intendit cursum canum:
Similis rapidis vero turbinibus
Saltat planiciem juxta flumineam, gaudens
Mortalium solitudine
Opacæque sylvæ frondibus?

unde alii ἐμπλάζουσα. Metrum porro postulare videtur ἐμπαίζουσ' αὖ. *Musg.*

Ἐμπαίζουσα] Ita Scalig. recte: nihil enim hic loci ἐμπάζουσα, quod prius aderat, habet: ἐμπάζομαι enim *curo*, Homer. λείμακος] Ἡ λείμαξ verbum Euripideum. Vide ad Phœniss. v. 1587. *Barnes.*

855. s. Ita hæc metra constitui vult Heath.

Ἐμπαίζουσα λείμακος ἢ glyconius πολυσχηματιστος.
δοναῖς, ἡνίκ' ἂν φοβερὸν φύγῃ epichoriambicus trimeter brachycatalectus.

et in antistropha:

Αὔξοντας, σὺν μαινομένᾳ
Δόξᾳ. Κρυπτεύουσι δὲ ποικίλως.

Beck.

859. Θωΰσσων δὲ Κυναγέτας] Mirum, quantum hallucinatus est hoc in loco Johann. Brodæus, qui Θωΰσσων dicit Attice poni pro Θωΰσσουσα, et ad νεβρὸς refert, cum ὁ κυναγέτας ad illud referri debet: θωΰσσω enim est *canes venaticos clamore incito*, ut Hippolyt. v. 219. Κυσὶ θωΰξαι. Schol. Κυσὶ μὲν συρίζειν, ἐπὶ θῆρας δὲ ὁρμᾷν. Aliquando etiam de canum latratu accipitur. Et Antholog. *Aper furiosus* dicitur κάπρος θωΰκτὴρ, sed de caprea, aut hinnulo, nunquam hæc vox usurpatur.

Barnes.

Pentheo Dionysi artibus abducto, Chorus periculum imminens suis capitibus depulsum esse lætatus, animi sensus inde a v. 850. explicat:

Θωΰσσων δὲ κυναγέτας
συντείνῃ δρόμημα κυνῶν,
ΜΟΧΘΟΙΣ Τ' ὨΚΥΔΡΟΜΟΙΣ Τ' ἈΕΛΛΑΙΣ
θρώσκῃ πέδιον παραποτάμιον ἡδομένα
βροτῶν ἐρημίαις.

Totum hoc phantasma satis quidem perspicuum sed hæremus in tertio versu, quem Latinus interpres sic vertit: *et laboribus et rapidis procellis caprea similis.* Vulnus igitur in v. Μόχθοις hæret. Fortasse:

ΜΟΣΧΟΣ Τ' ΩΚΥΔΡΟΜΟΣ' ΙΣ' ἈΕΛΛΑΙΣ.

μόσχος idem est ac νέβρος versu 854. ὡς νέβρος χλοεραῖς ἐμπαίζουσα λείμακος ἡδοναῖς. Iphigen. in Aul. 1082.

Τί τὸ σοφὸν, ἢ τί τὸ κάλλιον
Παρὰ θεῶν γέρας ἐν βροτοῖς,
Ἢ χεῖρ' ὑπὲρ κορυφᾶς
Τῶν ἐχθρῶν κρείσσω κατέχειν;
Ὅ τι καλὸν, φίλον ἀεί.
Ὁρμᾶται μόλις, ἀλλ' ὅμως ἀντιστροφή.
Πιστόν τό γε θεῖον
Σθένος· ἀπευθύνει δὲ
Βροτῶν τούς τ' ἀγνωμοσύναν

Ecquid *est* præstantius, aut pulchrius
Munus a diis *datum* inter homines,
Quam manum supra verticem
Hostium victricem habere?
Quod pulchrum *est*, semper *est* gratum.
Ægre commovet se, sed tamen
Certum est divinum
Robur. Punit vero
Homines impietatem

ὥστε πετραίων ἀπ' ἄντρων ἐλθοῦσαν
Ὀρέων μόσχον ἀκήρατον.

Jam videamus totum locum: *Venator quidem alte vociferans canes ad cursum incitat.* Hinnulus autem ventos pedum pernicitate exæquans *intendit cursum in campo flumine irriguo, gaudens desertis et solitudine.* h. gaudens se tuto in ea loca penetrasse, ubi nihil sibi ab hominum insidiis timendum sit. Proximus versus fortasse sic legendus:

σκιαροκόμου τ' ἐν ὌΡΓΑΣΙΝ ὕλας.

pro ἐν ἔρνεσιν. Bacch. 335. κρείσσον' ἐν κυνηγίαις Ἀρτέμιδος εἶναι κόμπασαντ' ἐν ὀργάσιν. 445. πρὸς ὀργάδας σκιρτῶσι. Vid. de hac v. Alberti ad Hesych. V. Rhunken. ad Timæ, p. 141. Duker. ad Thuc. I. p. 91. *Jacobs.*

862. παραποτάμιον] Una voce scribit Reisk. *Beck.*

864. Σκιαροκόμου τ' ἐν ἔρνεσιν ὕλας] Ὕλας σκιαρὰς κόμας ἐχούσης. Κόμη, τὰ φύλλα. Sic Horat. diffugere nives; redeunt jam gramina campis, Arboribusque comæ. *Barnes.*

865. Τί τὸ σοφὸν, ἢ τί τὸ κάλλιον, etc.] Hoc πεντάστιχον est, ut nos diximus, onus hujus Chori et ad finem antistrophæ similiter repetitur. Pulchrum autem dicit, atque ideo gratum probat, a diis id concessum habere, ut inimicis superiores simus. Quanquam, qui Christum novit, clementia et venia tum maxime utetur. *Barnes.*

Leg. καλὸν, et sic quoque, v. 885. *quidnam est illustre? quidnam est pulchrum?* respondent sequentia: *habere donum aliquod a diis datum. Reisk.*

869. Ὅ, τι καλὸν, φίλον ἀεί·] Plato in Lyside, citatus a Mureto, Var. Lect. VI. c. 4. κινδυνεύει κατὰ τὴν ἀρχαίαν παροιμίαν, τὸ καλὸν φίλον εἶναι. vide et Theognid. v. 15. *Musg.*

Ὅ, τι καλὸν, φίλον αἰεί·] Theognis, v. 15. originem hujus sententiæ Musis attribuit — Μοῦσαι καὶ χάριτες, κοῦραι Διὸς, αἵ ποτε Κάδμου Ἐς γάμον ἐλθοῦσαι, καλὸν ἀείσατ' ἔπος· Ὅ, τι καλὸν φίλον ἐστὶ, τὸ δ' οὐ καλὸν, οὐ φίλον ἐστί. Τοῦτ' ἔπος ἀθανάτων ἦλθε διὰ στομάτων. Vide in eum locum Camerarii Græcam interpretationem: vid. etiam M. Anton. Mureti Variar. Lection. Lib. IV. c. 4. et quæ nos ad Phœniss. v. 828. *Barnes.*

870. Ὁρμᾶται μόλις, ἀλλ' ὅμως] Deus est *ad Pœnas tardus, ad præmia velox;* Dei Justitia habet *Laneos pedes et ferreas*

Τιμῶντας, καὶ μὴ τὰ θεῶν
Αὔξοντας, σὺν μαινομένᾳ δόξᾳ·
Κρυπτεύουσι δὲ ποικίλως
Δαρὸν χρόνου πόδα, καὶ
Θηρῶσιν τὸν ἄσεπτον· οὐ
Γὰρ κρεῖσσόν ποτε τῶν νόμων
Γιγνώσκειν χρὴ, καὶ μελετᾷν.
Κούφα γὰρ δαπάνα, νομίζειν
Ἰσχὺν τόδ' ἔχειν, ὅ τι ποτ' ἄρα το δαιμόνιον,
Τό τ' ἐν χρόνῳ μακρῷ
Νόμιμον, ἀεὶ φύσει τὶ πεφυκός.
Τί τὸ σοφὸν, ἢ τί τὸ κάλλιον
Παρὰ θεῶν γέρας ἐν βροτοῖς,

Colentes, et Deorum *numen* non
Colentes, insana opinione.
Occultant autem *dii* varie
Diuturnitatem temporis pedem, et
Venantur impium: non
Enim unquam excellentius quid legibus,
Cogitare convenit, aut meditari.
Levis enim *est* sumptus existimare,
Divinum numen, quodcunque tandem illud *sit*, robur habere,
Longoque tempore
Perpetim ut jus receptum naturale aliquid esse.
Ecquid *est* præstantius, aut pulchrius
A diis munus inter homines,

manus; et illud Horatii — *Raro antecedentem scelestum deseruit pede pœna claudo;* D. Jacob. c. 2. v. 13. Ἡ γὰρ κρίσις ἀνίλεως τῷ μὴ ποιήσαντι ἔλεος, καὶ κατακαυχᾶται ἔλεος κρίσεως. *Barnes.*

875. συμμαινομένᾳ] Ita Ed. Ald. Barnesius σὺν μαινομένᾳ. Pro δόξᾳ an δοκοῖ. vid. Electr. 47. *Musg.*

876. Κρυπτεύω] Idem quod κρύπτω. *Beck.*

877. χρόνου πόδα,] Catachrestice, ut videtur, pro χρόνον. Irridet porro Aristophanes Ran. v. 100. ubi Scholiastes: ἐξ Ἀλεξάνδρας Εὐριπίδου, καὶ χρόνου πρόβαινε πόδα. *Musg.*

Δαρὸν χρόνου πόδα,] Ita Horat. *Cito pede labitur Annus.* Et: *Tacito pede præterit Ætas.* Et Morti etiam pes æque tribuitur, ac Tempori, ut Horat. *Pallida Mors æquo pulsat pede Pauperum tabernas, regumque turres.* In hunc autem ipsum sensum idem Horatius dixit: *Raro antecedentem scelestum Deseruit pede pœna claudo. Barnes.*

πόδα pendet a κρυπτεύουσι, non a χρόνου, ut persuaserat sibi Barn. Sententia est: *Occultant autem dii vafre, et per longum temporis spatium, gressus suos.* Versus autem est glyconius πολυσχηματιστος, constans ex palimbacchio, cui opponitur molossus, et choriambo. *Heath.*

878. τὸν ἄσεπτον·] Τὸν ἀσεβῆ. *Barnes.*

881. Forte, κρύφιον γὰρ δεῖ πάντα νομίζειν, *clam serpens. Reisk.*

Ἢ χεῖρ' ὑπὲρ κορυφᾶς
Τῶν ἐχθρῶν κρείσσω κατέχειν;
Ὅ τι καλὸν, φίλον ἀεί.
Εὐδαίμων μὲν, ὃς ἐκ θαλάσσας ἐπῳδός.
Ἔφυγε κῦμα, λιμένα δ' ἔκιχεν·
Εὐδαίμων δ', ὃς ὕπερθε μόχθων
Ἐγίγνεθ'· ἑτέρᾳ δ' ἕτερος ἕτερον
Ὄλβῳ καὶ δυνάμει παρῆλθεν.
Μυρίαι μυρίοισιν
Ἔτ' εἰσὶν ἐλπίδες· αἱ μὲν
Τελευτῶσιν ἐν ὄλβῳ
Βροτοῖς, αἱ δ' ἀπέβησαν· τὸν δὲ, κατ' ἦμαρ
Ὅτῳ βίοτος εὐδαίμων, μακαρίζω.

Quam manum supra verticem
Hostium victricem tenere?
Quod pulchrum *est*, semper *est* gratum.
Beatus ille, qui ex mari
Effugit fluctus, et attigit portum.
Beatus etiam, qui superior laboribus
Evasit: alia vero *ratione* alius alium
Felicitate, et potentia superavit.
Infinitæ infinitis
Adhuc adsunt spes; *quarum* hæ quidem
Finiuntur in opulentia
Mortalibus, aliæ vero *inanes* evaserunt. Illum vero, in diem
Cui vita *est* beata, beatum puto.

882. Ἰσχὺν τόδ' ἔχειν,] Sic ad metri præscriptum Heathius. Mox ἀεὶ φύσει τι πεφυκὸς, subaudi εἶναι. Bene Musgravius τὶ pro τὸ reponendum censuit. *Brunck.*

Ut metrum strophæ respondeat, legendum Ἰσχὺν τόδ' ἔχειν. Versus enim est anapæsticus trimeter brachycatalectus. Minus autem plene distinguendum post δαιμόνιον, ut continuetur oratio. *Heath.*

884. τὸ πεφυκός.] Malim: τὶ πεφυκὸς, *naturale aliquid.* Nempe τὸ ἐν χρόνῳ μακρῷ νόμιμον pro subjecto habeo, φύσει πεφυκός τι pro prædicato. *Musg.*

885. Τί τὸ σοφὸν, ἢ τί τὸ κάλλιον] Vid. supra ad v. 865. *Barnes.*

898. Num ἀπέσβησαν, *exstinguuntur, exstinctæ fatiscunt.* *Beck.*

ARGUMENTUM ACTUS QUARTI.

Bacchus jam Pentheum muliebri ornatu et Bacchico habitu vestitum in Scenam producit, mente alienatum, et ludibrio spectatorum exponit; quasi exploratum euntem, quum in manifestum duceretur exitium. Chorus abeunti Pentheo interitum denuntiat, impietatis mercedem; multaque monet de religione colenda. Nuntius Penthei a Bacchis discerpti casum narrat et vivis coloribus depingit. Chorus Bacchi de Pentheo vindictæ gratulatur, et serio ob eam rem triumphat.

ΔΙΟ. Σὲ, τὸν πρόθυμον ὄνθ', ἃ μὴ χρεὼν, ὁρᾷν,
Σπεύδοντά τ' ἀσπούδαστα, Πενθέα λέγω,
Ἔξιθι πάροιθε δωμάτων, ὄφθητί μοι,
Σκευὴν γυναικὸς μαινάδος Βάκχης ἔχων,
Μητρός τε τῆς σῆς καὶ λόχου κατάσκοπος·

Bac. Te cupidum videre ea, quæ non fas *est*,
Et tentantem non tentanda, Penthea compello:
Egredere ante ædes, in meum conspectum prodi,
Habens ornatum mulieris Mænadis Bacchæ,
Et tuæ matris, et *Bacchici* cœtus explorator:

901. Πενθέα λέγω,] Vel λ est ectaticum, ut alias semel: vel Πενθέα per se ultimam producit, ut Phœniss. v. 1267. et alibi alias nos sæpe observavimus. *Barnes.*

904. Reisk. conjicit κἀλόχου, i. e. καὶ ἀλόχου, *et uxoris. Beck.*

905. Quod, alio ordine positis vocibus, legatur vulgo:

πρέπεις δὲ Κάδμου θυγατέρων μορφῇ μιᾷ,

id aut veteris librarii, aut operarum in Aldi officina, errori tribuendum est. Similes vocum trajectiones, quibus sensus obscuratur multis in locis, nec omnibus observatis, invexit librariorum lascivia. In Oreste, v. 1186. nullus dubito, quin rescribendum sit:

τάφῳ κατασπείσουσ', ὑπὲρ μητρὸς, χοάς.

Et sic etiam non male retineri posset Aldina lectio τάφου: quod tamen necesse non est: nam κατὰ in compositione dativum etiam adsciscit. Homerus Odys. χ'. 463.

τάων, αἳ δὴ ἐμῇ κεφαλῇ κατ' ὀνείδεα χεῦαν.

Rhianus Epigr. II. in Analectis nostris, T. I. p. 480. *Brunck.*

πρέπεις] *Similis es.* Sic Alcest. v. 1140. εἴ τι σοὶ δοκεῖ πρέπειν Γυναικί. Pro μορφῇ melius foret, ambiguitatis vitandæ causa, μορφήν. Homerus, eadem constructione, Il. I. v. 114.

ἐπεὶ οὔ ἕθεν ἐστὶ χερείων,
οὐ δέμας, οὔτε φυὴν, οὔτ' ἄρ' φρένας, οὔτε τι ἔργα.

Virg. Æneid. I. v. 593.

Os humerosque Deo similis.

Musg.

πρέπεις] Ὅμοιος εἶς, δι' εὐπρέπειαν δηλονότι. Εἰρωνεύει ὁ Διόνυσος. Καὶ Ἡσύχιος· πρέπον, ὅμοιον. *Barnes.*

906. s. Καὶ μὴν ὁρᾷν μοι δύο μὲν ἡλίους δοκῶ, Δισσὰς δὲ Θήβας,] Hunc locum respexit Virgil. Æn. Lib. IV. v. 469. *Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus, Et geminum solem et duplices se ostendere Thebas.* Vid. M. Anton. Mureti Variar. Lection. Lib. VII. c. 24. *Barnes.*

909. Καὶ σῷ κέρατε κρατὶ προσπεφυκέναι.] Lectionem hanc, H. Stephano probatam, perperam sollicitant recentiores critici. Media in κέρατε syllaba longa est ob contractionem; fit enim a κεράατε, unde juxta accentuum regulas scribi deberet

Μορφῇ δὲ Κάδμου θυγατέρων πρέπεις μιᾷ.
ΠΕΝ. Καὶ μὴν ὁρᾷν μοι δύο μὲν ἡλίους δοκῶ,
Δισσὰς δὲ Θήβας, καὶ πόλισμ' ἑπτάστομον·
Καὶ ταῦρος ἡμῖν πρόσθεν ἡγεῖσθαι δοκεῖς,
Καὶ σῷ κέρατε κρατὶ προσπεφυκέναι.
'Αλλ' ἦ ποτ' ἦσθα θήρ; τεταύρωσαι γὰρ οὖν.
ΔΙΟ. 'Ο θεὸς ὁμαρτεῖ, πρόσθεν ὢν οὐκ εὐμενής,
Ἔνσπονδος ἡμῖν νῦν· ὁρᾷς, ἃ χρή σ' ὁρᾷν.
ΠΕΝ. Τί φαίνομαι δῆτ'; οὐχὶ τὴν 'Ινοῦς στάσιν,

Similis profecto es figura uni filiarum Cadmi.
Pen. Atqui mihi videor videre duos soles,
Geminasque Thebas, et oppidum septem-portarum,
Et taurus existens videris nobis præire,
Et tuo capiti duo cornua adnata esse.
Sed num revera es fera? formam enim tauri geris.
Bac. Deus præcedit nos non benevolus existens,
Confœderatus nobis: nunc autem vides ea, quæ te videre convenit.
Pen. Quid videor tandem? num Inus statum,

κερᾶτε, quod jam dudum an adverti ad Anacreontis Odarium II.

φύσις κέρατα ταύροις.

Oppianus Cyneg. II. 91.

κινοῦσι δὲ κέρατα, καὶ ἀγκλίνουσ' ἑκάτερθε.

Imperite ad Anacreontem quærit Baxterus: *Quis unquam legit κεράατος, vel κεράατα?* Legerunt omnes, qui in Græca poësi hospites non sunt. Aratus Phœn. 174.

ταὶ μέν ῥ' ἐπὶ παντὶ μετώπῳ
ταύρου βεβλέαται· λαιοῦ δὲ κεράατος ἄκρον—

Oppianus de exsertis elephanti dentibus, Cyneg. II. 494.

ἄλλοι μὲν πλήθους ὀλοοὺς ἐνέποιεν ὀδόντας,
πλαζόμενοι· νῶϊν δὲ κεράατα μυθήσασθαι
εὔαδεν —

Idem in ejusdem formæ aliis vocibus observatum. Dionysius Perieg. de marinis monstris circa Taprobanam, v. 603.

πολλάκι δ' ἂν καὶ νῆα σὺν αὐτοῖς ἀνδράσι νηὸς
κεῖνα καταβρώξειε τεράατα. τοῖς γὰρ ἀλιτροῖς—

Sic plurale nomen γέρα ultima longa occurrit, quia contractum est ex γέραα. Sophocles El. 443.

γέρα τάδ' οὖν τάφοισι δέξασθαι νέκυς.

Noster, Phœn. 888.

ἥμαρτον ἀμαθῶς. οὔτε γὰρ γέρα πατρὶ—

Itaque Heathii interpolatione carere possumus. *Brunck.*

Καὶ σῷ κέρατε κρατὶ προσπεφυκέναι.] Porsonus olim emendarat Καὶ κέρατε τῷ σῷ κρατί. Postea vero adnotavit, κεράατα Nicand. Theriac. 291. *Por. Adversar.*

Reisk. scribit: τῷ σῷ τε κέρατε. *Beck.*

Aut legendum κέρα τε duabus vocibus, aut saltem σῷ γε κέρατε, alias claudicabit metrum. *Heath.*

911. Hunc et seq. versum recte Baccho tribuit Musgravius, sed veram illorum sententiam, quæ ex distinctione elucet, percepisse non videtur. *Nobiscum una Deus est, infensus antea, nunc placatus: vides ea, quæ te videre decet. Brunck.*

Præfigenda hic Bacchi persona; ab hoc enim versu, non a sequenti, responsio ejus incipit. Idem monet et Tyrwhittus. *Musg.*

Ἢ τὴν Ἀγαυῆς ἑστάναι μητρός γ' ἐμῆς;
ΔΙΟ. Αὐτὰς ἐκείνας εἰσορᾶν δοκῶ, σ' ὁρῶν.
Ἀλλ' ἐξ ἕδρας σοι πλόκαμος ἐξέστηχ' ὅδε,
Οὐχ ὡς ἐγώ νιν ὑπὸ μίτρᾳ καθήρμοσα.
ΠΕΝ. Ἔνδον προσείων αὐτὸν, ἀνασείων τ' ἐγὼ,
Καὶ βακχιάζων, ἐξ ἕδρας μεθώρμισα.
ΔΙΟ. Ἀλλ' αὐτὸν ἡμεῖς, οἷς σε θεραπεύειν μέλει,
Πάλιν καταστελοῦμεν· ἀλλ' ὄρθου κάρα.
ΠΕΝ. Ἰδοὺ, σὺ κόσμει· σοὶ γὰρ ἀνακείμεσθα δή.
ΔΙΟ. Ζῶναι τέ σοι χαλῶσι, κοὐχ ἑξῆς πέπλων
Στολίδες ὑπὸ σφυροῖσι τείνουσιν σέθεν.
ΠΕΝ. Κἀμοὶ δοκοῦσι παρά γε δεξιὸν πόδα·
Τἀνθένδε δ' ὀρθῶς παρὰ τένοντ' ἔχει πέπλος.
ΔΙΟ. Ἦπου με τῶν σῶν πρῶτον ἡγήσῃ φίλων,
Ὅταν παρὰ λόγον σώφρονας Βάκχας ἴδῃς;
ΠΕΝ. Πότερα δὲ θύρσον δεξιᾷ λαβὼν χερὶ,
Ἢ τῇδε, Βάκχῃ μᾶλλον εἰκασθήσομαι;

Aut Agavæ, matris meæ, stare?
Bac. Illas ipsas me videre existimo, cum te intueor:
Verum e suo loco motus est hic tuus cincinnus,
Non *est*, ut ego ipsum sub mitra composueram.
Pen. Intus concutiens, et agitans retro ipsum ego,
Et bacchans, extra sedem ejeci.
Bac. Sed eum nos, quibus te ornare curæ est,
Rursus componemus: quamobrem erige caput.
Pen. Ecce, ornato tu: tibi enim addicti sumus jam.
Bac. Zonæ sunt tibi laxatæ, neque ordine vestium
Plicæ tenduntur ad talos tuos.
Pen. Et mihi *ita* videntur ad dextrum pedem:
Ab hac vero parte juxta *pedis* tendinem recte peplus habet.
Bac. Num existimabis me primum tuorum amicorum,
Quando præter tuam opinionem videbis Bacchas esse modestas?
Pen. Utrum vero thyrsum dextra sumens manu,
Aut altera, Bacchæ magis similis ero?

913. Ἰνοῦς στάσιν,] Ἔμβασιν, gressum, *Anglice, a gait, or mien. Barnes.*

916. Hesych. ἐξ ἕδρης· ἐκπρεπής. huc respexisse videtur Heathio. *Beck.*

923. s. πέπλων Στολίδες] J. Pollux Onomast. VII. 54. εἴη δ' ἄν τις καὶ στολιδωτὸς χιτών. στολίδες δέ εἰσιν, αἱ ἐξεπίτηδες ὑπὸ δεσμοῦ γιγνόμεναι κατὰ τέλη τοῖς χιτῶσιν ἐπιπτυχαί. Hac de re videndus Salmasius ad Tertull. de Pallio, p. 368. edi-

ΔΙΟ. Ἐν δεξιᾷ χρὴ, χἅμα δεξιῷ ποδὶ
Αἴρειν νιν· αἰνῶ δ', ὅτι μεθέστηκας φρενῶν.
ΠΕΝ. Ἆρ' ἂν δυναίμην τὰς Κιθαιρῶνος πτύχας
Αὐταῖσι Βάκχαις τοῖς ἐμοῖς ὤμοις φέρειν;
ΔΙΟ. Δύναι' ἂν, εἰ βούλοιο· τὰς δὲ πρὶν φρένας
Οὐκ εἶχες ὑγιεῖς· νῦν δ' ἔχεις οἵας σε δεῖ.
ΠΕΝ. Μοχλοὺς φέρωμεν, ἢ χεροῖν ἀνασπάσω,
Κορυφαῖς ὑποβαλὼν ὦμον, ἢ βραχίονα;
ΔΙΟ. Μὴ σύ γε τὰ Νυμφῶν διολέσῃς ἱδρύματα,
Καὶ Πανὸς ἕδρας, ἔνθ' ἔχει συρίγματα.
ΠΕΝ. Καλῶς ἔλεξας. οὐ σθένει νικητέον
Γυναῖκας· ἐλάταισιν δ' ἐμὸν κρύψω δέμας.
ΔΙΟ. Κρύψῃ σὺ κρύψιν, ἥν σε κρυφθῆναι χρεὼν,
Ἐλθόντα δόλιον Μαινάδων κατάσκοπον.
ΠΕΝ. Καὶ μὴν δοκῶ σφᾶς ἐν λόχμαις, ὄρνιθας ὣς,
Λέκτρων ἐλέσθαι φιλτάτοις ἐν ἕρκεσιν.
ΔΙΟ. Οὐκοῦν ἐπ' αὐτὸ τοῦτ' ἀποστέλλῃ φύλαξ·

Bac. In dextra convenit, et simul dextro pede
Tollere eum: laudo vero quod mutâsti mentem.
Pen. Possumne montis Cithæronis juga
Cum ipsis Bacchis, meis humeris gestare?
Bac. Poteris, si velis, priorem vero mentem
Non habuisti sanam: nunc vero habes qualem te *habere* oportet.
Pen. Vectes feramus, aut manibus revellam,
Supponens humerum aut brachium verticibus montium?
Bac. Ne tu Nympharum perdas sacella,
Et Panis sedes, ubi solet fistula-ludere.
Pen. Recte dixisti: non robore vincendæ sunt
Mulieres, abietibus vero meum occultabo corpus.
Bac. Occultaberis tu occultatione, qua te decet occultari,
Profectum fraudulentum Mænadum speculatorem.
Pen. Atqui puto eas in sylvis, velut aves,
Lectorum detineri gratissimis in laqueis.
Bac. Ergo ad hoc ipsum contendis explorator:

tionis Lugduno-Batavæ. Antipater Sid. Epigram. in Anacreontem:

ἡδὺ μέθυ βλύζων, ἀμφίβροχος εἵματα Βάκχῳ,
ἄκρητον θλίβων νέκταρ ἀπὸ στολίδων.

Brunck.

939. τὰ] Ed. Ald. τὰν. *Musg.*

940. καὶ Πανὸς] Ita optime Brodæus. Ed. Ald. καὶ καπνός. *Musg.*

943. Κρύψῃ σὺ κρύψιν, ἥν σε κρυφθῆναι χρεὼν,] Vid. quæ Nos ad Iphigen. Aul. v. 1182. *Barnes.*

Λήψῃ δ' ἴσως σφᾶς, ἢν σὺ μὴ ληφθῇς πάρος.
ΠΕΝ. Κόμιζε διὰ μέσης με Θηβαίας χθονός·
Μόνος γάρ εἰμ' αὐτῶν ἀνὴρ τολμῶν τάδε.
ΔΙΟ. Μόνος σὺ πόλεως τῆσδ' ὑπερκάμνεις, μόνος·
Τοιγάρ σ' ἀγῶνες ἀναμένουσιν, οὓς ἐχρῆν.
Ἕπου δέ· πομπὸς δ' εἴμ' ἐγὼ σωτήριος.
Κεῖθεν δ' ἀπάξει σ' ἄλλος. ΠΕΝ. Ἡ τεκοῦσά γε;
ΔΙΟ. Ἐπίσημον ὄντα πᾶσιν. ΠΕΝ. Ἐπὶ τόδ' ἔρχομαι.
ΔΙΟ. Φερόμενος ἥξεις. ΠΕΝ. Ἁβρότητ' ἐμὴν λέγεις.
ΔΙΟ. Ἐν χερσὶ μητρός. ΠΕΝ. Καὶ τρυφᾶν μ' ἀναγκάσει;
ΔΙΟ. Τρυφάς γε τοιάσδ'. ΠΕΝ. Ἀξίων μὲν ἅπτομαι.
ΔΙΟ. Δεινὸς σὺ, δεινὸς, κἀπὶ δείν' ἔρχῃ πάθη.
Ὥστ' οὐρανῷ στηρίζον εὑρήσεις κλέος.

Capies autem eas fortassis, si tu non priùs fueris captus.
Pen. Deduc me per mediam Thebanam terram,
Solus enim ex ipsis *Thebanis* sum vir hoc audens.
Bac. Solus tu pro hac civitate laboras, solus:
Itaque manent te certamina, qualia oportet.
Sequere tantum: deductor enim ego sum salutaris.
Inde vero abducet te alius. *Pen.* Num mater?
Bac. Conspicuum omnibus. *Pen.* Ad hoc pergo.
Bac. Redibis gestatus. *Pen.* Meam molliciem dicis.
Bac. In manibus matris. *Pen.* Coget igitur me deliciari.
Bac. Talibus quidem deliciis. *Pen.* Dignas quidem *res* aggredior.
Bac. Dirus *es* tu, dirus, et ad diras festinas clades.
Itaque invenies gloriam innitentem cœlo.

946. ἑλέσθαι] Sic scribendum esse ostendit Bacchi responsio, λήψῃ δ' ἴσως σφᾶς. Vulgo legitur ἕχεσθαι. *Brunck.*

957. Lego interrogative: καὶ τρυφᾶν μ' ἀναγκάσει; *num me etiam in deliciis versari coget?* Ed. Ald. ἀναγκάσεις. *Musg.*

958. τοῖος et τοιόσδε duos usitatiores sensus habent, duos autem raros et exquisitos. Usitatiores sunt, cum relative adhibetur ad indicandam comparationem vel rerum aliqua ex parte similium, vel causæ cum effectu, ut Callimach. Hymn. in Del. v. 140. et alibi passim. Exquisitiores sunt, cum absolute ponitur, sine ullo comparationis aut relationis vestigio. Horum prior est, cum ἐπὶ θαυμασμοῦ τάσσεται ut fieri nonnunquam testatur Hesychius: confer Ion. v. 386. posterior, cum mediocritatem significat, culpæ tamen illam, quam laudi, propiorem. Sic Homerus Odyss. XX. v. 305.

— μείδησε δὲ θυμῷ
Σαρδόνιον μάλα τοῖον.

Adde Iliad. XII. 246. Odyss. XXII. 134. et XXIII. 282. Soph. Philoct. v. 1082.

οὐ γὰρ τοιούτου δεῖ, τοιοῦτος εἰμ' ἐγώ.

Callimachus Hymn. in Delum, v. 268.

αὐτὴ ἐγὼ τοιήδε δυσήροτος.

Herodot. p. 421. Ed. Par. καὶ ὑμῖν τοιήδε τις γένοιτ' ἂν ἐπικουρίη ψυχρή. Comparari possunt affinia primaria et secun-

Ἔκτειν', Ἀγαυὴ, χεῖρας, αἵ θ' ὁμόσποροι
Κάδμου θυγατέρες· τὸν νεανίαν ἄγω
Τόνδ' εἰς ἀγῶνα μέγαν· ὁ νικήσων δ' ἐγὼ,
Καὶ Βρόμιος ἔσται· τἄλλα δ' αὐτὸ σημανεῖ.
ΧΟ. *Ἴτε, θοαὶ Λύσσης κύνες· ἴτ' εἰς ὄρος,* *στροφή.*
Θίασον ἔνθ' ἔχουσι Κάδμου κόραι.
Ἀνοιστρήσατέ νιν
Ἐπὶ τὸν ἐν γυναικομίμῳ στολᾷ
Μαινάδων κατάσκοπον λυσσώδεα.
Μάτηρ πρῶτά νιν λευρᾶς ἀπὸ πέτρας
Ἢ σκόλοπος ὄψεται
Δοκεύοντα· Μαινάσιν δ' ἀπύσει·
Τίς ὅδε Καδμείων μαστὴρ οὐρειδρόμων

Extende, Agave, manus, et reliquæ sorores
Cadmi filiæ, duco juvenem
Hunc in magnum certamen: victor autem ego
Et Bromius erit, cætera vero *res* ipsa indicabit.
Cho. Ite, celeres Furoris canes, ite in montem,
Ubi Cadmi filiæ thiasum habent,
Œstro ipsas stimulate
Adversus istum ornatu muliebri vestitum
Speculatorem rabiosum Mænadum.
Mater primùm ipsa a lævi petra,
Aut *ab aliquo* palo videbit
Speculantem. Mænadibus autem exclamabit.
Quisnam hic ex Cadmeis investigator montivagorum

daria potestate Italorum *Cosi, Cosi;* Gallorum *Comme ça, Tel qu'il est;* Anglorum *So, so.*

Ut ad locum Euripidis redeam, non simplex in eo vocis *τοιάσδε* sensus est, sed duplex et ambiguus. Adhibetur enim a Baccho in malam partem, ut in locis, quæ supra descripsimus; a Pentheo autem *ἐπὶ θαυμασμοῦ* intelligitur.

Theon in Arati Phænom. 169. *Θαυμαστικῶς τὸ, τοίη, ἀντὶ τοῦ, τοιαύτη κεφαλὴ ἔκλαμπρος ὑποφαίνεται.* Pind. Olymp. IX. Stroph. I. *τοιοῖσδε μέλεσσιν.* *Musg.*

960. *οὐρανῷ στηρίζον*] Eadem locutio Hippol. v. 1202. infra in hac fabula, v. 1071. Plutarch. in Sylla, p. 831. Ed. H. Steph. *φλόγα λαμπρὰν στηρίσαι πρὸς τὸν οὐρανόν.* *Musg.*

965. *Λύσσης*] Personæ allegoricæ, seu Divæ nomen est. Inducitur ea in scenam in Hercule Furente. *Brunck.*

θοαὶ Λύσσης κύνες] Sunt Erinnyes. v. Soph. Electr. 1403. s. *Heath.*

973. *Τίς δ' ὅδε*] Delendum *δ'*, et propter sensum, et quia sic melius *ἀντιστοίχῳ*, emendate utique scripto, respondet.

οὐριοδρόμων] De navibus dicitur, quæ vento secundo feruntur; hic nullum locum habet. Barnesius, Æmilio Porto auctore, *οὐρεσιδρόμων* reposuit, quod sensum optimum efficit. Sic *σκοπελόδρομος Βάσσαρις,* Antholog. H. Steph. p. 417. Metro tamen nondum constituto, antiquam lectionem reliqui. Quin et suspicor, scribendum hic *οὐριδρόμων*, vel *οὐρειδρόμων*, in antistropha autem *θηρωμένα.*

Ἐς ὄρος, ἐς ὄρος ἔμολεν, ἰὼ Βάκχαι;
Τίς ἄρα νιν ἔτεκεν;
Οὐ γὰρ ἐξ αἵματος
Γυναικῶν ἔφυ·
Λεαίνας δέ γε τινὸς, ἢ Γοργόνων
Λιβυσσᾶν, γένος.
Ἴτω Δίκα φανερὸς,
Ἴτω ξιφηφόρος
Φονεύουσα λαιμῶν διαμπὰξ

In montem, in montem venit, O Bacchæ?
Quis eum genuit?
Non enim ex sanguine
Muliebri natus est.
Sed profecto leænæ alicujus, aut Gorgonum
Lybicarum *est* genus.
Veniat Justitia manifesta,
Veniat ensem-ferens,
Interficiens penitus per guttur

Metrum nec οὐρειδρόμων, nec οὐρεσιδρόμων, pro vero haberi patitur. Legendum utique οὐρειοδρόμων. Eadem analogia ὀρειονόμαν dixit Philippus in Anthol. H. Steph. p. 426. aliusque ὀρειονόμων, ibid. p. 431. Vide et Orphei Argon. v. 155. *Musg.*

οὐρεσιδρόμων] Οὐριοδρόμων quod nihil loci habebat, significat enim *vento secundo utentium*, rejeci, et οὐρεσιδρόμων, ab τὸ οὖρος pro ὄρος, *mons*, in textum recepi. Μαστὴρ autem et μάστης et μάστωρ, *investigator*, μαστὺς, *inquisitio*, citatur ab Apollonii Scholiasta, ut ex Callimacho, ubi tamen non jam apparet. *Barnes.*

974. ὦ Βάκχαι;] Lege ob metrum ἰὼ Βάκχαι. *Musg.*

975. Adumbrata hæc ex Homero Ιλ. π΄. initio:

νηλεές· οὐκ ἄρα σοί γε πατὴρ ἦν ἱππότα Πηλεὺς,
οὐδὲ Θέτις μήτηρ· γλαυκὴ δέ σ' ἔτικτε θάλασσα,
πέτραι τ' ἠλίβατοι, ὅτι τοι νόος ἐστὶν ἀπηνής.

Theocritus Idyl. III.

νῦν ἔγνων τὸν Ἔρωτα· βαρὺς θεός· ἦ ῥα λεαίνας
μασδὸν ἐθήλαξε, δρυμῷ τέ μιν ἔτραφε μάτηρ.

Ex his omnibus Virgilius Æn. IV. 365.

Nec tibi Diva parens, generis nec Dardanus auctor,
Perfide; sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus, Hyrcanæque admorunt ubera tigres.

Brunck.

979. Λιβυσσᾶν Γοργόνων] Vid. Diodorum Lib. IV. qui Gorgonas scribit Fœminas fuisse in Africa bellicosas cum quibus Perseus bellum gessit, earumque reginam, Medusam debellavit ac interfecit. Earum tres præcipue a poëtis memorantur, Stheno, Euryale et Medusa; easdem et Nonnus Libycas ait, et a Perseo debellatas memorat, Dionys. λ. p. 512.

Ἢ Λιβύης ἐπέβης, ἢ Περσέος εἶδες ἀγῶνα; Ἢ
Σθεινοῦς ἴδες ὄμμα λιθώπιδος, ἠὲ καὶ αὐτῆς
Δύσμαχον Εὐρυάλης μυκώμενον ἀνθερεῶνα,
Ἢ πλοκάμους ἐνόησας ἐχιδνοκόμοιο Μεδούσης.

Barnes.

980. φανερὸς, Ἴτω] Ἴτω φανερῶς Χ. Π. 1096.

νάρθηκα, κεροτάφων πλάκτορα νηπιάχων.

Analogia vocis eadem est, quæ in κέντορα θύρσον, μυκήτορι κόχλῳ, et infinitis aliis, quæ apud Nonnum invenias.

ἀκὶς proprie est cuspis sagittæ, ut αἰχμὴ jaculi; Pollux, Lib. I. sect. 137. per metonymiam tamen alia significat, ut jaculum piscatorium, Oppian. Halieut. V. v. 151. v. 256. ubi Scholiastes: ἀκίδος, μαχαίρας. ibid. v. 535. ubi Scholiastes: ἀκίδα, ὀξύτητα, βέλος. denique, v. 575. Vide etiam Ælian. de Anim. Lib. I. c. 18. Theætetus in Antholog, H. Steph. p. 334. de ligone:

Λαότυπος τμήξας πετροτόμοις ἀκίσι.

Paullus Silentiarius ὀνύχων ἀκίδα, ibid. p. 455. Hinc intelligitur, usum ejus non ad cuspidem sagittæ adstringi, sed omnia fere telorum genera complecti. ἔνθυρσον potius, quam εὔθυρσον, quia cuspis intra folia thyrsi latebat. vid. ad v. 693.

Verum videtur:

Νάρθηκά τε πλαστὸν εἴλαν
Ἔλαβ' ἐπ' εὔθυρσον.

Νάρθηκα πλαστὸν, *ferulam simulatam,* vel *dolosam,* ob fictam pietatem Penthei. ἐπ' εἴλαν εὔθυρσον, *adversus turmam* (vel *globum*) *thyrsis bene armatam.* Vox εἴλη semel præterea apud Tragicos legitur, nempe Soph. Ajac. 1429. *Musg.*

Malim πιστὸν ἀΐδα, *mortis pignus. Heath.*

1148. Βάκχα Καδμεία] Sic recte Heathius. Hæ voces vulgo in plurali positæ. Pro substantivo autem hic τὸ καλλίνικον habendum monet Musgravius, cui lubens accedo. Sed quidni eandem vocem pro substantivo accepit in Medea? v. 44.

οὔ τοι ῥαδίως γε συμβαλὼν
ἔχθραν τις αὐτῇ καλλίνικον οἴσεται.

Hic vero in Aldina editione legitur τὸν καλλίνικον. Suspicetur quis forte scriptum olim fuisse:

τὸ καλλίνικον ἔργον ἐξεπράξατο.

Brunck.

Forte, ὃς Βάκχαις Καδμείαις, aut Βάκχι Καδμεῖε — et ἐξεπράξασο in sec. pers. aor. 1. Med. *Reisk.*

Et constructionis ratio, et sententia, postulare videntur, ut legatur:

Τὸ καλλίνικον κλεινὸν ἐξεπράξατο
Εἰς γόον, εἰς δάκρυα.
Καλὸς ἀγὼν, ἐν αἵ-
ματι στάζουσαν χέρα
Περιβαλεῖν τέκνου.
Ἀλλ', εἰσορῶ γὰρ ἐς δόμους ὁρμωμένην
Πενθέως Ἀγαυὴν μητέρ', ἐν διαστρόφοις
Ὄσσοις δέχεσθε κῶμον Εὐΐου θεοῦ.

Inclytam victoriam reportabat
In luctum, in lacrymas.
Pulchrum *est* certamen,
In sanguine stillantem manum
Injicere filio.
Sed, video enim in ædes currentem
Agaven, Penthei matrem, distortis
Oculis, Evii Dei comessationem accipite.

Βάκχα Καδμεία
Τὸ καλλίνικον κλεινὸν ἐξεπράξατο.

Baccha Cadmigena victoriam inclytam reportavit. Heath.

1150. ἐξεπράξατο] Lego: ἐξεπράξατ' ὦ. τὸ καλλίνικον pro substantivo hic habendum. Confer Herc. Fur. 179. Pindar. Olymp. IX. 5. *Musg.*

ἐξεπράξατο] Scaliger legit ἐξεπράξατε, tum referri debet ad Βάκχαι Καδμεῖαι. *Barnes.*

1151. Εἰς γόον,] Ed. Ald. εἰς γόνον. *Musg.*

1155. δόμους] Ed. Ald. δρόμους. *Musg.*

1156. Interpungo post μητέρ', ut ἐν διαστρόφοις ὄσσοις ad δέχεσθε κῶμον referatur. Choricæ personæ, si recte capio, se invicem hortantur, adveniente Bacchi comessatione, oculis contorquendis velut enthusiasmum suum testari. Qui interpungunt post ὄσσοις, sequentia frigida admodum et invenusta, meo judicio, reddunt. De oculorum distorsione vide supra, v. 1076. et v. 1111. Tryphiodorus de fœmina Thressa: ἥτε θεῷ τυπεῖσα παρήορον ὄμμα τιταίνει. *Musg.*

ἐν διαστρόφοις] An vero unico verbo legendum ἐνδιαστρόφοις, ἤγουν ἐντὸς διαστρεφομένοις, τῶν ἐνθουσιαζόντων δίκην. *Barnes.*

1158. ὀρθεῖς] Ita Ed. Ald. cui deinde substituerunt ὀρθοῖς. At legendum, ni fallor, ὄρσεις, *quid me incitas?* Etymol. M. ὄρω, τὸ διεγείρω, ὁ μέλλων Αἰολικῶς, ὄρσω, καὶ μετάγεται εἰς ἐνεστῶτα, καὶ κλίνεται ἄχρι τοῦ παρατατικοῦ. *Musg.*

Τί με δὴ ὀρθοῖς, ὦ;] An τί με δὴ θροεῖς, ὦ? Ita quidem Duportus, nec male, præcipue quum ὀρθεῖς in Aldina erat, quod mendum erat ex simplici literarum transpositione. *Barnes.*

ὀρθοῖς] Heath. defendit, redditque: *quid me excitas?* Reiskio vero probatur Barnesii conjectura θροεῖς. *Beck.*

1159. ἕλικα] Vox ἕλιξ alias, si grammaticos audimus, *niger* significat, alias *cornua introrsum curva habens*, quæ Grævii sententia est ad Hesiod. Op. et D. v. 452. Nonnullis βόες, propter nescio quam pedum flexuram, ἕλικες dicti videntur. Harum notionum nulla est, quæ huic loco conveniat. Interpretandum igitur νέος, *juvenescens*, quem sensum, cum multis tamen aliis, tribuit ei Hesychius. Nec aliter adhiberi videtur Helen. v. 180. Plutarchus in libello, utrum mala animi, an corporis, pejora sint, pro φέρομεν ἐξ ὀρέων legit ἄγομεν ἐξ ὄρεος. *Musg.*

ἕλικα] Subaudi βοῦν, vitulum. Hesych. ἕλικας βοῦς, ἤτοι ἀπὸ τῶν κεράτων, ἢ ἀπὸ τῶν ποδῶν ἑλικοειδεῖς. Et ideo dicit: διὰ τὸ εἶναι Ἑλικοκεράτους, ἐπικαμπῆ τὰ κέρατα ἔχοντας. Homerus nomen βοῦς semper

ARGUMENTUM ACTUS QUINTI.

Agave, adhuc furore Bacchico stimulata, in Scenam producitur, caputque filii sui, Penthei, thyrso infixum jactat, serio triumphans; ac, quod sibi palmarium putat, leonem a se occisum affirmat. Cadmus, ex Cithærone monte rediens, collectosque laceratos Penthei artus secum ferens, vix tandem ad sanam mentem Agaven revocat; quæ, quando agnovit filium se occidisse, acerbis doloribus pungitur. Queritur et Cadmus domus suæ solitudinem. Bacchus vero apparens testatur, hæc omnia iis ut pœnas sui numinis læsi accidisse. Cadmus in exsilium cum suis ex fato Deorum iturus lamentatur.

ΑΓΑΥΗ.

Ἀσιάδες Βάκχαι. ΧΟ. Τί με δῆτ' ὄρσεις ὤ; στρ.
ΑΓ. Φέρομεν ἐξ ὀρέων ἕλικα
Νεότομον ἐπὶ μέλαθρα,
Μακαρίαν θήραν.
ΧΟ. Ὁρῶ γε, καί σε δέξομαι ξύγκωμον, ὦ.
ΑΓ. Ἔμαρψα τόνδ' ἄνευ βρόχων,
* * * * * *
Νέον λὶν, ὡς ὁρᾷν πάρα. ΧΟ. Πόθεν ἐρημίας;

AGAVE.

O Asiaticæ Bacchæ. *Cho.* Quid me nunc, excitas, O?
Ag. Afferimus ex montibus catulum
Recens interfectum, in atria,
Egregiam prædam.
Cho. Video, et te accipio sociam, O.
Ag. Cepi hunc absque laqueis
* * * * * *
Juvenem leonem, ut licet videre. *Cho.* Ex qua solitudine?

adjungit, ut Iliad. ο'. v. 633. Θηρὶ μαχέσσασθαι ἕλικος βοὸς ἀμφὶ φονῆσιν. Et Iliad. σ'. v. 524. Δέγμενοι, ὁππότε μῆλα ἰδοίατο καὶ ἕλικας βοῦς. Ob Homeri autem auctoritatem adeo notum erat hoc βοὸς adjunctum, ut etiam per se stare simpliciter posse tragici statuerent. *Barnes.*

1159. ss. Laudat Appian. b. Parth. p. 155. Steph. *Beck.*

1161. Μακάριον θήραμ'.] Ita scribendum, metri causa, nisi malit aliquis μακαρίαν θήραν, ut citat Plutarchus in Crasso, p. 1030. Ed. Steph. Ed. Ald. μακάριον θήραμα. Et sic Plutarchus Op. Mor. p. 890. *Musg.*

Etiam Polyæn. Strat. 7. 41. habet θήραν, quod Heath. præfert. Idem monet, apud Polyæn. et Plut. in Crasso, p. 564. legi quoque ὄρεος, v. 1159. idque rectius, modo syllabæ duæ ultimæ per contractionem in unam coalescant. *Beck.*

1164. Νέον λὶν,] In veteribus codicibus λῖν reperisse se testatur H. Stephanus. Sed λὶν scribendum ὀξυτόνως: corripi enim ex metro manifestum est: versus est trimeter iambicus. De tono hujus vocis jam olim discrepantes fuerunt Grammaticorum sententiæ, Eustathio, p. 841. l. 22. memoratæ. Qui eam acuunt auctoritate et numero prævalent: id saltem fieri debet, ubi corripitur. Versum, qui ante hunc excidit, sic supplet ex ingenio Musgravius:

ἄνευ κάμακος, ὄρειον.

Nullum ex hoc defectu damnum patitur sensus, quod et procul dubio causa fuit,

ΑΓ. Κιθαιρὼν— ΧΟ. Τί Κιθαιρών;
ΑΓ. Κατεφόνευσέ νιν.
ΧΟ. Τίς ἁ βαλοῦσα πρῶτά γε;
ΑΓ. Ἐμὸν τὸ γέρας. ΧΟ. Μάκαιρ' Ἀγαυή.
ΑΓ. Κληζόμεθ' ἐν θιάσοις.
ΧΟ. Τίς ἄλλα; ΑΓ. Τὰ Κάδμου— ΧΟ. Τί [Κάδμου;
ΑΓ. Γένεθλα μετ' ἐμὲ, μετ' ἐμὲ, τοῦδ' ἔθιγε

Ag. Cithæron. *Cho*. Quid Cithæron?
Ag. Interfecit eum.
Cho. Quænam est quæ primum *eum* percussit?
Ag. *Ego*, meus, meus *est* hic honor. *Cho*. Beata Agave.
Ag. *Ideo* celebramur in thiasis.
Cho. Quæ alia? *Ag*. Cadmi. *Cho*. Quid Cadmi?
Ag. Soboles, post me, post me attigit hanc

cur a minus attento librario versus omitteretur, ut alibi sæpe contigit: et nisi necesse esset, ut strophe cum antistrophe tam in numero quam in modulo versuum examussim congrueret, aliquid deesse vix animadverteretur, nec lacuna indicanda esset. Simili in loco hanc in rem, nescio qua incogitantia, peccavimus in Æschylei Promethei editione, ubi post v. 541. qui antistrophes sextus est, excidit versus, qui strophes septimo respondeat, quod vacuo versus spatio et defectus signis indicari debuit. *Brunck*.

Νέον λῖν,] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. νέον νιν. Versus, qui ante hunc excidit, sic non incommode suppleri potest:

ἔμαρψα τόνδ' ἄνευ βρόχων
[ἄνευ κάμακος, ὄρειον]
νέον λῖν, ὡς ὁρᾷν πάρα.

ὄρειον λῖν, ut ὀρεστέρου λέοντος, v. 1130. Barnesio placet ἄνευ σθένεος ἀρείου. An vero legendum metri gratia νεαρόν. *Musg*.

Ἄνευ σθένεος ἀρείου] Hic versus, uncinis circumscriptus, Euripidis non est, sed quia aperte defuisse tale quid constat, nos habita carminum et sensus ratione, ita supplevimus, ut suo pari respondeatur. Versuum autem numerus nullo modo turbetur: nec Euripidi aliquid a nobis mala fide obtrudatur. Dabit veniam amicus lector, si illius gratia nonnullorum offensionem meruisse videar. *Barnes*.

Νέον λῖν,] Ita λῖν pro νιν cum Cantero et Stephano ex veteribus codicibus reponendum pronuntio. Confer v. 1130. ὡς ὀρεστέρου φέρει λέοντος, et v. 1185. et v. 1203. Ὡς πατσαλεύσῃ κρᾶτα τριγλύφοις τόδε λέοντος, item v. 1268. de eodem Penthei capite. *Barnes*.

1167. Plutarchus ubi supra: τίς ἐφόνευσεν; ἐμὸν τὸ γέρας. Eo auctore ἐμὸν, quod in Aldina duplicatur, semel tantum posuimus. *Musg*.

1170. Hunc et sequentes duo versus recte digessit et personis distinxit Heathius. *Brunck*.

Legendum puto:

ΧΟ. Τί δ' ἄλλαι; ’ΑΓ. Τὰ Κάδμου —

Cho. At quid aliæ Bacchæ fecerunt? *Ag*. Cadmi. *Musg*.

Τίς ἄλλα τὰ Κάδμου;] Ἤγουν, τίς ἄλλη, ὅσον εἰς τὰ Κάδμου, εἰ μὴ ἐγὼ, ἢ τίς ἄλλη, ἤγουν τὰ γένεθλα, καὶ τὸ γένος, Κάδμου. Τὸ δὲ γένεθλα, οὐδετέρως ἐνταῦθα λέγεται, καὶ βραχέως λήγει. Scaliger legit τοῦ, nec advertit, se versui contrarie, nec quod γένεθλα ad illud pertineret, Choro tantum interloquente. Γένεθλον autem pro Γενέθλη non Oppiano tantum et nostro poëtæ, sed et Sophocli, notum. *Barnes*.

Reisk. scribit: τίς ἀλλά τοι Κάδμου. τοι valere i. q. γάρ. *Beck*.

Ita hæc personis distinguenda censet Heath.

ΧΟ. Τίς ἄλλα; ’ΑΓ. Τὰ Κάδμου. ΧΟ. Τί Κάδμου;

Θηρός. ΧΟ. Εὐτυχεῖς τᾶδ' ἄγρα. [ἀντιστρ.
ΑΓ. Μέτεχε νῦν θοίνας. ΧΟ. Τί μετέχω τλάμων;
ΑΓ. Νέος ὁ μόσχος, ἄρτι γένυν
Ὑπὸ κόρυθ' ἁπαλότριχα
Κατάκομον βάλλει·
Πρέπει γὰρ, ὥστε θηρὸς ἀγραύλου φόβη.
Ὁ Βάκχιος, κυναγέτας

Feram. *Cho.* Felices hac præda.
Ag. Particeps nunc sis convivii. *Cho.* Quid particeps sim misera?
Ag. Juvenis *est* hic catulus, modo genam
Sub capite capillos molles habente
Villosam efflorescit.
Insignis enim est, ut feræ agrestis juba.
Bacchus venator

'ΑΓ. Γένεθλα, etc.

et versus seqq. metri causa ita constitui jubet:

Γένεθλα μετ' ἐμὲ, μετ' ἐμὲ, τοῦδ' ἔθιγε iambicus trimeter brachycatalectus.

Θηρός. ΧΟ. Εὐτυχεῖς τᾶδ' ἄγρα. periodus.

quibus respondeant antistrophici sic emendati:

Γέγηθα μεγάλα, μεγάλα, καὶ φανερὰ
Δὴ τάδ' ἔργα κατειργασμένα.

Beck.

1172. Εὐτυχεῖς] Interpretor *felices*, ab εὐτυχὴς, non *felix es*, ab εὐτυχέω. *Musg.*

1174. ἄρτι γένυν] Ita disjunctim legendum, non, ut vulgo, ἀρτιγένυν. *Musg.*

Νέος ὁ Μόσχος,] In Latina versione catulus substitui, pro juvencus, quia de leone loqui putatur Agave, ut supra ad v. 1164. probavimus. Quod Μόσχος autem et πῶλος pro quovis tenero animalculo usurpetur, ostendimus ad Iphig. Aul. v. 1248.

ἀρτιγένυν] Laudo hic Æmil. Portum, qui mavult ἄρτι γένυν divisim legere. Γένυς autem *mentum* et *maxillam* sonat, et κόρυς, quod *galea* communiter sonat, *cæsariem* nunc notat, quæ galeæ adinstar caput premit tegitque. Alias καράκομον, et sic quidem metro commodius legemus, κατάκομον autem sensui convenientius; qui in hac parte longe præferendus. *Barnes.*

Lege cum Æm. Porto ἄρτι γένυν, et verte: *Juvenilis hic catulus sub verticem delicate capillatum, genam modo pilosam emittit.* Barnesii καράκομον ne stare quidem per metrum potest. *Heath.*

Forte, ἄρτι γένυν Ὑπὸ κόρυθ' (i. e. κόρυθα) ἁπαλότριχα, *modo sub gena ejicit* (extrudit progerminantem) *coronam constantem pilis delicatis et densam.* V. Hesych. V. Κόρυθα. *Reisk.*

1175. Nemo hæc, ut nunc leguntur, commode explicuerit. Legendum forte:

Νέος ὁ μόσχος ἄρτι γένυν
Ὑπὸ κόρυθ' ἁπαλότριχι
Κατάκομον θάλλει.

θάλλει accusativum γένυν subjectum habere potest, ut θαλλούσης βίον, Æschyl. Pers. 618. χῶρος ἔθαλλε δένδρεα, Pind. Olymp. III. Antistroph. 2. Vel subaudiri potest præpositio κατὰ, ut alibi passim. κόρυς universam capitis cæsariem significare videtur. *Musg.*

1177. φόβη.] Ita MSS. Steph. omnino bene. Soph. Elect. v. 665.

πρέπει γὰρ, ὡς τύραννος, εἰσορᾷν.

Ed. Ald. φόβῳ. Recentiores male φόβῃ. Choro hunc versum tribuit Tyrwhittus, nec injuria. Senarius enim Agavæ gaudio exsultanti minus conveniret. *Musg.*

Leg. φόβη. in nominat. *decora est juba*,

Σοφὸς, σοφῶς ἀνέπηλεν
Ἐπὶ θῆρα τόνδε Μαινάδας. ΧΟ. Ὁ γὰρ ἄναξ ἀγρεύς.
ΑΓ. Ἐπαινεῖς; ΧΟ. Τί δ' ἐπαινῶ;
ΑΓ. Τάχα δὲ Καδμεῖοι
Καὶ παῖς γε Πενθεὺς ματέρα
Ἐπαινέσεται, λαβοῦσαν ἄγραν
Τάνδε λεοντοφυῆ
Περισσὰν περισσῶς. ΧΟ. Ἀγάλλῃ.
ΑΓ. Γέγηθα, μεγάλα, μεγάλα, καὶ φανερὰ

Sapiens, sapienter incitavit
Mænadas in hanc feram. *Cho.* Hic enim rex *est* venator felix.
Ag. Laudas? *Cho.* Quid laudo?
Ag. Mox vero Cadmei,
Et Pentheus filius matrem
Laudabit, quæ cepit prædam
Hanc ex leone genitam
Excellentem, excellenter. *Cho.* Lætaris.
Ag. Lætor, magna, magna, et insignia

ut leonis subdialis. in vet. ed. est φόβῳ. *Reisk.*

1179. Leg. Σοφὸς, σοφὰς, puta Mænadas. *Reisk.*

1180. ἀγρεύς.] *Venator.* Apollon. Rhod. Lib. II. de Apolline:

— ὃν καλέουσιν
Ἀγρέα καὶ νόμιον — —

Musg.

Ἐπὶ θῆρα τόνδε] Duportus, nescio quid passus, τήνδε scribit, quasi esset ἡ θὴρ, deceptus, ut puto, ex versu paulo infra v. 1193. Κάδμου θυγατέρες, θηρὸς, ἣν ἠγρεύσαμεν, quasi ἣν referretur ad θηρὸς, cum nullo modo ita locus accipi debet, sed omnino ad ἄγραν in præcedenti versu; ut quivis facile agnoscit.

Ὁ γὰρ ἄναξ ἀγρεύς.] Non dico, hic scribi debere Ζαγρεὺς, quanquam id forte mecum puto; sed procul dubio hoc nomen Bacchi ob venationes illius fingebatur, a ζα epitatico, et ἀγρεὺς, venator. Quanquam enim sat scio, Zagreum Jovis et Proserpinæ filium vocatum, et Zythum sive Cerevisiam, invenisse, antequam Bacchus vinum; nemo tamen diffiteri audet, hoc nomen et Baccho veteres tribuisse. De Zagreo vid. Nonni Dionys. qui et illum πρότερον Διόνυσον vocat, l. ί. fol. 185. Ὡς στεροπὴν Ζαγρῆϊ πόρες, προτέρῳ Διονύσῳ. *Barnes.*

1181. Videndum, annon legi debeat:

ΑΓ. Ἐπαινεῖς τόδ'; ΧΟ. Ἐπαινῶ.

Musg.

ΑΓ. Ἐπαινεῖς; ΧΟ. ΤΙ Δ' ἐπαινῶ;

Male hæc distincta esse vidit Musgravius atque correxit:

ΑΓ. Ἐπαινεῖς ΤΟΔ'; ΧΟ. Ἐπαινῶ.

Fortasse melius:

ΑΓ. Ἐπαινεῖς ΤΙ Μ'; ΧΟ. Ἐπαινῶ.

Jacobs.

1184. Ἐπαινήσεται, metri causa reponit Heath. Versum enim esse asynartetum ex dochmaico et penthemimeri iambica. *Beck.*

1186. Περισσὰν] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. περισσᾶς. Iidem MSS. Χο. ante ἀγάλλῃ exhibent, ubi in Aldina erat Ἀγ. et Ἀγ. ante γέγηθα, ubi in Aldina erat Χο. Putaveram aliquando, legendum esse:

ΧΟ. Περισσὰ περισσῶς ἀγάλλῃ.
ΑΓ. Γέγηθα — —

Δὴ τάδ' ἔργ' ἐπειργασμένα.
ΧΟ. Δεῖξόν νυν, ω τάλαινα, σὴν νικηφόρον
Ἀστοῖσιν ἄγραν, ἣν φέρουσ' ἐλήλυθας.
ΑΓ. Ὦ καλλίπυργον ἄστυ Θηβαίας χθονὸς
Ναίοντες, ἔλθεθ', ὡς ἴδητε τήνδ' ἄγραν,
Κάδμου θυγατέρες, θηρὸς ἣν ἠγρεύσαμεν,
Οὐκ ἀγκυλωτοῖς Θεσσαλῶν στοχάσμασιν,
Οὐ δικτύοισιν, ἀλλὰ λευκοπήχεσι
Χειρῶν ἀκμαῖσι. κᾆτα κομπάζειν χρεὼν,

Certe hæc virtutis præmia consecuta
Cho. Ostende, O misera, tuam victoria-partam
Prædam civibus, quam ferens *huc* venisti.
Ag. O qui pulchris turribus instructam urbem Thebani soli
Habitatis, venite ut videatis hanc prædam
Feræ, quam prædam nos Cadmi filiæ cepimus,
Non amentatis Thessalorum jactibus collineatis,
Nec retibus, sed candidarum
Manuum apicibus: et deinde gloriari licet,

Nunc tamen, iterum perpensa re, satisfacit mihi vulgata. *Musg.*

Ed. vet. περισσὰ περισσῶς. unde efficio: περισσὰ, περισσ' (i. e. περισσὰ, rursus) ὡς ἀγάλλῃ, totamque ῥῆσιν Choro tribuo. Inest autem gemina sententia et æquivoca: potest enim verti: *incredibile est, quomodo exsultes*, et: *frustra exsultas.* *Reisk.*

1187. Γέγηθα, μεγάλα μεγάλα φανερὰ καὶ] Ita Ed. Ald. Initium versus non male emendat Barnesius:

γέγηθα, γέγηθα, μεγάλα φανερὰ —

Retineri tamen posset, et salvo quidem metro, vulgata. Utcunque sit, legendum in fine versus τὲ, non καὶ. *Lætor, lætor, magna et omnibus nota virtutis specimina cum ediderim:* vel, si μεγάλα potius, quam γέγηθα, iterari placet: *Lætor magnopere, magna et omnibus nota*, &c. *Musg.*

Γέγηθα, γέγηθα,] Ita nos legimus, nec μεγάλα bis dicimus, ut olim, sed potius bis γέγηθα, ut hic versus suo pari respondeat. *Barnes.*

1188. Δὴ τάδ' ἔργ' ἐπειργασμένα.] Sic scribendus hic versiculus, ut strophico congruat. *Brunck.*

Versus mensura justo brevior est. Legendum forte:

τάδ' ἀρετῆς γέρα κατειργασμένα.

γέρα κατείργασμαι, ut καλλιστεῖα ἀριστεύσας, Soph. Ajac. v. 438. *Musg.*

1191. Καλλίπυργον Hes. reddit καλὰ τείχη ἔχουσα. *Beck.*

1193. Κάδμου θυγατέρες θηρὸς, ἣν ἠγρεύσαμεν,] Canterus suspicatur, legi debere θυγατέρος, male quidem, me judice; θηρὸς enim ad ἄγραν in superiori versu pertinet, ἡμεῖς autem subauditur ad θυγατέρες, hoc modo: ἵνα ἴδητε τήνδ' ἄγραν τοῦ θηρὸς, ἣν, ἄγραν δηλονότι. ἡμεῖς, αἱ Κάδμου θυγατέρες, ἠγρεύσαμεν. vid. quæ nos supra ad v. 1180. *Barnes.*

1194. Θεσσαλῶν] Vid. Hippol. v. 221. ibique Scholiasten. *Musg.*

ἀγκυλωτοῖς Θεσσαλῶν στοχάσμασιν,] Thessali equitatu et sagittandi peritia cæteris Græcis eminebant: ἀγκυλωτὰ autem στοχάσματα dicuntur *jacula amentata*, ab ἀγκύλῃ, jaculum, et Euripidis Scholiastes ita definit: ἀγκύλας. τὰ ἀκόντια, ἀπὸ τοῦ ἐπηγκυλίσθαι, ἢ διότι ἀπὸ τῆς κατὰ μέσον ἀγκύλης λαμβανόμενοι ῥίπτουσιν. Στοχάσματα proprie *collimationes*, a στοχάζω, *collimo*, sed quia sagittæ collimando emittuntur, hic loci pro iis ponitur. *Barnes.*

1196. s. Hæc interrogative dicuntur, et ita verti possunt: *et deinde an jactationi*

Καὶ λογχοποιῶν ὄργανα κτᾶσθαι μάτην;
Ἡμεῖς δὲ ταύτῃ χειρὶ τόνδε θ' εἵλομεν,
Χωρίς τε θηρὸς ἄρθρα διεφορήσαμεν.
Ποῦ μοι πατὴρ ὁ πρέσβυς; ἐλθέτω πέλας.
Πενθεύς τ' ἐμὸς παῖς ποῦ 'στιν; αἰρέσθω λαβὼν
Πηκτῶν πρὸς οἶκον κλιμάκων προσαμβάσεις,
Ὡς πασσαλεύσῃ κρᾶτα τριγλύφοις τόδε
Λέοντος, ὃν πάρειμι θηράσασ' ἐγώ.
ΚΑΔ. Ἕπεσθέ μοι φέροντες ἄθλιον βάρος

Et fabrorum facientium hastas instrumenta frustra parare:
Nos enim manu hunc *leonem* cepimus,
Et in diversas partes belluæ membra discerpsimus.
Ubinam meus est senex pater? accedat prope.
Et ubi est meus filius Pentheus? corripiens erigat
Ad ædes compactarum scalarum gradus,
Ut clavis affigat sculptis laquearibus caput hoc
Leonis, quem in venatione captum *huc* ego fero.
Cad. Sequimini me, ferentes miserum onus

locus est, et instrumenta hastas fabricantium comparare necesse est? Heath.

1198. τόνδ' ἐξείλομεν scribit Reisk. *Beck.*

1199. Χωρίς τε θηρὸς ἄρθρα διεφορήσαμεν.] Miror criticorum fastidium, ostentandæque eruditionis præposterum studium, quo, veterum librorum convellentes fidem, sanas lectiones mutatum eunt, nulla alia ratione inducti, quam ut se plus aliis sapere monstrent. Quid, quæso, hic versus offensionis habet? plana locutio est: διεφορήσαμεν χωρὶς (i. e. ἀπ' ἀλλήλων) τὰ ἄρθρα τοῦ θηρὸς, ut Phœn. 1199.

ἐσφενδονᾶτο χωρὶς ἀλλήλων μέλη.

Flagitante, si Diis placet, sententia, dicitur Piersonus reposuisse χωρὶς σιδήρου. Atqui sententiam id flagitare nullus video. Hoc ipsum χωρὶς σιδήρου nonne abunde ex iis quæ præcedunt intelligitur? inutiliter, me judice, et perquam frigide, disertis verbis istud repeteretur. Itaque et Piersoni conjecturam, et alteram, quam protulit Musgravius, viri longe doctissimi et summe reverendi, perinde rejiciendas esse censeo. *Brunck.*

Χωρίς τε θηρὸς] "Piersonus Versim. p. 130. corrigens χωρὶς σιδήρου, quid sensus postulet, vidit, quid Euripides scripserit, non item. Legendum:

Χωρίς τ' ἀθῆρος ἄρθρα διεφορήσαμεν.

Phrynichus Παρασκ. Σοφιστ. MS. Ἀθὴρ, ἡ ἀκμὴ τοῦ ἠκονημένου σιδήρου. ἀπὸ τοῦ ἀθέρος, ὅ ἐστιν ἀστάχυος τὸ ἄκρον καὶ λεπτότατον, παρ' οὗ τὸ ἀθηρήλοιγον, καὶ ἀθερίζειν. Sic Æschylus hac voce usus est, teste Hesychio: Ἀθὴρ, ἐπιδορατὶς, μεταφορικῶς. Αἰσχύλος Νηρηΐσι. Ejusdem tragici est vox ἀθέρης, huic, ut videtur, cognata, quam Hesychius et Etymol. M. p. 25. 1. varie explicant. Lex. MSS. Bibl. Sangerm. Ἀθέρης, ἴσως μὲν ὁ ἀτειρὴς καὶ ὁ ἄγαν ἐριστικός· Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι. Χαλκὸν ἀθέρη τὸν ἀσπίδος ὑπερτενῆ. ἤ, ὁ λαμπρὸς, ὁ διὰ λαμπρότητα ἀθρούμενος. ἤ, ὁ ἀθερίζων, καὶ οὐδενὸς ἔχων λόγον διὰ σκληρότητα. Æschyli versum in Agamemnone frustra quæras." Ruhnken.

αἰθὴρ, perinde ac ἀθὴρ, nonnunquam inflectitur αἰθῆρος. Oppian. Cyneg. Lib. II. v. 414.

Ἤλυθες εἰς αἰθῆρ', οἷδεν δέ σε μακρὸς Ὄλυμπος.

Musg.

1201. αἰρέσθω verti debet *attollat*, non, *surgat*. *Heath.*

1202. Hujus versus emendationem cui-

Πενθέως, ἕπεσθε, πρόσπολοι, δόμων πάρος,
Οὗ σῶμα μοχθῶν μυρίοις ζητήμασι
Φέρω τόδ' εὑρὼν ἐν Κιθαιρῶνος πτυχαῖς,
Διασπαρακτὸν, κοὐδὲν ἐν ταυτῷ πέδῳ
Λαϐὼν, ἐν ὕλῃ κείμενον δυσευρέτῳ.
Ἤκουσα γάρ του θυγατέρων τολμήματα,
Ἤδη κατ' ἄστυ τειχέων ἔσω βεϐὼς,
Ξὺν τῷ γέροντι Τειρεσίᾳ, Βακχῶν πάρα·
Πάλιν δὲ κάμψας εἰς ὄρος, κομίζομαι

Penthei, sequimini, famuli, ante domum:
Cujus corpus laborans longa inquisitione
Fero hoc inventum Cithæronis jugis,
Dilaniatum, et nihil in eodem solo
Nactus, in sylva jacens difficulter scrutabili.
Audivi enim ex quodam, filiarum *mearum* audacia facinora,
Jam per urbem, muros ingressus, vadens
Cum sene Tiresia a Bacchis.
Iterum vero reversus in montem, porto

vis facile obviam, siquidem a Barnesio primum fuit proposita, Oxoniensis editio recipere debuisset, qua nihil certius, ut vulgata lectione nihil est ineptius. Confer Phœn. 499. *Brunck.*

Πλεκτῶν] Πηκτὰς X. Π. 1260. *Por.*

Πλεκτοὶ κλίμακες in nauticis locum habere possent, hic vero minime. Recte igitur Barnesius πηκτῶν, conferens Phœn. v. 499. Pro οἴκων legendum quoque οἶκον. Constructio est αἰρέσθω πρὸς οἶκον. *Musg.*

Πλεκτῶν πρὸς οἴκων κλιμάκων προσαμβάσεις,] De voce προσάμβασις vid. quæ nos supra ad Phœniss. v. 499. ubi πηκτῶν κλιμάκων legitur, quod suspicor hic quoque legendum pro πλεκτῶν: non enim *plicatiles* hic scalas intelligit poëta, sed ligneas, quales ad parietes erigere solebant. Scaliger legit οἴκῳ: an οἶκον, vel οἴκοις, ut v. 1228. πρὸς δόμοις. *Barnes.*

Barnesii conjecturam etiam Heath. adoptant. *Beck.*

Aut πρὸς οἶκον leg. *erigat ad domum,* aut πρὸ τοίχων, aut πάρος οἴκων, *attollat coram ædibus, et erigat in altum scalas.* At quare πλεκτῶν κλιμάκων dixit? lignea enim erat scala. ergone πηκτῶν leg. — an πλικτῶν, *per quas incedunt homines* πλίσσοντες, *unum pedem post alterum per vices tollentes et promoventes. Reisk.*

1203. τριγλύφοις] De Triglyphis vid. quæ nos ad Orest. v. 1367. Iphig. Taur. v. 113. item Grapaldum de partibus Ædium, Lib. II. Dicti sunt autem Triglyphi, ut Joh. Brodæus ait, a canaliculis. Constat enim veluti tribus sulcis et sculpturis, duobus mediis integris et semicanaliculis hinc atque hinc cæsis. *Barnes.*

1209. Interpungo:

Διασπαρακτὸν, κ' οὐδὲν ἐν ταυτῷ πέδῳ
Λαβὼν, ἐν ὕλῃ κείμενον δυσευρέτῳ.

Pro πέδῳ Ed. Ald. πέσῳ, quod verum esse nihil prohibet. Hesychius: πέσον, ὄρος, χωρίον, Κύπριοι. πεδίον, Αἰολεῖς τινὲς, ὁμαλές. Vocem Æolicam, vel Cypriam, ab Euripide usurpatam vide Electr. v. 625. Æolicam Rhes. v. 439. Herc. Fur. v. 868. *Musg.*

ἐν ταυτῷ πέδῳ] Aldi editio vetus legebat πέσῳ, sed per errorem, ut putant docti homines, pro πέδῳ, quod ideo restituo. De Hesychii πέσον, &c. vid. Henrici Stephani notas ad locum. *Barnes.*

Ex lectione ed. Ald. Reisk. efficit πεσὸν, subintell. τῷ ἑτέρῳ, *nulla pars, quæ eodem in loco cum altera cecidisset. Beck.*

1210. Aut δυσεύρετον leg. aut δυσευρέτῳ erit reddendum: *in qua* (silva) *ægre aliquid invenitur. Reisk.*

Τὸν κατθανόντα παῖδα Μαινάδων ὕπο.
Καὶ τὴν μὲν Ἀκταίων' Ἀρισταίῳ ποτὲ
Τεκοῦσαν εἶδον Αὐτονόην, Ἰνώ θ' ἅμα,
Ἔτ' ἀμφὶ δρυμοῖς οἰστροπλῆγας ἀθλίας·
Τὴν δ' εἶπέ τις μοι δεῦρο βακχείῳ ποδὶ
Στείχειν Ἀγαυήν· οὐδ' ἄκραντ' ἠκούσαμεν.
Λεύσσω γὰρ αὐτὴν, ὄψιν οὐκ εὐδαίμονα.
ΑΓ. Πάτερ, μέγιστον κομπάσαι πάρεστί σοι,
Πάντων ἀρίστας θυγατέρας σπεῖραι μακρῷ
Θνητῶν· ἁπάσας εἶπον, ἐξόχως δ' ἐμέ·
Ἣ τὰς παρ' ἱστοῖς ἐκλιποῦσα κερκίδας,
Ἐς μεῖζον' ἥκω, θῆρας ἀγρεύειν χεροῖν.
Φέρω δ' ἐν ὠλέναισιν, ὡς ὁρᾷς, τάδε
Λαβοῦσα τἀριστεῖα, σοῖσι πρὸς δόμοις

Cæsum filium a Mænadibus.
Et illam quidem quæ Actæonem olim Aristæo
Peperit, vidi Autonoën, Inonemque simul,
Adhuc in saltibus œstro perculsas miseras.
Sed quispiam dixit mihi, huc bacchico pede
Venire Agaven: neque falsa audivimus,
Video enim eam, non felix spectaculum.
Ag. Pater, maxime gloriari licet tibi,
Quod genueris filias longe præstantissimas omnium
Mortalium: omnes dico, præcipue vero me,
Quæ textoriis relictis radiis,
Ad majora veni, feras ut capiam manibus.
Affero autem in ulnis, ut vides, hæc,
Adepta virtutis præmia, tuis in ædibus,

1211. Ἤκουσα γάρ του] Του pro τινος, quare accentum rejicit. *Barnes.*

1213. Βακχῶν πέρι·] Legendum forte Βακχῶν παρὰ, *a Bacchis redux. Musg.*

1216. Ἀριστέα] Miltonus, vir summus, Ἀρισταίου, quod vero proximum. Præstat enim Ἀρισταίῳ. *Musg.*

Ἀριστέα ποτὲ] Quomodo ultima syllaba in ἀριστέα producatur, vid. quæ nos ad Phœniss. v. 1267. Joh. Miltonus legit Ἀρισταίου: fuit enim Aristæi filius Actæon. Vid. infra v. 1360. *Barnes.*

Ἀρισταίῳ etiam Heath. *Beck.*

1220. ἄκραντ' ἠκούσαμεν] Ἄκραντα ἀκούειν phrasis Eurip. *Barnes*

1221. Legendum haud dubie cum Scaligero:

λεύσσω γὰρ αὐτὴν, ὄψιν οὐκ εὐδαίμονα.

ὄψιν hic accusativus pendens est: de qua re vide ad Iphig. in Aul. v. 233. Helen. v. 76. *Musg.*

1228. Tollenda est distinctio post δόμοις, ut hæc vox cum verbo κρεμασθῇ jungatur. *Heath.*

1234. Φόνον] Malim: φόνου — ἐξειργασμένου. Constructio est: πένθος φόνου, *luctum cædis. Musg.*

1238. ἀλλὰ γοῦν, *juste quidem et meritos perdidit, at nihilominus tamen perdidit.*

Ὡς ἂν κρεμασθῇ· σὺ δὲ, πάτερ, δέξαι χεροῖν.
Γαυρούμενος δὲ τοῖς ἐμοῖς ἀγρεύμασι,
Κάλει φίλους ἐς δαῖτα. μακάριος γὰρ εἶ,
Μακάριος, ἡμῶν τοιάδ' ἐξειργασμένων.
ΚΑΔ. Ὦ πένθος οὐ μετρητὸν, οὐδ' οἷόν τ' ἰδεῖν,
Φόνου ταλαίναις χερσὶν ἐξειργασμένου.
Καλὸν τὸ θῦμα καταβαλοῦσα δαίμοσιν,
Ἐπὶ δαῖτα Θήβας τάσδε κἀμὲ παρακαλεῖς.
Οἴ μοι κακῶν μὲν πρῶτα σῶν, ἔπειτ' ἐμῶν.
Ὡς ὁ θεὸς ἡμᾶς ἐνδίκως μὲν, ἀλλ' ἄγαν,
Βρόμιος ἄναξ ἀπώλεσ' οἰκεῖος γεγώς.
ΑΓ. Ὡς δύσκολον τὸ γῆρας ἀνθρώποις ἔφυ,
Ἔν τ' ὄμμασι σκυθρωπόν· εἴθε παῖς ἐμὸς
Φιλόθηρος εἴη, μητρὸς εἰκασθεὶς τρόποις·

Ut suspendantur: tu vero, pater, *hæc* accipe manibus:
Lætusque mea venatione,
Voca amicos ad convivium. Beatus enim es,
Beatus, quod nos talia facinora fecerimus.
Cad. O luctum immensum, et non videndum,
Necis confectæ miseris manibus!
Egregiam victimam offerens diis,
Ad convivium has Thebas, et me vocas.
Hei mihi propter mala, primum quidem tua, postea vero mea:
Quam nos juste quidem, sed tamen immodice, deus,
Bromius rex perdidit, cum tamen sit cognatus.
Ag. Ut morosa senectus est hominibus,
Et in oculis tetrica! utinam meus filius
Cupidus venationis esset, matris ingenio similis;

aut alias erit ἄγαν cum οἰκεῖος jungendum. *eo, quod nimis familiaris nobis esset factus.* *Reisk.*

1240. Hunc versum Stobæus excerpsit Serm. de Senectutis Vituperio, sed veteri, nescio cujus, errore adpositum lemma Andromaches titulum præfert. Quatuor in superioribus a vulgato textu discrepantiæ, v. 1213. Βακχῶν πάρα. 1216. Ἀρισταίῳ. 1221. αὐτήν. 1234. φόνου ἐξειργασμένου, manifestarum librarii aberrationum emendationes certissimæ sunt, Musgravio debitæ, cujus adeundæ notæ. Sed illæ semetipsæ ita commendant, ut eas adstruere minime sit necessarium. Ad tertiam quod adtinet, confer Or. 716. ubi similis locutio:

ἀλλ' εἰσορῶ γὰρ τόνδε φίλτατον βροτῶν,
Πυλάδην, δρόμῳ στείχοντα Φωκέων ἄπο,
ἩΔΕΙΑΝ ΟΨΙΝ.

Brunck.

1241. Vulgo legitur: εἴθε παῖς ἐμὸς εὔθηρος εἴη, μητρὸς εἰκασθεὶς τρόποις, quod absurdum est. Venatricis matris filius iisdem studiis deditus esse potest, matrisque referre mores, et tamen minime esse

Ἦτ' ἂν νεανίαισι Θηβαίοις ἅμα
Θηρῶν ὀριγνῷτ'· ἀλλὰ θεομαχεῖν μόνον
Οἷός τ' ἐκεῖνος. νουθετητέος, πάτερ,
Σοί τ' ἐστὶ κἀμοὶ, μὴ σοφοῖς χαίρειν κακοῖς.
Ποῦ 'στιν; τίς αὐτὸν δεῦρ' ἂν ὄψιν εἰς ἐμὴν
Καλέσειεν, ὡς ἴδῃ με τὴν εὐδαίμονα.
ΚΑΔ. Φεῦ, φεῦ· φρονήσασαι μὲν οἷ' ἐδράσατε,
Ἀλγήσετ' ἄλγος δεινόν· εἰ δὲ διατέλους

Nempe cum adolescentibus Thebanis simul
Feras appetens invaderet: sed tantum repugnare diis
Potis *est* ille. Monendus, O pater,
Est tibi, et mihi, ne callidulis lætetur malis.
Ubinam est? quis eum huc in meum conspectum
Vocârit, ut me videat beatam?
Cad. Heu, heu? Ubi cognoveritis *facinora*, quæ patrastis,
Dolebitis dolore gravi: si vero perpetuo

εὔθηρος: hoc enim fortunæ beneficium est. Musgravius conjicit εὔθυμος vel ἔνθυμος. Neutrum mihi placet, et verisimilius videtur φιλόθηρος, quod eximie sententiæ convenit, et facile cum εὔθηρος commutari potuit. Nihil enim librariorum libidini magis fuit obnoxium, quam voces compositæ, quarum altera pars multimode variari potest. V. seq. recte Musgravius pro ὅτ' ἐν reponendum censuit ἦτ' ἂν, ut in Homeri versu, quem laudat, qui est Ιλ. έ. 201.

ἀλλ' ἐγὼ οὐ πιθόμην· ἦτ' ἂν πολὺ κέρδιον ἦεν.

Brunck.

Reisk. scribit: εἰ δὲ παῖς, *si autem filius meus amator venaturæ esset mei instar*, ὅ γ' ἂν νεανίαισι, *appeteret profecto feras una cum juvenibus Thebanis. Beck.*

1243. ὅταν] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. ὅτ' ἐν. Legendum ἦτ' ἄν. *Tum certe inter juvenes Thebanos feras cominus aggrederetur.* Hom. Odyss. X. v. 288. ἀλλ' ἐγὼ οὐ πιθόμην (ἦτ' ἂν πολὺ κέρδιον ἦεν.) Æschyl. Sept. c. Theb. v. 558. ἦτ' ἂν πανώλεις παγκάκως τ' ὀλοίατο. Aristoph. Ran. v. 34. ἦτ' ἄν σε κωκύειν ἂν ἐκέλευον μακρά.

Verum et sic sententia vitiosa est. Nam cum optat Agave, *filium sibi felicem in venatione fieri*, rationemque subjicit, *quia tum cum feris congrederetur*, majus est, quod propter alterum petitur, quam id ipsum, cujus causa petitur: tanquam diceres: *Utinam Lynceos oculos haberem, tum enim Solem viderem.* Quid igitur debet esse, quod in aliquo desideratur, ut feris duntaxat aggrediendis idoneus sit? Nempe, ni fallor, fortitudo. Emendabam:

εἴθε παῖς ἐμὸς
εὔθυμος εἴη, μητρὸς εἰκασθεὶς τρόποις·
ἦτ' ἂν νεανίαισι Θηβαίοις ἅμα
θηρῶν ὀριγνῷτ'.

Hesychius: εὔθυμος, καλόψυχος, εὔψυχος. Pollux, Lib. V. sect. 125. conjungit εὔθυμος cum θαρσαλέος. ἀνδρεῖος, ἐῤῥωμένος, et εὐθυμία cum θάρσος, ἀνδρεία, τόλμα, denique εὐθύμως cum ἀνδρείως, ἀόκνως, γενναίως. Nihilominus, quantum observare potui, εὔθυμος nunquam de natura atque indole alicujus, sive ἕξει, dicitur, sed de temporaria atque instabili animi affectione, i. e. de σχέσει, vel διαθέσει. Malim igitur, quod vix longius a vestigiis literarum recedit, ἔνθυμος; quod habet hoc sensu Aristot. Polit. Lib. VIII. c. 7. Ignaviam Pentheo exprobrat Agave apud Nonnum, p. 761.

οὐτιδανῷ Πενθῆϊ κορύσσομαι: —

Musg.

Ὅταν νεανίαισι] Ὅταν pro ὅτ' ἐν recte H.

Ἐν τῷδ' ἀεὶ μενεῖτ', ἐν ᾧ καθέστατε,
Οὐκ εὐτυχοῦσαι, δόξετ' οὐχὶ δυστυχεῖν.
ΑΓ. Τί δ' οὐ καλῶς τῶνδ', ἢ τί λυπηρῶς ἔχει;
ΚΑΔ. Πρῶτον μὲν εἰς τόνδ' αἰθέρ' ὄμμα σὸν μέθες.
ΑΓ. Ἰδού· τί μοι τόνδ' ἐξυπεῖπας εἰσορᾶν;
ΚΑΔ. Ἔθ' ὡὐτὸς, ἤ σοι μεταβολὰς ἔχειν δοκεῖ;
ΑΓ. Λαμπρότερος ἢ πρὶν, καὶ διϊπετέστερος.
ΚΑΔ. Τὸ δὲ πτοηθὲν τόδ' ἔτι σῇ ψυχῇ πάρα;

In eodem statu manseritis, in quo jam estis,
Cum non sitis felices, existimabitis *tamen vos* haud infelices esse.
Ag. Quid horum vero non recte, aut quid male habet!
Cad. Primum quidem in hunc aërem oculos tuos attolle.
Ag. Ecce, quid me jussisti hunc intueri?
Cad. Adhuc *ne aër* idem esse, an aliquam mutationem tibi videtur habere?
Ag. Illustrior quam prius, et liquidior *videtur.*
Cad. An perturbatio adhuc tuæ animæ adest?

Stephanus ex veteri codice restituit; nec enim aliter stare potuit sensus, nisi separatim ἐν νεανίαισι et ἅμα Θηβαίοις sumeres. *Barnes.*

Heath. scribit ὅτ' ἄν. *Beck.*

1244. ὀριγνῷτ', i. e. ὀριγνῷτο, *hasta protensa peteret.* Hesiod. Scut. Herc. v. 190. citatus a Barnesio:

ἔγχεσιν ἠδ' ἐλάτῃσ' αὐτοσχεδὸν ὠριγνῷντο.

Musg.

Θηρῶν ὀριγνῷτ'] Ἢ κατὰ θηρῶν, ἢ θηρῶν καὶ ἐν τῇ θήρᾳ γινόμενος ὀριγνάοιτο, ἤγουν ὀρεγόμενος καταπονοῖτο. Καὶ Ἡσίοδος· (Scut. Hercul. v. 190.) Ἔγχεσιν ἠδ' ἐλάτῃς αὐτοσχεδὸν ὠριγνῶντο. Secundum Eustathium autem fit ab ὀρέγω: vide Eustath. fol. 1173. lin. 52. ὀρέγω, ὀριγνῶ, μένω, μίμνω, γένω, γίγνω, πέτω, πίτνω, καὶ πίπτω, ῥέπω, ῥίπτω, οὕτω καὶ πελῶ, πιλνῶ καὶ πίλνημι. *Barnes.*

1245. Οἷός τε θεομαχεῖν μόνον] Ad nihil aliud valet, nisi ut Deo contraria velit. Οἷός τέ ἐστι, pro δύναται. Vid. Troad. v. 734. *Barnes.*

1250. Εἰ δὲ διὰ τέλους, &c.] Hoc solum est insaniæ et stultitiæ solamen, nostra nos mala ignorare, dum in eo statu simus, et nihil non magni nobis polliceri; nota est Historia Atheniensis illius lunatici, de quo Horatius, aliique: qui omnes in Piræo naves mercesque pro suis reputabat, ac proinde felix sibi divesque videbatur: tandem amicorum ope ad sanam mentem revocatus, dolebat, se ad suæ paupertatis et miseriarum agnitionem jam reductum. Id. Horat. Epist. Lib. II. Ep. 2. de Argivo quodam lepido profert historiam, qui sanatus exclamavit: *Pol, me occidistis, amici, Non servastis, ait. Cui sic extorta voluptas, Et demtus per vim mentis gratissimus error.* Huc vero referri debet illud Horat. Serm. Lib. II. Satyr. 3. *Quid? Caput abscissum demens quum portat Agave Gnati infelicis, sibi tum furiosa videtur. Barnes.*

1256. Ἔθ' ὡὐτὸς,] Ita vere Ed. Ald. Barnesius εἴθ' ὡὐτὸς. *Musg.*

Εἴθ' ὡὐτὸς] Εἴτε ὁ αὐτὸς αἰθήρ σοι δοκεῖ. Ita nos scribimus, pro ἔτι, ut et versu sequentem sequenti: Τὸ δὲ πτοηθὲν εἴ τι σῇ ψυψῇ πάρα: quam ultimam lectionem versus ratio postulabat, æque ac sensus; quam et Scaliger ideo probavit, priorem autem nemo vidit eadem necessitate legi debere. *Barnes.*

1257. διϊπετέστερος, id est, διαυγέστερος, ut exponit auctor Etymol. M. qui hunc versum citat, p. 275. l. 14. Noster, Rhesi 43.

διϊπετῆ δὲ νεῶν πυρσοῖσι σταθμά.

Brunck.

1258. In Oxon. editione, e Commeliniana expressa, legitur, titubante metro,

ΑΓ. Οὐκ οἶδα τοὔπος τοῦτο· γίγνομαι δέ πως
Ἔννους, μετασταθεῖσα τῶν πάρος φρενῶν.
ΚΑΔ. Κλύοις ἂν οὖν τι, κἀποκρίναι' ἂν σαφῶς;
ΑΓ. Ὡς ἐκλέλησμαί γ', ἃ πάρος εἴπομεν, πάτερ.
ΚΑΔ. Ἐς ποῖον ἦλθες οἶκον ὑμεναίων μέτα;
ΑΓ. Σπαρτῷ μ' ἔδωκας, ὡς λέγουσ', Ἐχίονι.
ΚΑΔ. Τίς οὖν ἐν οἴκοις παῖς ἐγένετο σῷ πόσει;
ΑΓ. Πενθεὺς, ἐμῇ τε καὶ πατρὸς κοινωνίᾳ.
ΚΑΔ. Τίνος πρόσωπον δῆτ' ἐν ἀγκάλαις ἔχεις;
ΑΓ. Λέοντος, ὥς γ' ἔφασκον αἱ θηρώμεναι.
ΚΑΔ. Σκέψαι νυν ὀρθῶς, βραχὺς ὁ μόχθος εἰσιδεῖν.
ΑΓ. Ἔα, τί λεύσσω; τί φέρομαι τόδ' ἐν χεροῖν;

Ag. Non intelligo hoc dictum: fio tamen paulatim
Mentis compos, mutata priore mente.
Cad. Audies igitur aliquid, et respondebis sapienter?
Ag. Ut oblita sum illorum, quæ prius dixi, O pater.
Cad. In quam domum venisti cum Hymenæis?
Ag. Elocasti me Echioni nato, ut aiunt, ex satis dentibus.
Cad. Quis igitur filius tuo marito domi natus est?
Ag. Pentheus, mea et patris consuetudine.
Cad. Cujus igitur faciem tenes in ulnis?
Ag. Leonis, ut dixerunt venatrices.
Cad. Contemplare igitur recte: brevis labor *est* intueri.
Ag. Hem! quid video? quid fero hoc in manibus?

τὸ δὲ πτοηθὲν ἔτι σῇ ψυχῇ πάρα; Barnesius, posthabita sensus cura, versum fulcierat, edendo εἴ τι. Musgravius pro ἔτι scribendum conjicit ἄρτι. Sed quid conjecturis opus habemus? Satius fuisset Aldi editionem inspicere, in qua genuina et optima est lectio, quam revocavimus. Typographi errore (in quanam officina id factum sit, quærant, quibus id nosse tanti videbitur) omissa vocula, a sequentibus editionibus, alia ex alia expressa, itidem exulavit. *Brunck.*

ἔτι] Lego ἄρτι, *nunc.* Barnesius εἴ τι, nihil utique, nisi metrum, curans. *Musg.*

Mallem: τὸ δὲ πτοηθὲν σῇ ἔτι ψυχῇ πάρα. aut τὸ δὲ πτοηθὲν ἄπεστιν, ἢ ψυχῇ πάρα. *Reisk.*

1261. σαφῶς;] Sic recte Musgravius pro vulgato σοφῶς. *Brunck.* σαφῶς, tacite legit R. P. Præf. ad Hec. p. clxxiv. *Burn.*

σοφῶς;] Malim σαφῶς. *Musg.*
Sic jam Reisk. *Beck.*

1271. Reisk. scribit: ἄθρησον αὖτις, *iterum.* *Beck.*

1273. προσεικέναι;] Vulgo legitur, contra sermonis Attici usum, προσεοικέναι. Mœris: εἰκὼς, Ἀττικῶς· ἐοικὼς, Ἑλληνικῶς. *Brunck.*

Μῶν σοι λέοντι φαίνεται προσεοικέναι;] In hoc loco pessundatur metrum, et legi velim προσεικέναι, a prœt. m. εἶκα. Dubitant VV. DD. πρεσῄξαι utrum a προσείκω, an vero a προσεΐσκω originem ducat. Vid. Damm. c. 568. *Maltby.*

1275. Οἰμωγμένον] Legendum ᾐμαγμένον, *cruentatum.* *Musg.*

1278. καρδίᾳ] Sensus est: ὡς ὁ μελλησμὸς παρέχει τῇ καρδίᾳ πήδημα. Cum

ΚΑΔ. Ἄθρησον αὐτὸ, καὶ σαφέστερον μάθε.
ΑΓ. Ὁρῶ μέγιστον ἄλγος, ἡ τάλαιν' ἐγώ.
ΚΑΔ. Μῶν σοι λέοντι φαίνεται προσεικέναι;
ΑΓ. Οὔκ· ἀλλὰ Πενθέως ἡ τάλαιν' ἔχω κάρα.
ΚΑΔ. Οἰμωγμένον γε πρόσθεν, ἢ σὲ γνωρίσαι.
ΑΓ. Τίς ἔκτανέν νιν; πῶς ἐμὰς ἦλθ' εἰς χέρας;
ΚΑΔ. Δύστην' ἀλήθει', ὡς ἐν οὐ καιρῷ πάρει.
ΑΓ. Λέγ', ὡς τὸ μέλλον καρδίᾳ πήδημ' ἔχει.
ΚΑΔ. Σύ νιν κατέκτας, χ' αἱ κασίγνηται σέθεν.
ΑΓ. Ποῦ δ' ὤλετ'; ἢ κατ' οἶκον, ἢ ποίοις τόποις;
ΚΑΔ. Οὗπερ πρὶν Ἀκταίωνα διέλαχον κύνες.
ΑΓ. Τί δ' εἰς Κιθαιρῶν' ἦλθε δυσδαίμων ὅδε;

Cad. Contemplare hoc, et cognosce certius.
Ag. Video maximum dolorem ego misera.
Cad. Num tibi leoni videtur *hoc* simile esse?
Ag. Non, sed Penthei ego misera habeo caput.
Cad. Deploratum prius quam tu agnosceres.
Ag. Quis interfecit eum? quomodo venit in meas manus?
Cad. Misera veritas, ut non tempestive ades.
Ag. Dic, quippe cor micare facit cunctatio.
Cad. Tu occidisti eum, et tuæ sorores.
Ag. Ubi vero periit? an domi? aut quibus *in* locis?
Cad. Ubi prius Actæona canes dilaniarunt.
Ag. Quid vero in Cithæronem venit infelix hic?

Musgravii nota confer Valckenarium ad Phœn. 1409. *Brunck.*

καρδία] Scaliger καρδίας. Sed legendum cum Cantero καρδίᾳ in dativo. ἔχει hic est, *dat, præbet*, ut Herc. Fur. v. 732. *Musg.*

Λέγ', ὡς τὸ μέλλον καρδία πήδημ' ἔχει.] Canterus καρδίᾳ legit Novar. Lection. Lib. VI. c. 3. Scaliger καρδίας, quasi τὸ μέλλον esset casus recti. Mallem ego, ut καρδία sit casus recti, hoc modo interpretando: Λέγε τοίνυν· εἰς τὸ μέλλον γὰρ ἡ καρδία μοι πήδημ' ἔχει, καὶ πηδᾷ. Quod vero ὡς hic ponatur pro εἰς, non id quidem novum putabit, qui viderit, quæ nos supra ad Hippolyt. v. 1293. Phœniss. v. 1415. Iphigen. Taur. v. 336. et v. 1057. *Barnes.*

καρδίας probat Valck. ad Phœniss. 1409. qui vertit: *dic; nam cunctatio cordis palpitationem adfert:* καρδίᾳ præfert Reisk. *Beck.*

1279. χ' αἱ κασίγνηται σέθεν.] Sic optime Markland ad Suppl. 1191. Vulgo perperam καὶ κασιγνήτη σέθεν, quæ lectio in Oxon. editione typothetæ incuria deterior adhuc facta. *Brunck.*

κασιγνήτη] Legendum vel κασιγνήτα, quod et Barnesio in mentem venit, vel κασιγνήται. *Musg.*

Καὶ κασιγνήτη σέθεν] Vel hoc ad v. 1118. respicit, ubi apparet, Ino, sororem Agavæ, dextrum Penthei latus lacerasse, ut v. 1114. ipsa Agave sinistrum humerum avulsisse dicitur; Autonoën autem alteram sororem, tantum adstitisse. Vel κασιγνήτα dualiter legendum; si utrasque sorores huic reatui involvendas duxeris. *Barnes.*

1280. Interrogationem, quæ hoc versu

ΚΑΔ. Ἐκερτόμει θεὸν, σάς τε βακχείας, μολών.
ΑΓ. Ἡμεῖς δ' ἐκεῖσε τίνι τρόπῳ κατήραμεν;
ΚΑΔ. Ἐμάνητε, πᾶσά τ' ἐξεβακχεύθη πόλις.
ΑΓ. Διόνυσος ἡμᾶς ὤλεσ'· ἄρτι μανθάνω.
ΚΑΔ. Ὕβριν ὑβρισθείς. θεὸν γὰρ οὐχ ἡγεῖσθέ νιν.
ΑΓ. Τὸ φίλτατον δὲ σῶμα ποῦ παιδὸς, πάτερ;
ΚΑΔ. Ἐγὼ μόλις τόδ' ἐξερευνήσας φέρω,
Οὐ πᾶν ἐν ἄρθροις ξυγκεκλεισμένον καλῶς.
ΑΓ. Πενθεῖ δὲ τί μέρος ἀφροσύνης προσῆκ' ἐμῆς;
ΚΑΔ. Ὑμῖν ἐγένεθ' ὅμοιος, οὐ σέβων θεόν.
Τοιγὰρ ξυνῆψε πάντας ἐς μίαν βλάβην,

Cad. *Illic* ivit irridens deum, et tuas bacchationes.
Ag. Nos vero quomodo illuc accessimus?
Cad. Insanistis, et tota civitas Bacchio furore correpta est.
Ag. Bacchus nos perdidit: nunc demum *hoc* intelligo.
Cad. Contumelia *a vobis* affectus: Deum enim non ducebatis ipsum *esse*.
Ag. Charissimum vero corpus filii ubinam *est*, pater:
Cad. Ego vix hoc indagatione repertum adfero,
Non totum suis membris conjunctum recte.
Ag. Ad Penthea vero quomodo mea insania pertinebat?
Cad. Vobis fuit similis, non colens deum:
Itaque compulit omnes in eandem noxam,

continetur, nimis frigidam esse, monuit Markland. ad Suppl. 768. *Beck.*

1281. διέλαχον] *Dispertiti sunt.* ut recte intelligit Barnesius. vide, ipso citante, Phœn. v. 68. *Musg.*

Οὗπερ πρὶν Ἀκταίωνα διέλαχον κύνες.] Henr. Stephani in hoc loco argutiam non probo, qui legi vult, mutata χ in κ, διέλακον, pro *dilacerarunt*, quam tamen significationem isti verbo in lexicis haud apponi fatetur ipse lexicographus insignis: Ego tamen et λακίδες pro *frusta* agnosco cum eodem viro, et διαλακέω et λακέω, non *dilacero*, sed *dilaceror*, sonare, et, cum sonitu disrumpor, ut Act. Apost. c. i. v. 18. Καὶ πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε μέσος· καὶ ἐξεχύθη πάντα τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ. Et Hesych. Λάκε, ἐθλάσθη, συνετρίβη. Et διαλακέω disrumpor Aristophan. Nub. Ast ego, quanquam hæc omnia concedam, hoc certe Henrico Stephano nequaquam permittam, ut διέλαχον, verbum satis Euripideum, poëticum et authenticum, novitio et incerto vocabulo cedat: ita enim Euripides et alias locutus est, Phœniss. v. 68. Θηκτῷ σιδήρῳ δῶμα διαλαχεῖν τόδε. Ad quem locum Plutarch. περὶ φιλαδελφίας alludens: ὥσπερ ἐκ τραγικῆς τινος κατάρας Θηκτῷ σιδήρῳ δῶμα διαλαχόντες. *Barnes.*

1283. βακχείας,] Τὰ σὰ βακχεύματα. *Barnes.*

1284. κατήραμεν;] Ἀπαίρω ἔκ τινος τόπου, καταίρω εἴς τινα τόπον· ναυτικαὶ λέξεις. *Barnes.*

1287. Ὕβριν ὑβρισθείς.] Sic Aldus. Si cui minus verum videatur, quod de digammate dixi ad Æsch. Prom. 438. scribat cum Heathio, ὕβριν γ' ὑβρισθεὶς, aut potius, ut supra 243. ὕβρεις ὑβρισθείς. Vide Marklandum ad Suppl. 505. *Brunck.*

ἥγησθε, *reputabatis*, scribit Reisk. *Beck.*

1290. Vulgo legunt ἦ πᾶν, interrogante Agave: affirmative accipienda ista censet Heathius. Sed quoquo se vertant, sive

Ὑμᾶς τε, τόνδε θ', ὥστε διολέσαι δόμους,
Κἄμ', ὅστις ἄτεκνος ἀρσένων παίδων γεγὼς,
Τῆς σῆς τόδ' ἔρνος, ὦ τάλαινα, νηδύος
Αἴσχιστα καὶ κάκιστα κατθανόνθ' ὁρῶ·
Ὃν δῶμ' ἀνέβλεπεν· ὃς ξυνεῖχες, ὦ τέκνον,
Τοὐμὸν μέλαθρον, παιδὸς ἐξ ἐμῆς γεγὼς,
Πόλει τε τάρβος ἦσθα· τὸν γέροντα δὲ
Οὐδεὶς ὑβρίζειν ἤθελ', εἰσορῶν τὸ σὸν
Κάρα· δίκην γὰρ ἀξίαν ἐλάμβαν' ἄν.
Νῦν δ' ἐκ δόμων ἄτιμος ἐκβεβλήσομαι
Ὁ Κάδμος ὁ μέγας, ὃς τὸ Θηβαίων γένος

Vos et hunc, ut perderet hanc domum
Et me: qui cum non haberem masculos liberos,
Hoc germen tui uteri, O misera,
Turpissime, et pessime mortuum video;
In quem respiciebat domus: Qui tutabaris, O fili,
Meam domum, ex mea filia natus.
Et civibus eras verendus: me senem vero
Nemo volebat injuria afficere, intuens tuum
Caput: pœnam enim dignam accepisset.
Nunc autem inglorius ejiciar ex domo
Cadmus ego ille ingens, qui Thebanorum genus

quæstio, sive affirmatio ab Agave prolata ineptissima est. Illius persona delenda, et οὐ πᾶν legendum. ξυγκεκλεισμένον autem scribendum. Vide Sylburgii notas ad Clenardum, p. 544. l. 35. *Brunck.*

Hæc affirmative, non interrogative, dici putat Heath. *Beck.*

Delenda hic persona Agaves, et præfigenda sequenti versui, et scribend. τὸ pro ἣ et συγκεκαόμενον, *compositum.* *Reisk.*

1298. Ὃν δῶμ' ἀνέβλεπεν·] Sic in veteri libro scriptum reperit Stephanus, quod sane vulgato ᾧ præferendum, ut ille luculenter ostendit. βλέπειν, σκοπεῖν, et composita quartum casum regunt, sive absolutum, sive præpositioni junctum εἰς aut πρός. Vide Phœn. 99. Androm. 245. Soph. Œd. T. 746. Quoad sententiam Stephanus illud Virgilii confert. Æn. XII. 59.

— In te omnis domus inclinata recumbit.
Brunck.

Ὦ δῶμ'] MSS. Steph. ὃν δῶμ'. *Musg.*

ὃς συνεῖχες, ὦ τέκνον,] Hoc in loco ὃς ponitur pro σὺ per ἐναλλαγὴν Συντάξεως: cum enim incepit poëta hoc modo: Τόδε ἔρνος τῆς σῆς νηδύος, ὦ τάλαινα θύγατερ, αἴσχιστα καὶ κάκιστα ὁρῶ κατθανόντα· οὐδέτερον γὰρ ὂν τὸ ἔρνος, οὐκ εὐθὺς κατθανὸν εἶπεν, ἀλλὰ ἀρσενικῶς κατθανόντα· σχῆμα γὰρ πρὸς τὸ σημαινόμενον. Τὸν οὖν σὸν παῖδα, φησὶ, ὁρῶ κατθανόντα, ᾧ μὲν τὸ δῶμα πᾶν ἀνέβλεπεν, ὃς, σὺ δηλονότι, ὦ τέκνον, ὁ παῖς μου ὁ νεκρὸς, συνεῖχες τὸ ἐμὸν μέλαθρον. Vid. Iphig. Taur. v. 696. *Barnes.*

Ὧι δ. α.] Markland. ad Suppl. 331. reddit: *per quem domus revixit, lumen rursus adspexit*, et confert Ion. 1465. *Beck.*

1302. ἐλάμβαν' ἄν.] Sic omnino legendum, non, ut vulgo, ἐλάμβανεν: quod jam monuerat Heathius. *Brunck.*

1303. ἐκβεβλήσομαι] Paulopostfuturum. Simplex occurrit Or. 265.

βεβλήσεταί τις θεῶν βροτησίᾳ χερί;

hoc, et πεπλήξεται, Hippol. 898. addi po-

Ἔσπειρα, κἀξήμησα κάλλιστον θέρος.
Ὦ φίλτατ᾽ ἀνδρῶν. καὶ γὰρ οὐκέτ᾽ ὢν, ὅμως
Τῶν φιλτάτων ἔμοιγ᾽ ἀριθμήσῃ τέκνων.
Οὐκ ἔτι γενείου τοῦδε θιγγάνων χερὶ,
Τὸν μητρὸς αὐδῶν πατέρα, προσπτύξῃ, τέκνον,
Λέγων· Τίς ἀδικεῖ, τίς σ᾽ ἀτιμάζει, γέρον,
Τίς σὴν ταράσσει καρδίαν λυπηρὸς ὤν;
Λέγ᾽, ὡς κολάζω τὸν ἀδικοῦντά σ᾽, ὦ πάτερ.

Seminavi, et messui pulcherrimam messem,
O charissime virorum! quamvis enim non amplius sis, tamen
Numeraberis inter meos charissimos liberos.
Non amplius attingens manu hoc mentum,
Matris patrem alloquens amplecteris, fili,
Dicens: quis te injuria afficit? quis te contemnit, O senex?
Quis turbat tuum cor molestus existens *tibi?*
Dic, ut puniam lædentem te, O pater.

terunt exemplis quæ congessi ad Æsch. Prom. 865. Scribere potuisset poëta ἐκβληθήσομαι et βληθήσεται. Sed paulopostfuturo libentius usi sunt Attici poëtæ. Vide ad Prom. 846. *Brunck.*

1307. τέκνον.] Adscriptum erat in MSS. Steph. τέκνων. *Musg.*

Reisk. scribit: ἀριθμήσῃ, τέκνον, *O fili.* *Reisk.*

1308. θιγγάνων] Ita recte H. Steph. Ed. Ald. θιγγάνω. *Musg.*

1310. Τίς ἀδικεῖ,] Ed. Ald. τίς σ᾽ ἀδικεῖ. *Musg.*

Mallem: τίς ἀδικεῖ σε, τίς ἀτιμάζει. *Reisk.*

1317. σῆς] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. σὸς. *Musg.*

1317. s. σῆς δ᾽ ἔχει δίκην παῖς Παιδὸς,] Recte ita scribitur, quia Chorus alloquitur Cadmum, cujus nepos erat Pentheus ex filia Agava: incogitanter ergo notavit Dupor-tus, vel σὸς in margine suo; quanquam et σὸς Aldi editio præferat; quod tamen inter illius errata numerandum. Quin σῆς legunt, Henrico Stephano testante, Veteres Codices; et v. 1299. Pentheus a Cadmo dicitur, παιδὸς ἐξ ἐμῆς γεγώς. *Barnes.*

1319. In veteri codice, quem suspicor unicum e Græcia in Italiam transvectum fuisse, e quo derivati pauci illi, qui hodie in Bibliothecis delitescunt, hic versus ultimus fuit folii, in extrema pagina scriptus; sequens autem folium a mala manu avulsum fuit. Unde, jactura quinquaginta ad minimum versuum facta, apertus est hiatus, quem aliquando expletum iri non tam spero, quam cupio. Hic versus manifesto Agavæ tribuendus, quem plurimi olim subsequebantur, quibus recitatis prodibat in scenam Bacchus, deposito humano habitu. Illius ῥήσεως major pars excidit. Male autem in v. 1321. Commelini editio, et ex illa Oxoniensis, habet ἐκθηριωθείς. De Cadmi uxore sermo est. Aldinam revocavi scripturam. Legenda est omnino sagacissimi Tyrwhitti erudita ad hunc locum nota. Cadmus in extrema senectute Thebis valedicere coactus cum Harmonia ad Encheleas, Illyricam gentem, commigravit, ubi eorum videbatur tumulus, cujus meminit Apollonius Argon. IV. 518. et his versibus Dionysius in Periegesi:

κεῖνον δ᾽ ἂν περὶ κόλπον ἴδοις ἐρικυδέα τύμβον,
τύμβον, ὃν Ἁρμονίης Κάδμοιό τε φῆμις ἐνίσπει.
κεῖθι γὰρ εἰς ὀφίων σκολιὸν γένος ἠλλάξαντο,
ὁππότ᾽ ἀπ᾽ Ἰσμηνοῦ λιπαρὸν μετὰ γῆρας ἵκοντο.

De expeditione autem ab Encheleis in Delphos suscepta, et divina, quæ eorum impietatem persecuta est, ultione, pauca

Νῦν δ' ἄθλιος μὲν εἴμ' ἐγὼ, τλήμων δὲ σὺ,
Οἰκτρὰ δὲ μήτηρ, τλήμονες δὲ σύγγονοι.
Εἰ δ' ἔστιν, ὅστις δαιμόνων ὑπερφρονεῖ,
Εἰς τοῦδ' ἀθρήσας θάνατον, ἡγείσθω θεούς.
ΧΟ. Τὸ σὸν μὲν ἀλγῶ, Κάδμε· σῆς δ' ἔχει δίκην
Παῖς παιδὸς, ἀξίαν μὲν, ἀλγεινὴν δὲ σοί.
ΑΓ. Ὦ πάτερ, ὁρᾷς γὰρ τἄμ' ὅσῳ μετεστράφη,
*   *   *   *   *

Nunc autem miser sum ego, infelix vero tu,
Et miserabilis mater, infelicesque sorores.
Si quis autem est, qui Numina contemnit,
Intuens in hujus mortem, putet *esse* deos.
Cho. Doleo quidem tuam vicem, Cadme, tuæ tamen habet pœnam
Filius filiæ, dignam quidem, luctuosam tamen tibi.
Ag. O pater, vides enim mea quantum mutata sunt,
*   *   *   *   *

quæ in veterum monumentis extant, doctissimo Musgravio indagata, adeo obscura sunt, ut illius ne meminerit quidem Carolus Valesius in delineatione historiæ Delphici templi, in Actis Regiæ Parisiensis Academiæ, T. III. p. 78. *Brunck.*

Ad lacunam, quam post hunc versum indicavit Tyrwhittus: Confer X. Π. 1309. 10. *Por. Adversar.*

ΔΙΟ. Ὦ πάτερ, ὁρᾷς γὰρ τἄμ' ὅσῳ μετεστράφη.

Acutissime et doctissime Tyrwhittus: "Post hunc versum, qui Agavæ omnino tribuendus est, reliqua ejus sermonis interciderunt. Unum tantum senarium, ut videtur, conservavit Scholiastes Comici ad Plutum, v. 901.

εἰ μὴ γὰρ ἴδιον ἔλαβον εἰς χεῖρας μύσος.

Hæc enim, quæ ex Bacchis Euripidis citantur, in superstitibus nusquam apparent, et ad hunc locum verisimiliter referenda sunt. Deest autem etiam prior pars eorum, quæ Bacchus hic, ἀπὸ μηχανῆς interveniens, avo et materteræ mœrentibus vaticinatur. Illa certe ἐκθηριωθεῖσ' ὄφεος κ. τ. λ. plane abrupta sunt, et præcedentia quædam desiderant."

Intercidisse orationem Agaves, quod suspicatus erat Tyrwhittus, certissime ostendit Apsines Rhetor qui eam duobus locis commemorat; sc. p. 725. Ed. Ald. παρὰ τῷ Εὐριπίδῃ τοῦ Πενθέως ἡ μήτηρ Ἀγαυὴ ἀπαλλαγεῖσα τῆς μανίας καὶ γνωρίσασα τὸν παῖδα διεσπασμένον κατηγορεῖ μὲν ἑαυτῆς, ἔλεον δὲ κινεῖ. Iterumque, p. 724. τοῦτον τὸν τρόπον κεκίνηκεν Εὐριπίδης οἶκτον ἐπὶ τῷ Πενθεῖ κινῆσαι βουλόμενος· ἕκαστον γὰρ αὐτοῦ τῶν μελῶν ἡ μήτηρ ἐν ταῖς χερσὶ κρατοῦσα καθ' ἕκαστον αὐτῶν οἰκτίζεται. Habet et Lucianus in Piscatore versum quem hinc desumptum suspiceris: sc.

Λακιστὸν ἐν πέτραισιν εὑρέσθαι μόρον.

Musg.

Hæc verba ὦ πάτερ — non Baccho, sed Agavæ tribuit Prev., censetque cum Brunck. ejus sermonem fine, ut Bacchi verba initio, esse truncata. Supplevit igitur Bacchi orationem ita: (Mère coupable d'un fils impie! reconnois enfin ma puissance; et toi, Cadmus, vieillard illustre et malheureux! écoute la voix du dieu, que tes enfans ont irrite contre eux et contre toi. Je livre Agavé et ses sœurs en proie aux remords de leurs crimes; proscrites de ces lieux témoins de leurs fureurs, elles chercheront en vain un asyle pour se dérober au supplice que leur réserve la destinée. Et toi, que Thèbes honore comme son fondateur et son roi, n'espère pas terminer dans ces mers ta longue et pénible carrière. Renonce pour jamais à cette terre, qui t'est chère, mais que le sang d'un fils doit te

ΔΙΟ. * * * *

Δράκων γενήσει μεταβαλὼν, δάμαρ τε σὴ
Ἐκθηριωθεῖσ', ὄφεος ἀλλάξει τύπον,
Ἣν Ἄρεος ἔσχες Ἁρμονίαν, θνητὸς γεγώς.
Ὄχον δὲ μόσχων, χρησμὸς ὡς λέγει Διὸς,
Ἐλᾷς μετ' ἀλόχου, βαρβάρων ἡγούμενος.
Πολλὰς δὲ πέρσεις ἀναρίθμῳ στρατεύματι
Πόλεις· ὅταν δὲ Λοξίου χρηστήριον

Bac. * * * * *

Tu mutans formam fies draco, et tua uxor
Efferata, serpentis speciem induet,
Quam Martis *filiam*, Harmoniam *uxorem* habuisti mortalis existens.
Jugum autem vitulorum, ut dicit Jovis oraculum,
Ages cum uxore, barbaris imperans.
Multas autem evertes cum copiis innumeris
Urbes: quando vero Apollinis oraculum

rendre odieuse, et d'où son crime te proscrit. Ainsi l'ordonne la destinée. Tu vivras parmi les sauvages Illyricus, et consumé par la tristesse, tu perdras enfin la figure humaine;) Hermione, qui t'est unie par les nœuds de l'hymen, sera métamorphosée avec toi, et sous la forme de deux serpens entrelacées, vous serez portés sur un char trâmé par des taureaux, et vous précéderez les barbares, qui viendront ravager les cités florissantes."

Beck.

1320. Hunc versum, qui revera antecedere v. 1321. deberet, mira fortuna in Cod. Paris. Scholiastæ ad Dionys. Perieg. v. 391. deprehendit vir eruditissimus G. G. Bredaw. *Vid. Epist. Parisiens. Lips.* 1812. p. 45. Locus igitur ab Euripide sic conscriptus est:

δράκων γενήσει μεταβαλὼν, δάμαρ τε σὴ ἐκθηριωθεῖσ' —

Maltb.

1321. τύπον,] Malim τύπου. Præcessit, credo, in iis, quæ deperdita sunt, *speciem humanam*, vel aliquid ejusmodi.

Musg.

1321. s. Ἐκθηριωθεῖσ', ὄφεος ἀλλάξει τύπον, Ἣν Ἄρεος ἔσχες Ἁρμονίαν, θνητὸς γεγώς.] Mirum est, quam doctorum ingenia torserit hic locus, præcipue Æmilium Portum, qui antiptosin non vidit, ac proinde ob euphemismum rem præcipue dici de Harmonia, quanquam et de Cadmo idem fatum erat statutum. Sic igitur ordinanda est clausula, cum ἐκθηριωθεῖσα aperte habet Aldi editio: Ἁρμονία, ἣν Ἄρεος θυγατέρα οὖσαν ἔσχες σὺ θνητὸς ὢν, ἐκθηριωθεῖσα ἀλλάξει τύπον ὄφεως. Sic Virgilius dixit: *Urbem, quam statuo, vestra est.* De hac mutatione Cadmi et Harmoniæ vid. Apollodori Biblioth. Lib. III. c. 5. §. 4. Ovid. Metamorph. Lib. IV. Fab. 15. et Nonni Dionys. Lib. XLIV. Natalis Comes Mytholog. Lib. IX. c. 14. etc. Ἐκθηριωθεῖσα autem significat in *belluam transmutor*, et aliquando *efferor;* nec audiendus est Æmilius Portus, qui, cum nihil sanum hic intelligeret, statuit contrariam significationem ferre: Ὁ γὰρ Κάδμος καὶ Ἁρμονία ἐκθηριωθέντες ὄφεος ἤλλαξαν τύπον, ἤγουν Δράκοντες ἐγίνοντο, ut præter loca prædicta testantur Nicander, Dionysius, Apollonius Rhodius, aliique poëtæ quamplures. *Barnes.*

Heath. emendat locum ita:

Ἐκθηριωθεὶς ὄφεος ἀλλάξει τύπον,
Ἣν τ' Ἄρεος ἔσχες Ἁρμονίαν, θνητὸς γεγώς.

Ferinam formam induens in serpentis speciem immutabere, et tu, et Harmonia, quam Martis filiam mortalis natus uxorem habuisti. ἀλλάξει Attice pro ἀλλάξῃ. Eo-

Διαρπάσωσι, νόστον ἄθλιον πάλιν
Σχήσουσι· σὲ δ' Ἄρης Ἁρμονίαν τε ῥύσεται,
Μακάρων τ' ἐς αἶαν σὸν καθιδρύσει βίον.
Ταῦτ' οὐχὶ θνητοῦ πατρὸς ἐκγεγὼς λέγω
Διόνυσος, ἀλλὰ Ζηνός· εἰ δὲ σωφρονεῖν
Ἔγνωθ' ὅτ' οὐκ ἠθέλετε, τὸν Διὸς γόνον
Εὐδαιμονεῖτ' ἂν ξύμμαχον κεκτημένοι.
ΚΑΔ. Διόνυσε, λισσόμεσθά σ', ἠδικήκαμεν.

Depopulati fuerint, reditum, infelicem retro
Habebunt. Sed Mars te, et Harmoniam liberabit,
Beatorumque in terra tuam collocabit vitam.
Hæc non mortali patre natus dico
Bacchus, sed ex Jove: si vero sapere
Voluissetis, quando noluistis, Jovis filium
Socium habentes, beati fuissetis.
Cad. Bacche, supplices tibi sumus, peccavimus.

dem plane modo emendaverat et exposuerat Reisk. *Beck.*

1323. Ὄχον δὲ μόσχων,] MSS. Steph. ὄχλον δὲ μόχθων; quod Barnesius, licet durum plane et absonum, calculo suo comprobat. Reiskius de Moschis cogitat, barbara gente, de qua Herodotus Lib. III. c. 94. et VII. c. 78. Strabo, p. 498, 9. Ed. Par. ubi discimus, eos regiones Phasidi circumjacentes, longissimeque adeo ab Illyria dissitas, incoluisse. Nihil opus mutatione. Quid enim prohibet, Cadmum et Harmoniam curru bobus juncto, ex populari saltem opinione, tractos esse. Talem certe Lunæ ubique tribuit Nonnus. Nec aliter vehebatur Cleobis et Bitonis mater. Herodot. I. c. 31. Ipsum porro Cadmum, cum in Illyriam fugeret, boum jugo vectum esse, fama antiqua erat. Etymologus: Βουθόη, πόλις Ἰλλυρίδος. εἴρηται, ὅτι Κάδμος, ἐπὶ βοῶν ζεύγους ἐκ Θηβῶν ταχέως εἰς Ἰλλυρικοὺς παραγενόμενος, ἔκτισε πόλιν. *Musg.*

Ὄχον δὲ μόσχων,] Henr. Stephanus ex vetustis exemplaribus profert ὄχλον δὲ μόχθων: et sane, præter ὄχλος λαῶν, dicitur Thucydidi ὄχλος νεῶν, *multitudo navium*, et ὄχλος πραγμάτων, *plurima negotia*; ita hic ὄχλον μόχθων, *plurimos labores simul cum uxore, ut Jovis dicit oraculum, exantlabis. Barnes.*

Reisk. emendat ὀχμὸν δὲ Μόσχων, *agrum Moschorum arabis*, i. e. habitabis in terra Moscorum. *Beck.*

1325. Meminit hujus expeditionis Appianus in Illyricis, sed confuse, quantum memini, et sine ulla temporis nota. Præter illum solus ex Historicis Herodotus tam insignis rei memoriam conservavit, Mardonius, apud hunc Lib. IX. c. 42. cum legatis deliberans, ἔστι, inquit, λόγιον, ὡς χρεών ἐστι Πέρσας ἀπικομένους ἐς τὴν Ἑλλάδα διαρπάσαι τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Δέλφοισι, μετὰ δὲ τὴν διαρπαγὴν ἀπολέσθαι πάντας. Ad finem orationis observatio est Herodoti: τοῦτον δ' ἔγωγε τὸν χρησμὸν, τὸν Μαρδόνιος εἶπε ἐς Πέρσας ἔχειν, ἐς Ἰλλυριούς τε καὶ τὸν Ἐγχελέων στρατὸν οἶδα πεποιημένον, καὶ οὐκ ἐς Πέρσας. Mirum est, Pausaniam in Phocicis ne verbo quidem hanc calamitatem commemorasse. *Musg.*

1328. s. σὲ δ' Ἄρης Ἁρμονίαν τε ῥύσεται, Μακάρων τ' ἐς αἶαν, etc.] De Cadmi et Harmoniæ in Beatas Insulas translatione vid. auctores supra citatos ad v. 1321. *Barnes.*

1329. De cadmo Campum Elysium ingrediente vid. Schol. Pind. in Pyth. III. Epod. 4. *Musg.*

1332. Leg. ὅπου κ' ἠθέλετε. Cohæret cum σύμμαχον κεκτημένοι, *felices eritis, me in belli societatem assumto, quotiescunque modo id facere* (me socium adsciscere) *volueritis. Reisk.*

ΔΙΟ. Ὄψ' ἐμάθεθ' ἡμᾶς· ὅτε δ' ἐχρῆν, οὐκ εἴδετε.
ΚΑΔ. Ἔγνωκα μὲν ταῦτ'· ἀλλ' ἐπεξέρχῃ λίαν. 1346
ΔΙΟ. Καὶ γὰρ πρὸς ὑμῶν, θεὸς γεγὼς, ὑβριζόμην.
ΚΑΔ. Ὀργὰς πρέπει θεοὺς οὐχ ὁμοιοῦσθαι βροτοῖς.
ΔΙΟ. Πάλαι τάδε Ζεὺς οὑμὸς ἐπένευσεν πατήρ.
ΑΓ. Αἶ, αἶ· δέδοκται, πρέσβυ, τλήμονες φυγαί. 1350
ΚΑΔ. Ὦ τέκνον, ὡς ἐς δεινὸν ἤλθομεν κακὸν,
Σύ θ' ἡ τάλαινα, σύγγονοί τε σαὶ φίλαι,
Ἐγώ θ' ὁ τλήμων, βαρβάρους ἀφίξομαι
Γέρων μέτοικος· ἔτι δ' ἐμοὶ τὸ θέσφατον,

Bac. Sero cognovistis nos: at cum oportebat, non nôratis.
Cad. Agnoscimus hæc; sed persequeris nimium.
Bac. Etenim a vobis lædebar, cum essem deus.
Cad. Convenit deos non esse similes iracundia hominibus.
Bac. Hæc jam pridem Jupiter meus pater annuit.
Ag. Heu, heu! Decreta sunt, O senex, misera exilia.
Cad. O filia, venimus in triste malum,
Tuque misera, sororesque tuæ charæ.
Et ego infelix *ad* barbaros ibo
Senex inquilinus, et adhuc mihi hoc *est* fatale,

ὅτ' οὐκ ἠθέλετε, scribi vult Heath. *Beck.*

1333. Εὐδαιμονεῖτ' ἂν] *Felices fuissetis.* Sic recte Musgravius. Vulgo εὐδαιμονοῖτ'. *Brunck.*

Lego ηὐδαιμονεῖτ' ἂν, *fuissetis felices*: non εὐδαιμονοῖτ' ἂν, *felices esse potestis.* *Musg.*

1335. οὐκ εἴδετε] Sic recte Heathius. Vulgo ἤδετε, quod Græcum non est. Plusquamperfecti ἤδειν secunda pluralis est ἤδειτε. *Brunck.*

Ὄψ' ἐμάθεθ' ἡμᾶς· ὅτε δ' ἐχρῆν, οὐκ εἴδετε] Ὅτε γ' ἐχρῆν, οὐκ εἰδότες videtur legisse X. Π. Epilog. 29. *Por.*

1340. δέδοκται, πρέσβυ, τλήμονες φυγαί.] Quomodo hæc syntaxis stare potest? Est verbum singulare, nomen plurale, etiam fœmininum. *Hæc est solutio*, quanquam vulgares grammaticæ nihil hujusmodi observent: Δέδοκται τοῦτο τὸ δόγμα, ἤγουν ἡμῖν τλήμονες φυγαί· ἢ δέδοκται τοῦτο τὸ χρῆμα, αἱ φυγαὶ δηλονότι. Et curiosus lector innumera hujusmodi exempla observabit. Nobis sit satis, hanc regulam proposuisse, vel potius exemplum hoc: Camdenus enim regulam posuit: "Neutra pluralia gaudent verbo singulari, aliquando etiam masculina et fœminina. Busbeiana grammatica hoc non vidit, aut, ut falsum, omisit. *Barnes.*

1347. Δράκων δρακαίνης φύσιν ἔχουσαν] De Cadmo et Harmonia in dracones mutatis vid. supra ad v. 1321. Φύσις autem in hoc loco *formam* significat: non enim mente alienati erant, nec naturam draconum induerant: Mansueti enim fuisse perhibentur: sic enim Ovid. Metam. Lib. IV. Fab. 15. *Nunc quoque nec fugiunt homines, nec vulnere lædunt, Quidque prius fuerint, placidi meminere dracones.* Φύσις autem πολυσήμαντος est, ut et natura apud Latinos. *Barnes.*

1350. καταιβάτης, *qui descensum præbet*, i. q. καταβιβάζων. *Heath.*

1352. στερεῖσα] Male in Aldina editione στερηθεῖσα. Vide notata ad Hec. 621. *Brunck.*

στερεῖσα] Ita recte Barnesius, conferens Hecub. v. 621. Iphig. Aul. v. 357. Iphig. Taur. v. 475. Ed. Ald. στερηθεῖσα. *Musg.*

στερεῖσα] Ita scribo pro στερηθεῖσα, ut

Εἰς Ἑλλάδ' ἀγαγεῖν μιγάδα βάρβαρον στρατόν.
Καὶ τὴν Ἄρεως παῖδ' Ἁρμονίαν, δάμαρτ' ἐμὴν,
Δράκων, δρακαίνης φύσιν ἔχουσαν ἀγρίαν,
Ἄξω 'πὶ βωμοὺς καὶ τάφους Ἑλληνικοὺς,
Ἡγούμενος λόγχαισιν· οὐδὲ παύσομαι
Κακῶν ὁ τλήμων· οὐδὲ τὸν καταιβάτην
Ἀχέροντα πλεύσας, ἥσυχος γενήσομαι.
ΑΓ. Ὦ πάτερ, ἐγὼ δέ σου στερεῖσα φεύξομαι.
ΚΑΔ. Τί μ' ἀμφιβάλλεις χερσὶν, ὦ τάλαινα παῖ,
Ὄρνιθ' ὅπως κηφῆνα πολιόχρως κύκνος;

In Græciam ducere mixtum barbaricum exercitum,
Et Harmoniam Martis filiam, meam conjugem:
Ego factus draco, dracænæ naturam habentem feram,
Ducam ad aras, et sepulchra Græcanica,
Dux exercitus; nec liberabor
A malis infelix, nec *ad* infernum
Acheronta navigans, quietus ero.
Ag. O pater, ego igitur te orbatus exulabo.
Cad. Cur, O misera filia, me manibus amplecteris,
Alem ut senio confectam candido corpore præditus cygnus?

supra, Hecub. v. 621. et Iphig. Aul. v. 357. et Iphig. Taur. v. 475. notavimus. Vide et infra, v. 1361. Στέρομαί σε, πάτερ. Quod tamen dicitur, quia active, στερῶ σέ τι, vel τινὸς, ut Isocrates Trapez. ἀποστερεῖ με Πασίων χρήματα, pro χρημάτων; ideo dicitur στέρομαί σε, pro σοῦ. Vid. Scholiast. Euripid. ad Hecub. v. 568. *Barnes.*

1354. ὄρνιθ'] Hanc scripturam omnino flagitat metrum: nam in ὄρνις ultima corripitur. πολιόχρως κύκνος est *candidus cycnus*, et κηφῆνα ὄρνιθα notat *senio confectam avem, effœtum parentem.* Vide Musgravii notam. *Brunck.*

Pietatem avium celebrat Sophocles Electr. v. 1064. cujus laudis partem non infimam tulisse videntur cygni, siquidem Euripides Electr. v. 151. lamenta commemorat, quibus parentem laqueis captum lugent. Non est igitur, quod dubitemus, de cygnis agere poëtam. Verum quid hic facit vox κηφῆνα? Nempe idem, quod Troad. v. 194. ubi senem effœtum et decrepitum significat. Nihil igitur muto nisi πολιόχρως, pro quo malim πολιόχρων:

ὄρνις ὅπως κηφῆνα πολιόχρων κύκνος.

ὄρνις κύκνος idem pleonasmus est, quem multis exemplis illustravimus ad v. 1015. Quibus adde Helen. v. 19. πολιόχρων, ut λιπαρόχρων, Theocrit. Idyll. II. v. 102.

βροτοὺς κηφῆνας habet Timon apud Sext. Empir. p. 721.

Scholiastes Aristoph. τὴν εὐθεῖαν τοῦ, Ὄρνις, ἐκτείνουσιν Ἀττικοί. ad Av. 70.

Ὄρνις ὅπως] Ultima syllaba τοῦ Ὄρνις, quod producat incrementum in genitivo, et quod asperum sequatur, longa est; alioquin addendum γ' erat. *Barnes.*

Videtur hic mendum aliquod latere. Sententia hæc est: ab Agave juventa florenti spem præsidii frustra collocari in Cadmo senio effœto. Quid autem huc pertinet, illam sub cygni candidi imagine repræsentari? aut quodnam inter cygnum et fucum intercedere potest commercium? Videtur poëta scripsisse:

Τί μ' ἀμφιβάλλεις χερσὶν, ὦ τάλαινα παῖ,
Ὄρνιθ' ὅπως κηφῆνα, πολιόχροα κύκνον;

Quamobrem me manibus, O misera filia,

ΑΓ. Ποῖ γὰρ τράπωμαι, πατρίδος ἐκβεβλημένη;
ΚΑΔ. Οὐκ οἶδα, τέκνον· σμικρὸς ἐπίκουρος πατήρ.
ΑΓ. Χαῖρ', ὦ μέλαθρον, χαῖρ', ὦ πατρῴα
Πόλις· ἐκλείπω σ' ἐπὶ δυστυχίᾳ,
Φυγὰς ἐκ θαλάμων.
ΚΑΔ. Στεῖχέ νυν, ω παῖ, χθόν' Ἀρισταίου.
ΑΓ. Στέρομαί σε, πάτερ. ΚΑΔ. Κᾀγώ σε, τέκ-[νον.
Καὶ σὰς ἐδάκρυσα κασιγνήτας.
ΑΓ. Δεινῶς, δεινῶς τάνδ' αἰκίαν
Διόνυσος ἄναξ
Τοὺς σοὺς εἰς οἴκους ἔφερε.

Ag. Quo enim me vertam ejecta ex patria?
Cad. Nescio, O filia; imbecillis auxiliator *est tibi* pater.
Ag. Vale, O domus, vale, O patria
Civitas, desero te cum infortunio,
Exulans ex thalamo.
Cad. Vade, O filia, *ad* Aristæi terram.
Ag. Privor te, O pater. *Cad.* Et ego *te*, O filia,
Et tuas deploro sorores.
Ag. Atrociter enim, atrociter hanc calamitatem
Bacchus rex
In tuam domum intulit.

amplecteris, qui merus sum inter alites fucus, canus cygnus. Senem autem imbecillem πολιοῦ κύκνου appellatione vulgo apud Athenienses designari solitum, colligi potest ex Arist. Vesp. 1058. ss. *Heath.*

1360. χθόν' Ἀρισταίου.] Thessaliam: sic recte Musgravius. Idem v. seq. post Barnesium pronomen σε inserit, vulgo omissum: κᾀγώ σε, τέκνον. Mox male vulgo κασιγνήτους, quod omnino emendari debuit. *Brunck.*

τὸν Ἀρισταίου.] Legendum χθόν' Ἀρισταίου. i. e. Thessaliam, ubi eum oves Musarum pavisse testatur Apollon. Rhod. Lib. II. *Musg.*

Στεῖχέ νυν, ὦ παῖ, τὸν Ἀρισταίου.] Hic νυν est expletivum, ut ex versu constat, quare accentu privavimus. Ibid. Τὸν Ἀρισταίου, ἤγουν οἶκον. Videtur hic noster poëta Aristæum Thebanum posuisse, certe Hyginus illum Thebanum regem facit, et certo certius Autonoës, Cadmi filiæ, maritus erat, atque adeo Actæonis pater, ut Hesiod. Theogon. v. 977. Αὐτονόην θ', ἣν γῆμεν Ἀρισταῖος βαθυχαίτης. Vid. supra v. 1116. Alii illum, sed diverso forsan tempore, Arcadia regnasse dicunt. Vid. Virgil. Georg. Lib. IV. v. 317. etc. Nonni Dionys. Apollodor. Biblioth. Hyginum, Natal. Comit. Mytholog. Lib. V. c. 19. etc. *Barnes.*

1361. Στέρομαί σε,] Sic Xenophon Cyropæd. Lib. VI. sub initio: ὅσοι τε ἵππους ἀπεστέρηνται.

Mox legendum cum Barnesio κᾀγώ σε, τέκνον. Agave utique in exsilium statim cum sororibus (v. 1371.) abire debuit; non item Cadmus, saltem non cum natis. vid. v. 1352. *Musg.*

Στέρομαί σε,] Pro στέρομαί σου. Vid. supra ad v. 1352. Ibid. Κᾀγὼ τέκνον] Legendum puto, κᾀγώ σε, τέκνον, nec versui nocebit. *Barnes.*

1362. κασιγνήτους] Attice, vel κασιγνήτας lege, ut v. 1362. *Barnes.*

ΔΙΟ. Καὶ γὰρ ἔπασχον δεινὰ πρὸς ὑμῶν,
Ἀγέραστον ἔχων ὄνομ' ἐν Θήβαις.
ΑΓ. Χαῖρε, πάτερ μοι.
ΚΑΔ. Χαῖρ', ὦ μελέα καὶ σύ γε θύγατερ·
Πλὴν χαλεπῶς εἰς τόδ' ἂν ἥκοις.
ΑΓ. Ἄγετ', ω πομποί, με, κασιγνήτας
Ἵνα συμφυγάδας λήψομαι οἰκτράς·
Ἔλθοιμι δ', ὅπου
Μήτε Κιθαιρὼν μιαρός μ' ἐσίδοι,
Μήτε Κιθαιρῶν' ὄσσοισιν ἐγώ,
Μήθ' ὅθι θύρσων μνῆμ' ἀνάκειται·

Bac. Etenim patiebar atrocia a vobis,
Habens nomen sine honore Thebis.
Ag. Vale, O pater, mihi.
Cad. Vale et tu, misera filia:
Tamen difficulter eo venire poteris; *ut valeas.*
Ag. O ductores ducite me *ad* sorores,
Ut exilii socias assumam miseras.
Proficiscar autem *illac*, ubi
Neque Cithæron impurus me videat,
Neque Cithæronem oculis ego,
Nec ubi thyrsi memoria est.

1363. *αἰκία*] Penultimam producit: unde particula *γὰρ*, quæ vulgo in hoc versu legitur, eliminanda fuit. Vide Æsch. Prom. 93. 117. *Brunck.*

Delendum *γὰρ*, quod metrum corrumpit. *αἰκίας* autem, quod valet *ἀεικείας*, (Dawes Miscell. Crit. p. 317.) penultimam producit. Aristoph. Ecclesiazus. v. 659. *Musg.*

1365. Delendum forte *τάνδ'*, et versu abhinc secundo legendum:

τοὺς σοὺς τάνδ' εἰσέφερ' οἴκους.

Musg.

Quod *αἰκίαν* ultimam producat, Heath. substituit *ἄταν*. *Beck.*

1365. Lege *ἔφερεν*. *Heath.*

1370. Mutilus vulgo legitur hic versus. *πλὴν* addidi, quod hic, ut alias sæpissime, valet *ὅμως*. Vide supra 1028. Callimachus in Epigr.

Ἡμισύ μυ ψυχῆς ἔτι τὸ πνέον, ἥμισυ δ' οὐκ οἶδ'
εἴτ' Ἔρος, εἴτ' Ἀΐδης ἥρπασε· πλὴν ἀφανές.

Brunck.

Versus justo brevior est. Forte:

Χαλεπῶς μὴν εἰς τόδ' ἂν ἥκοις.

Musg.

Heath. emendat: *Χαλεπῶς εἰς γὰρ τόδ' ἂν ἥκοις·* Reisk. *Χαλεπῶς δ' εἰς τόδ'*, *sed difficulter eo perveneris, ut bene valeas, et gaudeas.* *Beck.*

1371. Comma post *κασιγνήτας* delendum: *ut sorores fugæ socias adsciscam.*

Reisk.

1372. Vulgo male *λήψωμ'*. Cum futuro indicativi *ἵνα* perinde ac *ὅπως* construitur. *Brunck.*

1374. Hunc et seq. versum, uti optime a Musgravio emendati fuerunt, edidi. *Brunck.*

Ad hujus versus mensuram deest pes, ad constructionis integritatem verbum.

Βάκχαις δ᾽ ἄλλαισι μέλοιεν.
ΧΟ. Πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων,
Πολλὰ δ᾽ ἀέλπτως κραίνουσι θεοί.
Καὶ τὰ δοκηθέντ᾽ οὐκ ἐτελέσθη·
Τῶν δ᾽ ἀδοκήτων πόρον εὗρε θεός.
Τοιόνδ᾽ ἀπέβη τόδε πρᾶγμα.

Bacchis vero aliis curæ sunto.
Cho. Multæ formæ *sunt* divinarum *rerum*,
Multaque præter spem perficiunt dii,
Et quæ sperabantur, non perfecta sunt:
Et insperatorum exitum invenit Deus.
Sic *et* hoc negotium finitum est.

Legendum forte:

Μήτε Κιθαιρὼν μιαρός μ᾽ ἐσίδοι,
Μήτε Κιθαιρῶν᾽ ὄσσοισιν ἐγώ.

Musg.

Reisk. scribit: *μήτε Κιθαιρών μ᾽ ἴδη μιαρὸς, μήτε Κιθαιρῶν᾽ ὄσσοισιν ἐγὼ* (aut *ὄσσοισιν βλέπω*), *neque me spectet Cithæro, neque ego spectem Cithæronem.* *Beck.*

1375. Μήτε Κιθαιρῶν᾽ ὄσσοισί μ᾽, ἐγὼ] Hic locus corruptus videtur. Aldi editio habet ὄσσοισιν ἐγὼ, Brodæus ὁρῶ pro ἐγὼ legit, vel subaudiendum recte putat. Duportus legit ὄσσοις ἐσίδοιμ᾽ ἐγὼ, Scaliger ὄσσοισιν ἴδοιμ᾽ ἐγώ. Canterus ὄσσοισι μιγῶ, ἤγουν Κιθαιρῶνι. Et Joh. Miltonus: Fortasse μιγῶ, pro ἐγώ. Vid. Henr. Stephanum, qui et Θύρσου legendum haud male ominatur. *Barnes.*

ὄσσοισιν ἴδω, vel ὄ. ὁρῶ, scribi vult Heath. neque enim verba ista commode subaudiri posse. *Beck.*

Μήτε Κιθαιρῶν᾽ ὄσσοισίν μ᾽ ἐγώ.] Ego aliis haud multo felicior in restituendo hoc loco corrupto mihi fuisse videor, dum lego:

Μήτε Κιθαιρὼν ὄσσοις ἀνέχει.

ut sensus sit: Proficiscar illuc, ubi neque Cithæron impurus est, neque idem oculis meis procul surgit atque se ostendit—nam illud *μήτε* repetitum mihi displicet, quamquam forte defendi possit, si ita explicetur, ut et prius et posterius aliam rem exprimat, prius, nolo in monte isto ipso esse, posterius, ne ibi quidem, vel loco remotiore, ubi tamen montis vertex emineat, et tristissimæ cladis memoriam revocet. Sed mea mihi non satisfacere, ingenue fateor. *Fæhse.*

1376. Μήθ᾽ ὅθι θύρσος μνῆμ᾽ ἀνάκειται·] Hoc quid sit, minime intelligo, nec multum juvat θύρσου, quod reponi jubet H. Stephanus. Lego:

μήθ᾽ ὅθι θύρσοις κλήματ᾽ ἀνεῖται.

i. e. *nec ubi palmites vitei ad thyrsos conficiendos e terra producuntur.* De thyrsorum compositione vide supra ad v. 700. *Musg.*

Heath. vulgatum accipit sic: thyrsus, qui memoriam malorum præteritorum refricare possit. *Beck.*

1378—1380. Apud Stob. Grot. CXXII. p. 465. *Burn.*

1378. Πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων,] Eadem conclusione gaudent Alcestis, Andromache et Helena, et, excepto unico versiculo, Medea. *Barnes.*

Ex hac fabula S. Maximus in Schol. ad Dionys. Areopag. T. I. p. 90. profert hæc:

Δινεύων δρομάσι βλεφάροις,

quæ in ea frustra quæras. Scholiastes quoque Arist. Plut. 908. versum sequentem affert:

Εἰ μὴ γὰρ ἴδιον ἔλαβον εἰς χεῖρας μύσος.

Ex Heath. — Valcken. ad Herod. p. 217, 7. observavit, etiam λελάβημαι ex Eurip. Bacch. proferri in Bibl. Coisl. Montef. p. 482. sed non in hac fabula reperiri.

ΤΕΛΟΣ ΒΑΚΧΩΝ.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΚΥΚΛΩΨ.

ʽΥΠΟΘΕΣΙΣ ΚΥΚΛΩΠΟΣ.

ARGUMENTUM EX ED. BECK.

'Οδυσσεὺς, ἀναχθεὶς ἐξ Ἰλίου, εἰς Σικελίαν ἀπεῤῥίφη, ἔνθα ὁ Πολύφημος· εὑρὼν δὲ καὶ δουλεύοντας ἐκεῖ τοὺς Σατύρους, οἶνον δοὺς, ἄρνας ἤμελλε λαμβάνειν, καὶ γάλα παρ᾽ αὐτῶν. ἐπιφανεὶς δὲ Πολύφημος, ζητεῖ τὴν αἰτίαν τῆς τῶν ἰδίων ἐκφορήσεως. ὁ Σιληνὸς δὲ τὸν ξένον ληστεύοντα καταλαβεῖν φησί. Τὰ δ᾽ ἄλλα, ὡς παρ᾽ Ὁμήρῳ κεῖται.

Ulysses, navigans ex Ilio, in Siciliam ejectus est, ubi habitabat Polyphemus. Inveniens etiam servientes illic Satyros, dans eis vinum, recepturus erat oves, et lac ab ipsis. Apparens vero Polyphemus quærit causas exportationis rerum suarum. Silenus autem hospitem prædantem eas cepisse dicit. Cætera se habent, sicut ab Homero sunt dicta.

Ἄλλη Ὑπόθεσις τοῦ Κύκλωπος, Δράματος Εὐριπιδείου, ἐν Ἀκροστιχίδι.

Κέλσας Ὀδυσσεὺς εἰς Κύκλωπος ἀξίνου
Ὑψηλὸν ἄντρον Θῆρας εὗρε Βακχικούς·
Καὶ τοῖσιν οἶνον δῶκεν, ἄρνας καὶ γάλα
Λαβών· Κύκλωψ δὲ φωράσας τὴν ἁρπαγὴν
Ὠμοῖς ὀδοῦσιν ἐξ Ἑταίρους ἤσθιε.
Ψυχὴν δ᾽ Ὀδυσσεὺς σῶσε τυφλώσας φάγον.

Aliud argumentum Cyclopis acrostichum, Latinum, auctore Q. Septim. Florente Christiano, qui et Græcum scripsit.

Cogente vento, saxa Cyclopum ardua
Ut applicavit dux Ulysses, repperit
Chorum Satyricum servientem principi
Lusco: Sed agnos lacque pro vino auferens
Offendit ipsum Coclitem; qui sex virum
Prehensa mandit corpora: Hic Ithacus cavens
Sibi ipse, monstrum occœcat et struit pedem.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΣΙΛΗΝΟΣ.	SILENUS.
ΧΟΡΟΣ ΣΑΤΥΡΩΝ.	CHORUS SATYRORUM.
ΟΔΥΣΣΕΥΣ.	ULYSSES.
ΚΥΚΛΩΨ.	CYCLOPS.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΚΥΚΛΩΨ.*

ARGUMENTUM ACTUS PRIMI.

Silenus prologum agens exponit, quomodo, dum Bacchum quæsiturus navigaret, in Siciliam sit vento depulsus ad immanes Cyclopas; duramque queritur servitutem se et filios suos Satyros servire sub Polyphemo. Chorus Satyrorum oves pascentium pastoricio more pecudes appellat, cum iis et inter se fabulando. Dein thiasorum Bacchicorum desiderii impatiens, præsentis suæ conditionis miseriam et infortunium dolet. Ulysses eo loci appulsus Silenum salutat, et ab eo simul audit de Cyclopis immanitate et erga hospites sævitia; quare cum sene permutatione facta, pro vino nempe ovibus, caseis et aliis id genus cibariis receptis, jam erat e vestigio abiturus; quum subito Cyclope superveniente, Ulysses, quomodo sibi ac sociis prospiciat, anxius secum dubitat.

ΣΙΛΗΝΟΣ.

Ω ΒΡΟΜΙΕ, διὰ σὲ μυρίους ἔχω πόνους
Νῦν, χὤτ' ἐν ἥβῃ τοὐμὸν εὐσθένει δέμας·
Πρῶτον μὲν, ἡνίκ' ἐμμανὴς Ἥρας ὕπο
Νύμφας ὀρείας ἐκλιπὼν ᾤχου τροφούς·

SILENUS.

O Bacche, propter te fero innumerabiles labores
Nunc, et quando in juventute meum florebat corpus:
Primum quidem, quando furiis agitatus a Junone,
Nymphas montanas nutrices relinquens, abiisti.

1. Ὦ Βρόμιε, διὰ σὲ] Quod hæc Fabula recte Euripidi tribuitur, vid. Isaaci Casauboni de Satyrica Poësi, Lib. I. c. 6. Et recte Joh. Brodæus notavit, Tragœdiam hanc prope accedere ad Veterem Satyram, et ex Hom. Odyss. Lib. IX. ab Eurip. depromtam. Silenus dicitur Bacchum educasse; de hac autem Bacchi insania a Junone noverca illi immissa vid. Apollodor. Biblioth. Lib. III. c. 5. §. 1. item Nat. Com. Mythol. Lib. V. c. 13. item Nonni Dionys. Lib. XXXI. *Barnes.*

2. Νῦν, χὤτ'] Νῦν, καὶ ὅτι. *Barnes.* Malim κὐσθένει. *Heath.*

3. De insania Baccho a Junone immissa videndi Apollodor. Lib. III. c. 5. sect. 1. et Nonnus, Lib. XXXII. quanquam hic de tempore, quo immissa est, a Nostro dissentiens; quod quis in tali re miretur? *Musg.*

ἐμμανὴς] Scaliger ἐκμανὴς legendum

* Hanc fabulam eleganti Latino versu donatam a Q. Septimio Florente Christiano nobis exhibuit Is. Casaubon. ad finem satyricæ poëseos. *Barnes.*

Ἔπειτα δ' ἀμφὶ γηγενῆ μάχην δορὸς,
Ἐνδέξιος σῷ ποδὶ παρασπιστὴς γεγὼς,
Ἐγκέλαδον, ἰτέαν ἐς μέσην θένων, δορὶ
Ἔκτεινα.—φέρ' ἴδω· τοῦτ' ἰδὼν ὄναρ λέγω;
Οὐ μὰ Δί', ἐπεὶ καὶ σκῦλ' ἔδειξα Βακχίῳ.
Καὶ νῦν ἐκείνων μεῖζον' ἐξαντλῶ πόνον·
Ἐπεὶ γὰρ Ἥρα σοι γένος Τυρσηνικὸν
Λῃστῶν ἐπῶρσεν, ὡς ὁδηθείης μακρὰν,

Deinde in prælio belli Gigantei,
Ad dextrum pedem tuum auxiliator cum essem,
Enceladum, clypeum in medium percutiens, hasta
Interfeci. Age videam, hocne somnium a me visum dico?
Non per Jovem: nam et spolia ostendi Baccho:
Et nunc illis majorem haurio laborem.
Postquam enim Juno tibi genus Tyrrhenum
Immisit latronum, uti ablegareris procul,

5. ἔπειτά γ'.

putat, nulla necessitate; si modo ἂν intelligas. *Barnes.*

5. Ἔπειτά γ' ἀμφὶ γηγενῆ μάχην δορὸς, &c.] Quanquam hic risus causa Silenus introducitur glorians de virtute sua in bello Giganteo, hoc tamen illi omnino concedendum, quod in ea pugna suo quidem Domino, Baccho, nequaquam defuerit, quin illius Asinus, quem quoquomodo equitabat, adeo horrificum ruditum ediderit, ut Gigantes, rei novitate attoniti, in fugam fuerint versi: sed quod Enceladum ipse per se prostraverit, id nemo credet, nisi cui omnes omnino poëticæ fabulæ veritatis loco habentur. De Gigantomachia vid. quæ nos ad Bacch. v. 535. *Barnes.*

Pro γ' legendum puto δ', præsertim præcedente part. μέν. *Heath.*

7. Ἐγκέλαδον, ἰτέαν] Hoc in loco ἰτέα pro clypeo ponitur, ut Troad. v. 1183. Aliquando pro hasta occurrit, et frequentius hoc quidem. Suppl. v. 705. *Barnes.*

11. s. Ἐπεὶ γὰρ Ἥρα σοὶ γένος Τυρσηνικὸν Λῃστῶν ἐπῶρσεν,] De hisce piratis Tyrrhenis, quos a Junone in Bacchum excitatos ait Euripid. vid. inprimis Homeri Hymnum, Διόνυσος, ἢ Λῃσταὶ, dictum; Ovid. Metam. Lib. III. Fab. 8, 9. Philostrati Icon. Lib. I. in voce Τυῤῥηνοὶ, Apollod. Biblioth. Lib. III. §. 3. Nonni Dionys. Lib. XLV. fol. 767. Natal. Com. Mytholog. Lib. V. c. 13. *Barnes.*

12. Hesych. Ὀδηθείης· ληφθείης, πραθείης. Ergo est vænires, ut Heath. vertit. *Beck.*

15. ἀμφῆρεις] Apposite Hesychius: ἀμφήρεις νῆες, ἀμφοτέρωθεν ὁρμώμεναι, ἢ ἐρεσσόμεναι. *Musg.*

ἀμφῆρες δόρυ,] Δόρυ ἀμφῆρες, ναῦν vocat ἀμφιέλισσαν, ἑκατέρωθεν ἐρετμοῖς χρωμένην, καὶ ἐρέσσουσαν, δόρυ, ἀντὶ δουρατέαν ναῦν, quod moneo, quia Brodæus ἀμφῆρες δόρυ *hastam ancipitem* exponit, quo nihil dici potuit incogitantius in hoc loco. *Barnes.*

Notus est et post Homerum sæpe tractatus mythus de Baccho per piratas Tyrrhenos erepto, de quo vide Sum. Heynium ad Apollod. p. 578. Hujus mythi tanquam fundo superstructa est ea pars fabulæ nostræ, quæ ad Silenum ejusque filios pertinet. Ego, inquit temulentus senex, qui Prologum agit, nuntio de raptu tuo audito

σὺν τέκνοισι ναυστολῶ
σέθεν κατὰ ζήτησιν· ἐν πρύμνῃ δ' ἄκρᾳ
αὐτὸς ΛΑΒΩΝ εὔθυνον ἀμφῆρες δόρυ.

Satis quidem expedita sententia, Silenum ad navis gubernaculum consedisse; sed in verbis hæremus. Δόρυ enim, non quod

Ἐγὼ πυθόμενος σὺν τέκνοισι ναυστολῶ
Σέθεν κατὰ ζήτησιν. ἐν πρύμνῃ δ' ἄκρᾳ
Αὐτὸς λαβὼν εὔθυνον ἀμφῆρες δόρυ,
Παῖδές τ' ἐρετμοῖς ἥμενοι, γλαυκὴν ἅλα
Ῥοθίοισι λευκαίνοντες, ἐζήτουν σ', ἄναξ.
Ἤδη δὲ Μαλέας πλησίον πεπλευκότας,
Ἀπηλιώτης ἄνεμος ἐμπνεύσας δορὶ,
Ἐξέβαλεν ἡμᾶς τήνδ' ἐς Αἰτναίαν πέτραν,

Ego audiens *hoc*, cum meis liberis navigo
Ad tui inquisitionem: in puppi vero summa
Ipse *gubernaculo* correpto, regebam utrinque-*remis*-impulsam navem,
Filiique *mei Satyri ad* remos sedentes, glaucum mare
Fluctibus dealbantes, quærebant te, O rex.
Jam vero prope Maleam navigantes,
Subsolanus ventus navem adflans,
Impulit nos ad hanc Ætneam petram,

Heathius voluit, clavum gubernaculi, sed ipsam *navem* significare, satis, cum ex aliis locis, tum ex Helena. v. 1568. apparet, ubi est:

ἐξέπεισεν εἰσβῆναι δόρυ.

et in ipso Cyclope. v. 19. ἄνεμος ἐμπνεύσας δορί. quod nemo facile de gubernaculo intelliget; neque tamen verisimile est, poëtam idem verbum intra tam paucorum versuum spatium tam diverso significatu adhibuisse. Quæ cum ita sint, difficile dictu est, quo v. λαβὼν referendum sit, quod cum v. δόρυ quidem conjungi nequit. His rationibus adductus λαβὼν in mendo cubare suspicor, et corrigendum:

ἐν πρύμνῃ δ' ἄκρᾳ
αὐτὸς ΘΑΚΩΝ ηὔθυνον ἀμφῆρες δόρυ.

Jacobs.

Per ἀμφῆρες δόρυ non ipsam navem, sed gubernaculi clavum, indicari puto, qui ideo ἀμφῆρες dicitur, quod in utramque partem flecti et dirigi potest. Alias nihil est, quod a participio λαβὼν commode regatur. Pro εὔθυνον malim ηὔθυνον.

Heath.

Vocabulum δόρυ 1. significat *hastam*, 2. *omne lignum*, inprimis nauticum, 3. *navigium ipsum:* proinde δόρυ vere significare posset ex sententia Heathii *clavum gubernaculi.* Nec minus plura exempla, quæ hic enumerare supersedeo, quemque edocent, eadem verba omnino intra paucum spatium apud vet. poëtas occurrere. Equidem v. λαβὼν ad ἀμφῆρες referrendum esse, *navigium* significans, quod *utrinque remis impellitur*, arbitror et vulgatam lectionem satis probam amplectens ita interpretor verba: *Ipse in extrema puppi* gubernaculum *tenens navem regebam.* *Goes.*

18. Μαλέας] Malea est Laconiæ promontorium, scribitur et Græce Μάλεια, et Latine penultimam ancipitem habet, ut Virgil. Æn. Lib. V. v. 193. *Ionioque Mari, Maleæqve sequacibus undis.* At Ovid. Amor. Lib. II. Eleg. 6. *Ne timeam vestros, curva Malea, sinus.* et Stat. Theb. Lib. VII. *Raucæ circumtonat ira Maleæ.* et Propert. Eleg. Lib. III. *Præbeat Hospitio sæva Malea suo.* Dicitur hodie *Asini Maxilla, Græce,* ut Tzetzes in Lycophr. Ὄνου καταμάγουλον, τουτέστι γαμφηλή: sic Euripid. Scholiastes ad Orest. v. 356. Μαλέᾳ προσίσχων] Μαλέας δὲ ἀκρωτήριόν ἐστι περὶ Λακεδαιμονίαν, λεγόμενον παρά τισιν ὄνου καταμάγουλον. Vid. Johannis Meursii Glossarium Græco-barbarum in Καταμάγουλον et in Μάγουλον.

Barnes.

19. Ἀπηλιώτης ἄνεμος] Dicitur quasi ἀφηλιώτης, ut ἀντήλιος, pro ἀνθήλιος, de qua re vid. Eustathium in Homerum: Vid. etiam Aristot. de Mundo et Gellium, Lib. I. c. 22. Ibid. Δορὶ] i. e. νηΐ

Ἵν' οἱ μόνωπες ποντίου παῖδες θεοῦ
Κύκλωπες οἰκοῦσ' ἄντρ' ἔρημ' ἀνδροκτόνοι.
Τούτων ἑνὸς ληφθέντες ἐσμὲν ἐν δόμοις
Δοῦλοι· καλοῦσι δ' αὐτὸν, ᾧ λατρεύομεν,
Πολύφημον. ἀντὶ δ' εὐΐων βακχευμάτων
Ποίμνας Κύκλωπος ἀνοσίου ποιμαίνομεν.
Παῖδες μὲν οὖν μοι κλιτύων ἐν ἐσχάτοις
Νέμουσι μῆλα, νεανίαι πεφυκότες·
Ἐγὼ δὲ πληροῦν πίστρα, καὶ σαίρειν στέγας

Ubi monoculi filii marini dei
Cyclopes habitant antra deserta, homicidæ.
Horum unius capti sumus in ædibus
Servi: vocant autem eum, cui servimus,
Polyphemum: et pro lætitia bacchica,
Greges Cyclopis impii pascimus.
Filii igitur mei clivis in extremis,
Pascunt oves, juvenes existentes.
Ego vero ut impleam pocula, et verram habitacula

28. μῆλα νέα, νέοι π.

Vid. v. 15. Oppian. Cyneget. Lib. IV. Ἐς γαῖαν δόρυ κέλσε, pro ναῦν. *Barnes.*

H. l. Heath. per δόρυ intelligit *navem*, eamque in rem laudat Stanlei. ad Æsch. Suppl. 141. *Beck.*

21. μόνωπες] Hesiod. Theogon. v. 143. Μοῦνος δ' ὀφθαλμὸς μέσσῳ ἐπέκειτο μετώπῳ, Κύκλωπες δ' ὄνομ' ἦσαν ἐπώνυμον· οὕνεκ' ἄρα σφέων Κυκλοτερὴς ὀφθαλμὸς ἑεὶς ἐνέκειτο μετώπῳ. *Barnes.*

27. Παῖδες μὲν οὖν μοι,] Scaliger, probante Piersono, (Veris. p. 142.) μὲν οὔ 'μοι. Sed alterum elegantius est. vid. ad Herc. Fur. v. 96. *Musg.*

μὲν οὖν μοι,] Οὔ' μοὶ Scaliger. *Barnes.*

28. μῆλα νέα.] Cur magis νέα, quam alia? Quid quod contrarium diserte tradit Auctor infra v. 55. Legendum igitur cum Piersono:

νέμουσι μῆλα, νεανίαι πεφυκότες.

Musg.

μῆλα νέα, νέοι πεφυκότες.] *Implumes Pullos Pullus et ipse fovet*; quem titulum olim puello avium pullitiem curanti inscripsi. *Barnes.*

Frigida esse monet Piersonus illa νέα νέοι: nam Alcest. 471. ubi ἐν ἥβᾳ νέᾳ νέου, longe aliam esse rationem. *Beck.*

29. πίστρα,] Non *pocula*, sed *alveos*, unde pecora bibebant. Ilignos canales vocat Virgil. Georg. III. v. 330. vid. v. 47. De vocis analogia vid. Hesych. v. πιστήρια. Suidas: πίστρα, ἡ πότιστρα.

Musg.

πίστρα,] Vid. infra ad v. 47. *Barnes.*

μένων,] Piersono placet γέρων. Mihi satisfacit vulgata. *Musg.*

Γέρων] Sæpius in hac fabula Silenus vocatur. — Omnia, quæ Piers. in h. l. emendavit, sana esse pronunciat Reisk.

Beck.

29. s. Ἐγὼ δὲ πληροῦν πίστρα καὶ σαίρειν στέγας
ΜΕΝΩΝ τέταγμαι τάσδε.

primus Piersonus novavit quædam in Verisim. Lib. II. p. 142. μένων nimis jejunum judicans. Alii contra pro vulgata steterunt, nec ego eam, quod ad sensum adtinet, defendi posse, infitias eo. Attamen tentavi:

καὶ σαίρειν στέγας
ΔΟΜΩΝ τέταγμαι τάσδε.

Μένων τέταγμαι τάσδε, τῷ τε δυσσεβεῖ
Κύκλωπι δείπνων ἀνοσίων διάκονος.
Καὶ νῦν τὰ προσταχθέντ' ἀναγκαίως ἔχει,
Σαίρειν σιδηρᾷ τῇδέ μ' ἁρπαγῇ δόμους,
Ὡς τόν τ' ἀπόντα δεσπότην, Κύκλωπ', ἐμὸν
Καθαροῖσιν ἄντροις μῆλά τ' εἰσδεχώμεθα.
Ἤδη δὲ παῖδας προσνέμοντας εἰσορῶ
Ποίμνας. τί ταῦτα; μῶν κρότος Σικιννίδων
Ὅμοιος ὑμῖν νῦν τε χὤτε Βακχίῳ

Manens *domi* constitutus sum, huic impio
Cyclopi conviviorum injustorum minister.
Et nunc quæ *mihi* mandata sunt, necesse est
Me mundare ferreis his rastris domum,
Ut et absentem dominum Cyclopem meum
Mundis antris, et oves, excipiamus.
Jam vero filios prope pascentes video
Greges: quid hoc? num strepitus Sicinnidum,
Similis *est* nunc vobis, ac quum Baccho

30. τῷδε δ. 33. ἁρπαγῇ.

quod et proxime a vulgata abest neque exemplo caret, v. 118.

Κύκλωπες, ἄντρ' ἔχοντες, οὐ ΣΤΕΓΑΣ ΔΟΜΩΝ.

Iphigen. in T. 951. ΟΙ'ΚΩΝ ὄντες ἐν ταυτῷ ΣΤΕΓΕΙ. Catullus Carm. LXIV. 247. *Sic funesta* domus *ingressus* tecta *paterna*. sive etiam:

καὶ σαίρειν στέγας
ΜΕΛΑΘΡΩΝ τέταγμαι τάσδε.

quod cum per compendium sic scriberetur $\overline{\mu\epsilon\lambda\omega\nu}$ facile in μένων abire potuit. Alceste, v. 255.

γαῖά τε καὶ ΜΕΛΑΘΡΩΝ ΣΤΕΓΑΙ.

Verbum σαίρειν restituendum forsitan Asio ap. Athen. Lib. XII. p. 525. F.

Χιονέοισι χιτῶσι πέδον χθονὸς ΕΥ'ΡΕΩΣ ΕΙ'ΧΟΝ.

Delechampius vertit: *Terræque* late *niveis tunicis solum* radebant. Unde suspicor eum in codice suo legisse:

χιονέοισι χιτῶσι πέδον χθονὸς ΕΥ'ΡΕ 'ΕΣΑΙΡΟΝ.

Jacobs.

Ingeniosam vel hanc esse amicissimi Jacobs conjecturam nemo negabit, licet non satis intelligatur, cur a vulgata lectione recedendum sit, quæ utique Sileni conditionem significantius exprimit, qui manens jussus est, scopis verrere et alveos implere, unde pecora bibunt, quæ filiis pascere licitum est. *Goes.*

31. διάκονος.] Ionice Διήκονος, et hinc α producitur. Vide lexica. *Barnes.*

33. ἁρπαγῇ] Hesychius: ἁρπαγὴ, ξυστής. *Musg.*

ἁρπαγῇ] Johannes Miltonus addit ad marginem, vel ἁρπάγῃ, recte, ut puto; ἁρπαγὴ enim actionem notat, ἁρπάγη instrumentum. Q. Septim. Florens per Hirpicem explicat, Anglice, *a paring shovel*. *Barnes.*

37. Σικιννὶς, unde σικιννίδων, genus saltationis est, Satyris proprium, de quo videndi Athenæus, p. 630. et Hes. in voce. *Musg.*

Σικιννίδων,] Σικιννὶς ὀρχήσεώς τινος πολυσχημάτου εἶδος. Vid. Cœl. Rhodigin. Lib. V. c. 4. Isaaci Casauboni de Satyrica Poësi, Lib. I. c. 4. et c. 6. Hic saltus Satyricis fabulis proprius, vel quasi κίνησις,

Κῶμοι συνασπίζοντες Ἀλθαίας δόμους
Προσῆτ᾽, ἀοιδαῖς βαρβίτων σαυλούμενοι;

ΧΟΡΟΣ.

Πᾶ δή μοι γενναίων μὲν πατέρων — στροφὴ α΄.
Γενναίων τ᾽ ἐκ τοκάδων,
Πᾶ δή μοι νίσσῃ σκοπέλους;

Sodalium chori stipantes Althææ domum
Adibatis, cantu barbitorum exhilarati?

CHORUS.

Quonam mihi generosis *ex* patribus,
Et generosis ex matribus *nate*,
Quo mihi vadis *per* scopulos?

vel a Sicinno auctore dictus; hinc Satyri Σικιννισταὶ dicti. Sensus hic: Μῶν κρότος Σικιννίδων ὑμῖν ἐν ἴσῳ καὶ ὁμοίως ἱλαρὸς νῦν ἐστιν, ὡς ὅτε τῷ Βάκχῳ συγγενόμενοι ἐκωμάζομεν κ. λ. Vid. infra v. 39. *Barnes.*

39. Κώμῳ συνασπίζοντες Ἀλθαίας δόμους] Vulgo Κῶμοι. *Por.*

κώμους] Ita MSS. Steph. quorum auctoritati obtemperandum putavi. Ed. Ald. κῶμοι, unde et κῶμον facias, quod fortasse elegantius. Q. Septimio Florenti placebat κᾀμοὶ, quod et Barnesio non ineptum visum est. Florentis conjecturæ favet, quod συνασπίζω plerumque sine accusativo legatur. Sic Plutarch. Camillo: ἵστασθαι πρὸς αὐτοῦ καὶ συνασπίζειν. Max. Tyr. Diss. VIII. συνασπίζοντα ἀκριβῶς. Sed non dimittenda est vox κῶμος, quæ Græcis valet *festiva nocturno tempore comessatio ad Amasiæ præcipue domum*: Athenæus, p. 585. ἐπὶ δὲ τὴν θυγατέρα τῆς Γναθαίνης πτωχῶν ἐραστῶν κωμαζόντων, καὶ ἀπειλούντων κατασκάψειν τὴν οἰκίαν, ἐνηνοχέναι γὰρ δικέλλας. Confer Aristoph. Plut. v. 1041. *Musg.*

Ἀλθαίας δόμους] Dejaniram ex Bacchi cum Althæa consuetudine natam auctor est Apollodorus Lib. I. c. 8. sect. 1. citatus hic Barnesio. Tetigit quoque Nonnus historiam hanc, sed leviter, Lib. ult. v. 555. *Musg.*

39. s. Κῶμοι συνασπίζοντες Ἀλθαίας δόμους Προσῆτ᾽, ἀοιδαῖς βαρβίτων σαυλούμενοι;] Κῶμος, *comessatio*, item *saltatio festiva*, *cantilena lasciva*, et *comessantium chorus*, sive *comitatus Bacchicus*, ut in hoc loco, quomodo Demosthenes et Athenæus utuntur hac voce; et pro *quavis turba*, ut pro *militum manu*, ut Supplic. v. 400. Item *deus præses harum* rerum. Quare Isaacus Casaubonus non hic est audiendus, qui hoc modo legit: κώμους συνασπίζοντ᾽ (pro συνασπίζοντι) ἐς Ἀλθαίας δόμους, ἤγουν Βακχίῳ. Nota est Historia, Bacchum, Œnei rivalem, Althæam, ejus uxorem, filiam Thestii, invisere solitum, ex qua Dejaniram cepisse dicitur; hinc Apollodorus Biblioth. Lib. I. c. 8. Οἰνεὺς δὲ, βασιλεύων Καλυδῶνος, παρὰ Διονύσου φυτὸν ἀμπέλου πρῶτος ἔλαβε· γήμας δὲ Ἀλθαίαν τὴν Θεστίου, γεννᾷ Τοξέα — Καὶ Δηϊάνειραν, ἣν Ἀλθαίαν λέγουσιν ἐκ Διονύσου γεννῆσαι. Quare ita hujus loci verba sunt ordinanda: Μῶν κρότος Σικιννίδων ὅμοιός ἐστιν ὑμῖν νῦν τε, καὶ ὅτε τῷ Βάκχῳ Κῶμοι, ἤγουν, ὑμεῖς κωμάζων θίασος ὄντες, συνασπίζοντες, ἤγουν Βάκχῳ συνεπακολουθοῦντες, δόμους Ἀλθαίας προσήειτε, καὶ προσῆτε, ἤγουν πρὸς δόμους ἤρχεσθε. Q. Septim. Florens Κᾀμοὶ legit, nequaquam inepte, ut sit: ὅτε Βάκχῳ καὶ ἐμοὶ συνασπίζοντες, &c. *Barnes.*

39. Heath. etiam malebat κῶμον, vel κώμους συνασπίζοντες, *comessationes una peragentes*. Nam pluralem κῶμοι non accipi de uno tantum sodalitio vel contubernio. *Beck.*

Vocab. κῶμοι vel pro singul. κῶμος, quod facile intelligas, positum est, vel, quod magis placet, pro κῶμοι legendum est κώμῳ, *quum vos in orbe saltatorio Bacchi sodales eratis*, siquidem Bacchus κωμαζειν πρὸς Ἀλθαιαν dicitur, quo cum Satyri comitabantur. *Goes.*

40. σαυλούμενοι;] Hesychius: σαυλοῦσθαι, τρυφᾶν, θρύπτεσθαι, ἐναβρύνεσθαι. *Musg.*

Προσῆτε,] Pro προσήειτε, plusq. perfect.

Οὐ τᾷδ' ὑπήνεμος αὖρα
Καὶ ποιηρὰ βοτάνα,
Δινᾶέν θ' ὕδωρ ποταμῶν
'Εν πίστραις κεῖται πέλας ἄν-
τρων, οὗ σοι βλαχαὶ τεκέων.
Ψύττ'· οὐ τάδ' οὖν, οὐ τάδε νέμῃ; στροφὴ β'.
Οὔτ' αὖ κλιτὺν δροσεράν;

Non hic a vento defensum stabulum,
Et lætum gramen,
Et vorticosa aqua fluviorum
In alveis posita est, juxta antra,
Non tibi balatus agnorum hic?
Heus tu, non hic, non hic pascĕris?
Non *in* clivo roscido?

49. Ψύττα· οὐ τάδ' οὐ, οὐ τ. ν. 50. Οὔτ' οὖν κλ.

med. ab εἶμι, *eo*. ibid. σαυλούμενοι;] Aldi editio habet σαυλέμενος, tum vero ad κρότος refertur; alii σαυλούμενοι, ut ad ὑμεῖς et προσῆτε spectet, demum σαυλουμένοις, ut cum ἀοιδαῖς concordet. Quid si συναυλούμενοι legamus, ut sit Bacchius in quinto loco? Sed et σαυλῦμαι, ἁβρῶς καὶ τρυφερῶς βαδίζω, καὶ κέφως χορεύω, Hom. Hymn. Bacch. v. 28. Σαυλὰ ποσὶν βαίνουσα. Hinc nostræ Estheræ, v. 753. Ταρβαλέον φοίτησεν ἐπ' ἀκροτάτοισι πόδεσσι Σαυλὰ μάλα προβιβᾶσα. *Barnes.*

Eximium peritiæ suæ in re metrica specimen præbet Barn. bacchio pedi in senario iambico locum dans. *Heath.*

41. Leg. γενναίων ἐκ πατέρων. Alloquitur arietem, aut hœdum. *Reisk.*

42. ἐκ τοκάδων;] Subauditur hic φῦσα, βλαστοῦσα, quam quidem ellipsin non admodum raram fuisse, ostendemus ad Ion. v. 116. *Musg.*

43. σκοπέλους pro εἰς σκοπέλους accipit Reisk. *Beck.*

44. τᾷδ'] Ita MSS. E, G. ut recte Scaliger. Ed. Ald. τῷδ'.

αὖρα,] Lege αὐλὰ, *stabulum*, ut mox v. 60. Hom. Iliad. δ'. 433. *Musg.*

44. ss. Pro τῶδε et δινῶεν præeunte Musgravio in textum recepi ταδε et διναεν, quod nemini displicebit, et Hœpfnerum V. Cel. non fecisse pœnitet. *Goes.*

Δινᾶεν] Recte ita MS. G. Ed. Ald. δινῶεν, quod cum analogia pugnat. *Musg.*

Ad finem hujus v. plene distingui vult Heath. *Beck.*

47. πίστραις, *alveis*. vid. ad v. 29. *Musg.*

'Εν πίστραις] Supra v. 29. τὰ πίστρα, ut hic αἱ πίστραι pro ποτίστραι, illud a πίνω, πίσω, ut hoc a ποτίζω. Obiter hic corrigendus est Joh. Brodæus, qui ad v. 29. Πίστρα] Dixit: corrige πίστρας: is enim versus non stabit, nisi πίστρα legas, ut sit iambus in quarto loco.

πέλας ἄντρων,] Is. Casaubon. legit πέλας δ' ἀντρῶν, οὗ σοι, &c. *Barnes.*

48. οὔ σοι] Repetendum a superioribus τᾷδε. οὐ τᾷδέ σοι βλαχαὶ τεκέων; Nisi malis cum aspero οὗ, *ubi*. πέλας ἄντρων, οὗ σοι βλαχαὶ τεκέων. Sic sane Casaubonus. *Musg.*

Post ἄντρων Heath. minus plene distinguit, et cum Casaub. (atque Reisk.) legit οὗ σοι, *ubi tibi*, scilicet *sunt*. *Beck.*

49. Hunc et quinque sequentes versus frustra a Cantero strophæ attributos existimo. Quoad metrum certe a sex ultimis antistrophæ, prout ab eodem constituta est, id est, a versibus 63—68. nimium quantum discrepant. Unde hanc particulam a reliquo ἀσματίῳ separandam puto, præfixo titulo Μεσῳδός. vid. Hephæstion, p. 70. Ed. Turneb. Alioqui duplex epodos erit, ut vocatos fuisse docet Scholiastes Pindari.

Ψύττα] Theocritus Idyll. IV. v. 44. σίτθ' ὁ λέπαργος, ubi Scholiastes: σίτθ'. ἐπίφθεγμα βουκολικόν. ὁμοίως καὶ τὸ ψίττα. Hesychius: ψιττάζων, ψιττὰ ἐπιφθεγγόμενος, ὅπερ ἐστὶ ποιμενικὸν ἐπίφθεγμα. *Musg.*

Ψύττα] Theocritus in hoc loco, quem

'Ωή· ῥίψω πέτρον τάχα σου
"Υπαγ' ὦ, ὕπαγ' ὦ κεράστα
Μηλοβότα στασίωρον
Κύκλωπος ἀγροβότα.
Σπαργῶντάς μοι τοὺς μαστοὺς χάλασον· ἀντιστρ. α'.
Δέξαι θηλαῖσι σπορὰς,

Ohe: jaciam saxum mox *in* te
Redi, redi cornute,
Ad pastoris stabularium,
Cyclopis agrestis.
Laxa mihi turgentes mammas:
Excipe sub papillis agnorum propaginem,

et egregie imitatur exprimitque, videtur legisse σίττα: sic enim ille Idyll. 4. Νομεῖς dicto, v. 45. Σίτθ' ὁ λεπαργὸς, Σίτθ' ἁ Κυμαίθα ποτὶ τὸν λόφον. Id. Idyll. V. v. 109. *Barnes.*

49. s. Heath. non interrogative, sed imperative accipit et scribit ψύττ', v. 49. ut respondeat antithetico. Totum locum inde a v. 44. vertit ita: Non istac in parte est aura ventis leviter agitata, et herbosum gramen et vorticosa aqua fluminum, in alveis hæc continetur prope antra, ubi tibi sunt balatus agnorum. Heus tu, non hæc, non hæc depascas, nec equidem clivum roscidum. *Beck.*

Verba οὐ τάδ' οὔ, οὐ τάδε νέμῃ, quibus Satyri oves, quas pascunt, appellant, dudum me offenderunt; contra unius codicis lectio οὐ τάδ', οὔτ' αὖ τάδε νέμῃ arrisit, cui clarissimum Jacobs in animadversionibus in Euripidis tragœd. et frag. Tom. II. p. 158. adsentiri postmodum lubenter vidi. *Goes.*

50. Οὔτ' οὖν] MS. G. οὔτ' αὖ. *Musg.*

51. τάχα] Septimius Florens emendabat κατά. Sed nihil necesse est. Vid. Bacch. v. 1094, 5. *Musg.*

Pro 'Ωὴ Heath. Scribit ὦ, ut metrum antithetico respondeat. Ante σου subintelligit κατά. *Beck.*

52. "Υπαγ' ὦ, ὕπαγ' ὦ] Ita Edd. recent. auctore H. Stephano. Ed. Ald. ὑπάγω. Utroque venustius foret, meo, qui judicio: ὕπαγ' ὦ, ὕπαγε, κεράστα. *Musg.*

κεράστα penultimam corripit. v. Clark. Homer. Il. β'. 537. Versus enim prosodiacus est, ex Ionico a majore pentasyllabo et choriambo. *Heath.*

53. στασίωρον] Si vera est lectio, de Sileno intelligi debet, qui Cyclopis antrum vel stabulum custodiens, inde στασίωρος, i. e. στασέως φύλαξ, dici poterat, eadem analogia, qua πυλωρὸς, κηπωρὸς, ἀρκυωρὸς, τεμενωρὸς dicitur *januæ, horti, retium venaticorum, luci custos.* Nec ultra fortasse quærendum. Quanquam non absurde etiam legas: μηλοβότα στάσιν ὥραν, ubi ὥραν idem erit, quod ὡρίως, i. e. *tempestive.* Sic καιρὸν δ' ἐφήκεις, Soph. Ajac. v. 34. Vid. Helen. v. 479. *Musg.*

Στασίωρον] *Caulam* montanam. Henr. Stephanus nimis in Brodæum perstringendo temerarius hic mihi visus est. Ita enim loquitur: "Ex qua expositione apparet, illum στασίωρον retinere, et facere substantivum, significans caulam montanam. At ego, pergit ille, non puto, nomini illi ullam montis significationem subesse, qui Græcis ὄρος dicitur per ὁ, non per ω. Nec puto, in quoquam ab ὄρος derivato hanc mutationem τοῦ ὂ in ὦ inveniri." Ita ille, et tamen, dii boni, quam peritus Græcarum dictionum artifex! Quæ tamen omnino nihil habent ponderis; nam ne dicam ὦρος Dorice pro οὖρος, quod Ionice ponitur pro ὄρος, en! nonnulla derivata, in quibus ὁ in ὄρος vertitur in ω, quæ etiam in ipsius Stephani Thesauro reperiuntur: 'Ακρώρεια, Summitas montis, Κρημνώρεια, præcipitium montis, παρωρείτης Πὰν in Anthologia dicitur, quod circa montes versetur, Πρυμνώρεια, montis radix. Hom. Iliad. ξ'. v. 307. ubi Scholiast. Πρυμνωρείας καλοῦσιν τὰ ἔσχατα καὶ κατώτατα τῶν ὀρῶν. Sic Iliad. υ'. v. 218. 'Αλλ' ἔθ' ὑπωρείας ᾤκουν πολυπιδάκου Ἴδης. ubi Scholiast. ὑπωρείας] τὰ κάτω μέρη τῶν ὀρῶν. Quare per Stephanum non erit, quin τὸ στασίωρον significet σταθμὸν ὀρεινὸν, i. e. *stationem montanam,* sive *cau-*

Ἂς λείπεις ἀρνῶν θαλάμοις.
Ποθοῦσί σ' ἁμερόκοιτοι
Βλαχαὶ σμικρῶν τεκέων.
Εἴς αὐλάν ποτ' ἀμφιβαλεῖς,
Ποιηροὺς λιποῦσα νομὰς,
Αἰτναίων εἴσω σκοπέλων;

Quam relinquis *in* thalamis,
Desiderant te interdiu-dormientium
Balatus parvorum agnorum.
In *stabulorum* aulam ecquando intrabis,
Herbida relinquens pascua,
Ætnæos intra scopulos?

lam montanam, qualem Cyclops habuit, et qualem mox, v. 60. ipse poëta vocat Αὐλὰν Αἰτναίων εἴσω σκοπέλων. Et hinc omnes illæ variæ lectiones et inanes conjecturæ prorsus humi cadunt, nempe Stephani στασιωρὲ, vel στασίωρος: utroque enim modo accentum ponit: Scaligeri στασίωρος, Duporti melior στασιωρῶν, et si quæ aliæ hujusmodi. *Barnes.*

Quia metrum antithetico, qui est anapæsticus dimeter catalectus, non respondet, nec aries recte dici potest, μηλοβότας, legendum: τοῦ μηλόβατα στασίωρος, στασίωρος accipio pro vocativo Attice positum, et significare stabulis præfectum ex ὤρα, *cura* puto. *Heath.*

54. ἀγροβότα] Emendat Barnesius ἀγροβώτα, quod nihilo melius vulgata. Scaligero placebat αἰγοβότα, sed adversatur epithetum præcedens μηλοβότα. Mihi verum videtur ἀγροιῶτα, *feri, agrestis*. Hesychius: ἀγροιῶται, ἄγροικοι. Sed neque spreverim ἀγροβάτα. Sic ποιμὴν ἀγροβάτης in MSS. Sophoclis legisse videtur H. Steph. Philoctet. v. 216. *Musg.*

ἀγροβώτα] Ita pro ἀγροβότα versus causa lego: utroque enim modo indifferenter hoc genus nominum leguntur, desinunt nempe vel in — βότης, pro quo et — βοτὴρ, vel in — βώτης, pro quo βωτὴρ et βώτωρ. Quod vero nonnulli putant legendum αἰγοβώτα, ut Scaliger, id sane versus nequaquam permittet, ut ex illius pari, in antistropha, constat, qui ex spondeis duobus, intermediante tribrachy, consistit. Hoc vero in loco doctissimo et acutissimo Henr. Stephano assentire nequeo, qui legit, quasi μηλοβότα esset vocandi casus, cum ita potius verba sint ordinanda: ὕπαγ', ὦ ὕπαγ', ὦ Κεράστα, ἐς τὸ τοῦ Μηλοβότου στασίωρον, τοῦ Κύκλωπος ἀγροβώτου, καὶ ἐν τοῖς ἀγροῖς νεμομένου. *Barnes.*

αἰγιβότα Reisk. *pastoris ovium et caprarum. Beck.*

56. Conjungi debent σπορὰς et ἀρνῶν. σποραὶ ἀρνῶν ipsi agni sunt, ut notavit etiam Reiskius. Sic βοσκήματα μόσχων, Bacch. v. 677. Porcius Licinius apud Gellium, Lib. XIX. c. 9. *teneræque propaginis agnum. Musg.*

57. θαλάμοις.] Emendat Barnesius θαλάμαις, conferens Phœniss. v. 945. Bacch. v. 553. *Musg.*

θαλάμοις] Mallem θαλάμαις. Vid. quæ nos ad Phœniss. v. 945. et Bacch. v. 553. *Barnes.*

60. ἀμφιβαλεῖς,] Verba a βάλλω composita sæpe intransitiva sunt, quoties sc. loci mutationem significant. Sic διαβάλλειν est *transire*, εἰσβάλλειν, *ingredi* vel *invadere*, ἐκβάλλειν, *exire*. Ad quam normam quidni ἀντιβαλεῖς (hic fortasse pro ἀμφιβαλεῖς reponendum) interpretemur, *discedes, vicissim ibis?*

ἀμφιβαλεῖς,] Legendum 'Αμνὶ, βαλεῖς. Theocrit. V. 3. Οὐκ ἀπὸ τᾶς κράνας σίττ', 'Αμνίδες; in quem locum Scholiastes: ἀμνίδες, τὰ μικρὰ προβάτια, οἱονεὶ, ἀμενηνά· Crediderim potius, ἀμνὶς ab ἀμνὸς, *agnus*, derivandum esse, significari autem *ovem, quæ agnum peperit. Musg.*

ἀμφιβαλεῖς,] Utrum ἀμφιβαλῇ, quod potius credo, an ἀμφιβάλοῦ, dubitat Henr. Stephanus; suspectum vero habet, quomodo ἀμφιβάλλω *redire* sonet. Non videtur mihi adeo necessarium, ut hæc significatio hic affigatur. Sin ἀμφιβαλῇ legas, expone, *operieris, contegeris*, utpote *sub tecto. Barnes.*

Pro εἰς Heath. mavult Εἴ γ', commatis tantum nota ad finem, v. 59. posita, ut

Οὐ τάδε Βρόμιος, οὐ τάδε χοροὶ, ἀντιστρ. β'.
Βάκχαι τε θυρσοφόροι·
Οὐ τυμπάνων ἀλαλαγμοὶ
Κρήναισι παρ' ὑδροχύτοις,
Οὐκ οἴνου χλωραὶ σταγόνες,
Οὐ Νύσσα μετὰ Νυμφᾶν.
Ἴακχον, Ἴακχον ᾠδὰν ἐπῳδός
Μέλπω πρὸς τὰν Ἀφροδίταν,
Ἃν θηρεύων πετόμαν
Βάκχαις σὺν λευκόποσιν.

Hic non *est* Bromius, hic non *sunt* Chori,
Nec Bacchæ thyrsigeræ,
Non tympanorum strepitus,
Ad fontes aquifluos,
Non vini virides guttulæ:
Non Nyssa cum Nymphis.
Bacchium, bacchium carmen
Cano ob Venerem,
Quam quærens volitabam,
Cum Bacchis candidos-pedes-habentibus.

sententia sit: *expectans te, si tandem aulam intrabis.* Nam ἀμφιβάλλεσθαι εἴς τι non bene Græce dici. *Beck.*

60. s. Omnium de his versibus criticorum conjecturas, quas æque diligenter collegit atque adcurate examinavit cl. Hœpfnerus, denuo recensere et piget et supervacaneum arbitror. Omitto quoque, quam modo Cyclopis laudatus editor protulit interpretationem, qui ἀμφιβάλλειν esse idem, quod χωρὶς βαίνειν invita Minerva censet, nec non quam equidem olim in commentationis in Agamemnonem Æschyleum particula tertia, pag. 22. conjecturam βαθ' ἀμφίθαλεις dedi, cum verum viderit censor edit. Hœpfner. in actis litterariis universalibus, quæ Jenæ innotescunt, doctissimus, ἀμφιβάλλεις h. l. significare i. q. ἀμφισβητεῖς, et vertendum esse *dubitas* arbitratus. Attamen interrogationis signum post v. νόμους ponendum esse nullus dubito, ut sensus exeat: *in stabulum ire forte dubitas?* In *ætneis namque scopulis,* ubi stabulum fingendum est, *neque Bacchus, neque saltationes, neque Bacchæ thyrsiferes sunt. Goes.*

61. Metrum satis antithetico respondet; in versu enim glyconio πολυσχηματίστῳ dispondeo opponitur epitritus quartus. *Heath.*

64. Versus glyconius πολυσχημάτιστος ex palimbacchio, cui in strophico opponitur molossus, et choriambo. *Heath.*

67. χλωραὶ σταγόνες,] Soph. Trach. v. 1072. χλωρὸν αἷμα habet. Noster Medea, v. 918. χλωρὰ δάκρυα. Hinc Hesychius non male fortasse, χλωρὸν per ὑγρὸν interpretatur. *Musg.*

68. Νύσσα] Legendum Νύσᾳ cum iota subscripto, ut hæc cum sequentibus connectantur. *Non Nysæ jam cano Bacchicum carmen. Musg.*

68. Οὐ Νύσσα μετὰ Νυμφᾶν.] Sensus: Hæc vitæ conditio, cui servimus, nequaquam priori similis est, qua Bacchi auspiciis fruebamur. Non est hic Bacchus, nec illius mysteria, nec deliciæ ejus, neque locus ei gratus, ut erat mons Nysa, sive Nyssa, sive Indiæ, sive Arabiæ pro Sina, sive Parnassi culminis nomen, ubi cum Bacchis et Nymphis, Bacchi nutricibus, choreas agere solebamus. Dupor-

Ὦ φίλος, ὦ φίλε Βάκχιε,
Ποῖ οἰοπολεῖς
Ξανθὰν χαίταν σείων;
Ἐγὼ δ᾽ ὁ σὸς πρόσπολος
Θητεύω Κύκλωπι
Τῷ μονοδέρκτᾳ,
Δοῦλος ἀλαίνων σὺν τᾷδε
Τράγου χλαίνᾳ μελέᾳ
Σᾶς χωρὶς φιλίας.
ΣΙΛ. Σιγήσατ᾽, ὦ τέκν᾽, ἄντρα δ᾽ ἐς πετρηρεφῆ

O chare, O chare Bacche,
Ubinam solus-versaris.
Flavum capillitium concutiens?
Ego enim tuus minister
Servio Cyclopi
Unoculo,
Servus errans cum hac
Hirci misera pelle,
Longe a te amico.
Sil. Tacete, filii, in antra vero excavata-in-saxis

73. Βακχεῖε.

tus legit οὐκ ἐν Νύσσᾳ, versui sensuique incommodus. *Barnes.*

69. Ἴακχον ᾠδὰν] *Lætum triumphale carmen.* Sic Æschyl. παιᾶν᾽ ἐπεξιακχάσας. Sept. c. Theb. v. 641. Potest et ᾠδὰν glossema esse, cum omnes grammatici doceant, ἴακχον carminis quoddam genus significare. *Musg.*

Reisk. scribit: ἴακχον, ἴακχον ὅταν ἔμελπον πρὸς τᾷ Ἀφροδίτᾳ, *quando Bacchum canebam una cum Venere. Beck.*

70. πρὸς τὰν Ἀφροδίτην, *propter venerem*, i. e. propter amasiam, *quam cursu et labore consecutus eram.* πρὸς pro διὰ vid Helen. v. 456. *Musg.*

71. Miror, neminem interpretum vidisse, v. πετόμαν, quod nullo modo quadrat, propter præcedentis versus vocabulum μέλπω, cum poëtarum more ad βακχεῖε referendum esset, ab inscio grammatico esse corruptum. Equidem πέτεται legere et in textum recipere nullus dubitavi. *Goes.*

72. λευκόποσιν.] Vid. ad Bacch. v. 654. *Musg.*

λευκόποσιν,] Homer. ἀργυρόπεζαν dixit, i. e. λευκόπουν. *Barnes.*

73. Βακχεῖε,] Idem, quod Βάκχιε et Βάκχε. Vide Iphig. Tauric. v. 954. *Barnes.*

74. οἰοπολεῖς] Μόνος ἀναστρέφῃ. *Scholiast.*

78. μονοδέρκτᾳ,] Μονοφθάλμῳ. *Barnes.*

80. Τράγου χλαίνᾳ] Rusticorum hoc gestamen fuisse monet Barnesius ex Hom. Odyss. ξ'. v. 530. Theocrit. Idyll. V. Hinc Satyris hisce, utpote pastorum munere fungentibus, dominoque insuper inhumano servientibus, idem vestimenti genus tribuitur: cum alioqui hinnulorum cervorum aut pantherarum pelles induti in scenam prodire solerent; testante Polluce, Lib. IV. sect. 118. Plura vide apud Dionys. Halicarn. p. 459. Tom. I. Ed. Hudson. *Musg.*

Τράγου χλαίνᾳ μελέᾳ] Ita fere pastores ovinis et caprinis pellibus induti

Ποίμνας ἀθροῖσαι προσπόλοις κελεύσατε.
ΧΟ. Χωρεῖτ᾽· ἀτὰρ δὴ τίνα, πάτερ, σπουδὴν ἔχεις;
ΣΙΛ. Ὁρῶ πρὸς ἀκταῖς ναὸς Ἑλλάδος σκάφος
Κώπης τ᾽ ἄνακτας σὺν στρατηλάτῃ τινὶ
Στείχοντας ἐς τόδ᾽ ἄντρον, ἀμφὶ δ᾽ αὐχέσι
Τεύχη φέροντας κενὰ, βορᾶς κεχρημένους,
Κρωσσούς θ᾽ ὑδρηλούς. ὦ ταλαίπωροι ξένοι,
Τίνες ποτ᾽ εἰσίν; οὐκ ἴσασι δεσπότην
Πολύφημον, οἷός ἐστιν, ἄξενον στέγην
Τήνδ᾽ ἐμβεβῶτες, καὶ Κυκλωπίαν γνάθον

Greges cogere famulos jubete.
Cho. Ite: Sed quamnam, pater, festinationem jam habes?
Sil. Video ad littus scapham navis Græcæ,
Et remorum dominos, cum duce quodam
Venientes ad hoc antrum, et circa collum
Vasa ferentes vacua, cibi indigentes,
Urnasque aquaticas: O miseri hospites,
Quinam sunt? non nôrunt dominum
Polyphemum, qualis sit, inhospitale solum
Hoc ingredientes, et *ad* Cyclopis buccas

erant, id quod etiam Patriarchis, pastoriciæ vitæ incumbentibus, Apostolus tribuit, Hebræ. c. XI. v. 37. Περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασι. Id abunde patet ex Theocrito, et Homerus Odyss. ξ'. v. 530. De Eumæo subulco loquens hanc rem attigit: Ἂν δὲ νάκην ἕλετ᾽ αἰγὸς εὐτρεφέος μεγάλοιο. *Barnes.*

85. ναὸς Ἑλλάδος σκάφος] Ναὸς σκάφος pro ναῦν, Ἓν διὰ δυοῖν. Vid. Rhes. v. 589. et Troad. v. 540. *Barnes.*

86. Κώπης ἄνακτας] Aristoteles Rhetoricorum, Lib. III. τὸ, ὡς ὁ Τήλεφος Εὐριπίδου φησίν·

κώπας ἀνάσσειν, κἀποβὰς εἰς Μυσίαν —

ἀπρεπὲς, ὅτι μεῖζον τὸ, ἀνάσσειν, ἢ κατ᾽ ἀξίαν. Conferri potest ψευδῶν ἄνακτες, Andromach. v. 447. ἐπίσκοπον ὀϊστῶν, Theocrit. Idyll. XXIV. v. 105. denique vox χειρώναξ apud Hesychium. Æschyli Pers. 378. κώπης ἄναξ. *Musg.*

Κώπης τ᾽ ἄνακτας] Notat in Rhetoricis Aristoteles, ut durius dictum ab Euripide in Telepho, κώπης ἀνάσσειν, quod genus loquendi hic habes. Notavit mihi Isaacus Casaubonus in Satyrica Poësi. Ita rex apud Latinos pro simplici dominus, remorum autem domini dicuntur remiges, qui remos scilicet suo arbitrio impellunt: ita Homerus: Αὐτὰρ ἐγὼν οἴκοιο ἄναξ ἔσομ᾽ ἡμετέροιο. *Barnes.*

90. Silenus, conspectis viris, qui navi ad litus relicta ad Cyclopis speluncam pergunt, mala quæ illis instant reputans atque futuram eorum miseratus sortem, in has voces erumpit:

ὦ ταλαίπωροι ξένοι
τίνες πότ᾽ εἶσιν; οὐκ ἴσασι δεσπότην
Πολύφημον, οἷός ἐστιν, ἄξενον ΣΤΕΓΗΝ
τήνδ᾽ ἐμβεβῶτες.

Miror Musgravium de horum verborum sensu pravaque distinctione, qua laborant, nihil monuisse. Quomodo enim quæso Silenus quærere potest, *quinam sint isti?* cum adstans puerorum Chorus hoc æque atque ille ignoret? Deinde vero disjunctus hic stylus atque diffluens minime τὸ στρόγγυλον Εὐριπίδου στόμα sapit. Deleta interrogationis nota verba sic jungo:

Τήνδ' ἀνδροβρῶτα δυστυχῶς ἀφιγμένοι.
'Αλλ' ἥσυχοι γίγνεσθ', ἵν' ἐκπυθώμεθα,
Πόθεν πάρεισι Σικελὸν Αἰτναῖον πάγον.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ξένοι, φράσαιτ' ἂν, νᾶμα ποτάμιον πόθεν
Δίψης ἄκος λάβοιμεν; εἴτε τις θέλει
Βορὰν ὀδῆσαι ναυτίλοις κεχρημένοις;
Τί χρῆμα; Βρομίου πόλιν ἔοιγμεν εἰσβαλεῖν·
Σατύρων πρὸς ἄντροις τόνδ' ὅμιλον εἰσορῶ.

Istas hominum-voratrices, infeliciter venientes.
Sed taciti sitis, ut *ex ipsis* quæramus,
Unde accedant *ad* Siculam Ætnæam rupem.

ULYSSES.

Hospites, possetisne dicere, aquam fluvialem unde
Sitis remedium possimus accipere, et si quis velit
Cibum vendere nautis indigentibus?
Undenam, *ad* Bacchi terram videmur appulisse,
Ad antra Satyrorum hunc gregem video.

99. ἐοίκαμεν. 100. εἰσορῶ.

ὦ ταλαίπωροι ξένοι,
τίνες πότ' εἰσίν' οὐκ ἴσασι δεσπότην —

Væ illos miseros, quicunque tandem illi sint! nesciunt enim.—Deinde vero acuta est Musgravii observatio, se neque quenquam invenisse, qui ἐμβαίνειν στέγην dixerit, neque, etiamsi Græce dicatur, hic locum habere posse, Ulysse cum sociis nunc primum in conspectum prodeuntibus. Quo minus tamen amplectar conjecturam ejus — ἄξενον γύνην, prohibet literarum major, quam forte par est, diversitas. Propius certe ad vulgatæ scripturæ ductus nos conjicimus:

ἄξενόν ΤΕ ΓΗΝ
τήνδ' ἐμβεβῶτες.

ut cum ἴσασι jungatur hoc participium. *Ignorant qualem dominum habituri sint, neque sciunt, se feram et ab hominum consortio remotam terram ingressos esse.* *Jacobs.*

91. ἄξενον στέγην.] Nondum inveni, qui dixerit, ἐμβαίνειν στέγην: quod si Græcum sit, hic tamen locum habere vix potest, nunc primum in conspectum prodeuntibus Ulysse cum sociis. Legendum, ni fallor, ἄξενον γύνην. Sic τὴν 'Αργείων γύνην, Heraclid. v. 839. *Musg.*

Locum hinc distinxit Goes:

ὦ ταλαίπωροι ξένοι.
Τίνες ποτ' εἰσὶν, οὐκ ἴσασι δεσπότην
Πολύφημον, οἷος ἐστιν, ἄξενον στέγην, &c.

Ingeniose et præclare ad hunc locum Cl. Jacobs libro sæpius laudato, tom. I. animadvertit. Verba itaque, paulo aliter a me juncta sic vertenda esse puto: *Væ illis miseris! Quicunque tandem sint, ignorant, qualem dominus se gerat, ne-*

Χαίρειν προσεῖπα πρῶτα τὸν γεραίτατον.
ΣΙΛ. Χαῖρ', ὦ ξέν', ὅστις δ' εἶ, φράσον, πάτραν τε σήν.
ΟΔ. Ἴθακος Ὀδυσσεὺς, γῆς Κεφαλλήνων ἄναξ.
ΣΙΛ. Οἶδ' ἄνδρα κρόταλον, δριμὺ Σισύφου γένος.
ΟΔ. Ἐκεῖνος οὗτός εἰμι· λοιδόρει δὲ μή.
ΣΙΛ. Πόθεν Σικελίαν τήνδε ναυστολῶν πάρει;
ΟΔ. Ἐξ Ἰλίου γε κἀπὸ Τρωϊκῶν πόνων.
ΣΙΛ. Πῶς; πορθμὸν οὐκ ᾔδεισθα πατρῴας χθονός;
ΟΔ. Ἀνέμων θύελλαι δεῦρό μ' ἥρπασαν βίᾳ.
ΣΙΛ. Παπαί· τὸν αὐτὸν δαίμον' ἐξαντλεῖς ἐμοί.
ΟΔ. Ἦ καὶ σὺ δεῦρο πρὸς βίαν ἀπεστάλης;

Salvere jubeo primum natu maximum.
Sil. Salve hospes, quinam autem sis, dicito, et tuam patriam.
Ulys. Ithacus Ulysses, Cephaleniæ terræ rex.
Sil. Novi virum loquacem, vafrum Sisyphi genus.
Ulys. Ille ipse sum, ne tamen convicieris mihi.
Sil. Unde ad Siciliam hanc navigans ades?
Ulys. Ab Ilio, et Trojano bello.
Sil. Quomodo? fretum non noras patriæ tuæ?
Ulys. Ventorum procellæ huc me rapuerunt vi.
Sil. Papæ: hauris eandem fortunam, quam et ego.
Ulys. An et tu huc vi missus es?

sciuntque, se feram et ab hominum consortio remotam terram ingressos esse. Goes.

98. Βορὰν ὀδῆσαι] Ὀδῆσαι, ἐφοδιάσαι· ὀδάω, ἐφόδιον παρέχω, εἴτε φιλίας, εἴτε κατ' ἀνταλλάξεώς τινος· sic infra v. 133. Ὄδησον ἡμῖν σῖτον, οὗ σπανίζομεν. Ἐξοδάω *idem*, ut infra, v. 267. Μὴ τάδ' ἐξοδᾷν ἐγὼ ξένοισι χρήματα. *Barnes.*

Photius Lex. MS. Ὀδῆσαι· τὸ ὠνήσασθαι. Εὐριπίδης Ἀλόπῃ καὶ Κύκλωπι. *Beck.*

99. Cum proximo versu construendum est τί χρῆμα. Itaque hoc modo distinguendum:

τί χρῆμα (Βρομίου πόλιν ἔοιγμεν εἰσβαλεῖν)
Σατύρων πρὸς ἄντροις τόνδ' ὅμιλον εἰσορῶ;

Unde autem catervam hanc Satyrorum circa antrum adspicio? Videmur Bacchi quandam terram intrasse.

Βρομίου πόλιν,] *Bacchi terram.* Hesychius: πόλιν, τὴν χώραν. Plura vide apud Strabonem, p. 356.

ἔοιγμεν pro ἐοίκαμεν ex Aldina hic edi debuit. Et sic Soph. Ajac. v. 1261. *Musg.*

ἔοιγμεν] Ita recte Aldi editio pro ἐοίκαμεν. Fit autem per syncopen, et est 2. Plural. Med. Attice. *Barnes.*

101. γεραίτατον.] Ita optime Ed. Ald. Recentiores, errore typographico, γεραίτερον. *Musg.*

103. Ἴθακος Ὀδυσσεὺς, γῆς Κεφαλλήνων ἄναξ.] Ita Homerus Iliad. β'. v. 631. Αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς ἦγε Κεφάλληνας μεγαθύμους, Οἵ ῥ' Ἰθάκην εἶχον, etc. *Barnes.*

104. κρόταλον,] Aristoph. Nub. 259.

λέγειν γενήσῃ τρίμμα, κρόταλον, παιπάλη.

Ubi Scholiastes: κρόταλον, κυρίως ὁ σχιζόμενος κάλαμος, ὁ κατασκευαζόμενος ἐπίτηδες, ὥστε ἠχεῖν, εἴ τις αὐτὸν δονοίη ταῖς χερσὶ, καθάπερ κρότον ἀποτελῶν. Hinc facete κρόταλον audit Ulysses, ut homo hominum loquacissimus.

Σισύφου γένος.] Et hoc quoque illusorie

ΣΙΛ. Λῃστὰς διώκων, οἳ Βρόμιον ἀνήρπασαν.
ΟΔ. Τίς δ' ἥδε χώρα, καὶ τίνες ναίουσί νιν;
ΣΙΛ. Αἰτναῖος ὄχθος Σικελίας ὑπέρτατος.
ΟΔ. Τείχη δὲ ποῦ 'στι καὶ πόλεως πυργώματα;
ΣΙΛ. Οὐκ εἴσ'· ἔρημοι πρῶνες ἀνθρώπων, ξένε.
ΟΔ. Τίνες δ' ἔχουσι γαῖαν; ἢ θηρῶν γένος;
ΣΙΛ. Κύκλωπες ἄντρ' ἔχοντες, οὐ στέγας δόμων.
ΟΔ. Τίνος κλύοντες; ἢ δεδήμευται κράτος;
ΣΙΛ. Νομάδες· ἀκούει δ' οὐδὲν οὐδεὶς οὐδενός.
ΟΔ. Σπείρουσι δ', ἢ τῷ ζῶσι, Δήμητρος στάχυν;
ΣΙΛ. Γάλακτι καὶ τυροῖσι καὶ μήλων βορᾷ.

Sil. Prædones persequens, qui rapuerunt Bacchum.
Ulys. Quæ vero est hæc regio, et quinam eam habitant?
Sil. Ætnæus tumulus *est* Siciliæ altissimus.
Ulys. Mœnia vero ubi sunt, et urbis turres?
Sil. Non sunt: isti tumuli *sunt* sine hominibus, hospes.
Ulys. Quinam vero *hanc* habent terram? an genus ferarum?
Sil. Cyclopes, antra habentes, non tecta domorum.
Ulys. Cui parent? an populare est imperium?
Sil. *Sunt* vagi pastores: nec ullus ullà *in re* ulli *alteri* paret.
Ulys. Seminantne, aut unde vivunt? spicas Cereris?
Sil. Lacte, et caseis, et pecudum esu.

a Sileno dicitur. Fama enim fuerat, Sisyphum cum Anticlea, Ulyssis matre, clam rem habuisse, eoque ex concubitu natum Ulyssem. vid. Scholiasten Sophoclis ad Ajac. v. 109. Tangunt hanc historiam apud Tragicos, quicunque Ulyssis inimici sunt. vid. Philoctet. v. 430. Iphig. in Aul. v. 524. *Musg.*

ἄνδρα κρόταλον,] Κρόταλον τὸ, cymbalum, et fit per appositionem; sic Appius cymbalum Mundi dicebatur. Vid. quæ nos ad Rhes. v. 495. Ibid. Σισύφου γένος] Ulysses erat filius Laërtis, et ab inimicis objiciebatur ei, quasi ante nuptias seminatus fuerit a Sisypho; quamobrem Ulysses hoc opprobrium sequenti versu deprecatur, λοιδόρει δὲ μὴ, inquiens. Vid. quæ nos ad Iphig. Aul. v. 524. *Barnes.*

117. Forte, ἢ θηρῶν γέμει; *aut scatetne feris?* Nihil tamen improbum est in vulg. *Reisk.*

108. ἤδεισθα] Pro ἤδεις *Paragogice:* sic οἶσθα pro οἴδασθα, quod pro οἶδας. *Barnes.*

119. δεδήμευται κράτος;] *An vero suprema potestas populo conceditur,* vel *penes populum est? Musg.*

ἢ δεδήμευται κράτος;] Ἤγουν, ἡ ἀρχὴ παρὰ τῷ Δήμῳ, μῶν δημοκρατοῦνται. *Barnes.*

120. οὐδ' ἓν οὐδ' εἷς οὐδ' ἑνός.] Sic 672. R. P. Præf. ad Hecub. p. clxxv. *Burn.*

Νομάδες·] Subaudi εἰσίν. Dicitur autem ἀπὸ τῆς νομῆς, a pastoricia vita. Tales fuere Scythæ et Nomades, postea Numidæ dicti in Africa; tales et Tartari hodie. Ibid. Ἀκούει δ' οὐδὲν οὐδεὶς οὐδενός] Suave polyptoton, quale illud Latinum: Vanitas, Vanitatis filia, Vanitati Vanitatem procreat. O Vanitas, quid Vanitate Vanius! Nisi hoc potius dicatur Ὁλόπτωτον, quia omnes sex casus complectitur, et præterea epithetum. Tale illud de Christo Ænigma: Mors Mortis Morti

ΟΔ. Βρομίου δὲ πῶμ' ἔχουσιν, ἀμπέλου ῥοάς;
ΣΙΛ. Ἥκιστα· τοίγαρ ἄχαριν οἰκοῦσι χθόνα.
ΟΔ. Φιλόξενοι δὲ χ' ὤσιοι περὶ ξένους;
ΣΙΛ. Γλυκύτατα φασὶ τὰ κρέα τοὺς ξένους φορεῖν.
ΟΔ. Τί φής; βορᾷ χαίρουσιν ἀνθρωποκτόνῳ;
ΣΙΛ. Οὐδεὶς μολὼν δεῦρ' ὅστις οὐ κατεσφάγη.
ΟΔ. Αὐτὸς δὲ Κύκλωψ ποῦ 'στιν; ἢ δόμων ἔσω;
ΣΙΛ. Φροῦδος πρὸς Αἴτνη, θῆρας ἰχνεύων κυσίν.
ΟΔ. Οἶσθ' οὖν, ὃ δράσεις, ὡς ἀπαίρωμεν χθονός;
ΣΙΛ. Οὐκ οἶδ', Ὀδυσσεῦ· πᾶν δέ σοι δρῴημεν ἄν.

Ulys. Bacchine potum habent, vitis laticem?
Sil. Minime: ingratam ergo habitant terram.
Ulys. Suntne hospitales, et pii in hospites?
Sil. Dulcissimas dicunt carnes hospites ferre.
Ulys. Quid ais? delectanturne voratione cæsorum hominum?
Sil. Nemo venit huc, qui non interfectus sit.
Ulys. Ipse vero Cyclops ubinam est? an in domo?
Sil. Abiit ad Ætnam, feras vestigaturus canibus.
Ulys. Scis igitur quid facies, ut abeamus ex hac terra?
Sil. Non scio, Ulysses: quidlibet tamen in tuam gratiam faciemus.

123. ῥοαῖς;

Mortem nisi Morte dedisset, Æternæ Vitæ janua clausa foret. *Barnes.*

121. Σπείρουσι δ', ἢ τῷ ζῶσι, Δήμητρος στάχυν;] Notanda trajectio, qualis tamen, ut observat Henr. Stephanus, Sophocli familiarior est, quam Euripidi: dictum est enim pro Σπείρουσι δὲ Δήμητρος στάχυν, ἢ τῷ ζῶσι. Notandum vero est, τῷ pro τίνι poni, et interrogativum esse. *Barnes.*

123. ἀμπέλου ῥοαῖς;] Legendum cum Reiskio et Tyrwhitto ῥοάς. *Musg.*

124. ἄχαριν] MSS. E. G. ἄχορον, superscripto tamen ἄχαριν. *Musg.*

τοιγὰρ ἄχαριν] Scite ἄχαριν: ebriosi enim semper habentur Satyri. *Brodæus.*

125. χ' ὤσιοι] Καὶ ὅσιοι. *Barnes.*

128. Οὐδεὶς μολὼν δεῦρ'] Subaudi ἐστί. *Barnes.*

131. δράσεις,] Legendum cum Cantero δράσον. vid. Hecub. v. 225. Heraclid. v. 452. Muret. Var. Lect. Lib. III. c. 12. *Musg.*

Οἶσθ' οὖν ὃ δράσεις,] Canterus putat et hic legendum δρᾶτον, ut et Scaliger, et Duportus. Vid. Scholiasten ad Hecub. v. 225. et quæ Nos ad Iphig. Aul. v. 725. *Barnes.*

132. δρῴημεν] Græcum hoc esse negat R. Dawes Miscell. Crit. p. 247. legitque adeo ξυνδρῷμεν. Sed vulgatam stabilit, quoad analogiam et syntaxin, Helen. v. 1300. *Musg.*

Dawes. contendit, formam optativi ειητον, αιητον, οιητον, &c. Græcis ignotam fuisse. At in Ion. 943. est φαίημεν, Helen. 1010. ἀδικοίημεν, quanquam ibi potius legendum ἀδικοίην μὲν, et in Ion. forte etiam φαίην μὲν. — Quod addit D., ipsam hujus loci indolem hanc emendationem postulare, id non video. Constructionis similis exemplum Helen. 1300. s. *Heath.*

133. Ὄδησον] Vid. supra ad v. 98. *Barnes.*

135. σχετήριον.] Διασχετικὸν, ἀποπαυστικόν. *Barnes.*

136. τυρὸς ὀπίας] Athenæus, Lib. XIV.

ΟΔ. Ὄδησον ἡμῖν σῖτον, οὗ σπανίζομεν.
ΣΙΛ. Οὐκ ἔστιν, ὥσπερ εἶπον, ἄλλο, πλὴν κρέας.
ΟΔ. Ἀλλ' ἡδὺ λιμοῦ καὶ τόδε σχετήριον.
ΣΙΛ. Καὶ τυρὸς ὀπίας ἐστὶ καὶ βοὸς γάλα.
ΟΔ. Ἐκφέρετε· φῶς γὰρ ἐμπολήμασιν πρέπει.
ΣΙΛ. Σὺ δ' ἀντιδώσεις, εἰπέ μοι, χρυσὸν πόσον;
ΟΔ. Οὐ χρυσὸν, ἀλλὰ πῶμα Διονύσου φέρω.
ΣΙΛ. Ὦ φίλτατ' εἰπὼν, οὗ σπανίζομεν πάλαι.
ΟΔ. Καὶ μὴν Μάρων μοι πῶμ' ἔδωκε, παῖς θεοῦ.
ΣΙΛ. Ὃν ἐξέθρεψα ταῖσδ' ἐγώ ποτ' ἀγκάλαις;

Ulys. Vende nobis cibum, cujus indigemus.
Sil. Non est, ut dixi, quidquam præter carnem.
Ulys. Verum dulce famis *est* et hoc levamen.
Sil. Est et caseus coagulo factus, et lac vaccæ.
Ulys. Efferte: lux enim emptionibus convenit.
Sil. Tu vero, dic mihi, quantum vicissim *pro his* dabis aurum?
Ulys. Non aurum: sed potum Bacchi fero.
Sil. O charissime, dixisti enim idem cujus jampridem indigemus.
Ulys. Atqui Maron mihi potum dedit, filius dei.
Sil. Quem alui ego quondam *in* brachiis?

142. *παῖδ' ἐγώ.*

c. 22. *Εὐριπίδης ἐν Κύκλωπι ὀπίαν καλεῖ τυρὸν τὸν δριμὺν, τὸν πηγνύμενον τῷ τῆς συκῆς ὀπῷ·*

καὶ τυρὸς ὀπίας ἐστὶ καὶ Διὸς γάλα.

De caseis ficuum succo coagulatis vid. Plutarch. Symp. Probl. Lib. VI. c. 10. *Διὸς*, quod hic habet Athenæus, recte repudiat doctissimus Interpres, nec quidquam huc facit *Διὸς ἐγκέφαλος*, quod comparabat Erasmus. vid. Suidam in v. *Musg.*

Καὶ τυρὸς ὀπίας ἐστὶ, καὶ βοὸς γάλα.] Apud Athenæum non *βοὸς γάλα*, sed *Διὸς γάλα*, legitur in hoc Euripidis loco. Ita enim scribit Lib. XIV. *Εὐριπίδης δ' ἐν Κύκλωπι Ὀπίαν καλεῖ τυρὸν τὸν δριμὺν, τὸν πηγνύμενον τῷ τῆς συκῆς ὀπῷ.* Quibus verbis istum subjungit versum: *Καὶ τυρὸς ὀπίας ἐστὶ καὶ Διὸς γάλα.* Hanc autem lectionem arripiens Erasmus, his verbis, *Διὸς γάλα*, inter Proverbia locum dedit, scribens, Veteres lac Jovis appellasse, quod insigniter lautum esset in cibis: et afferens *Διὸς ἐγκέφαλος*, tanquam huc pertinens. At ego non puto, Erasmum, si locum apud ipsum Euripidem expendisset, ista scripturum fuisse; sed nec Athenæum *Διὸς* potius, quam *βοὸς*, scriptum reliquisse, mihi sit verisimile. Hæc Henr. Stephanus. Quod ad *Διὸς ἐγκέφαλος* pertinet, id Nos in Esthera, sive *Αὐλικοκατόπτρῳ*, attigimus, v. 1122. *Μαρδοχίῳ δ' ὑφέηκεν ἄναξ ἐπιεικέα μοῖραν, Ζηνός τ' ἐγκέφαλον, πλῆρές τ' οἴνοιο κύπελλον, Ὡς Περσῶν θέμις ἐστί.* In quem locum videsis Scholia nostra. Puto autem, cum hic loci Athenæus de optimo caseo loquatur, *βοὸς* a Critico quodam, qui Euripidem non consuluit, in *Διὸς* conjectando versum, et hinc illam lectionem ortum habuisse: Aperte enim constat, non hic nisi de vaccarum lacte agi. *Barnes.*

141. De Marone vid. Hom. Odyss. Lib. X. v. 196. et Philostrat. Heroicis, p. 652. Ed. Par. Athenæum, Lib. I. c. 25. *Musg.*

ΟΔ. Ὁ Βακχίου παῖς, ὡς σαφέστερον μάθῃς.
ΣΙΛ. Ἐν σέλμασιν νεώς ἐστιν, ἢ φέρεις σύ νιν;
ΟΔ. Ὅδ᾽ ἀσκὸς, ὅς κεύθει νιν, ὡς ὁρᾷς, γέρον.
ΣΙΛ. Οὗτος μὲν οὐδ᾽ ἂν τὴν γνάθον πλήσειέ μου.
ΟΔ. Ναὶ δὶς τόσον πῶμ᾽, ὅσον ἂν ἐξ ἀσκοῦ ῥυῇ.
ΣΙΛ. Καλήν γε κρήνην εἶπας, ἡδεῖαν δ᾽ ἐμοί.
ΟΔ. Βούλει σε γεύσω πρῶτον ἄκρατον μέθυ;
ΣΙΛ. Δίκαιον· ἦ γὰρ γεῦμα τὴν ὠνὴν καλεῖ.

Ulys. Bacchi filius, ut clarius scias.
Sil. In tabulis navisne est, an fers ipsum tecum?
Ulys. Hic uter *est*, qui occultat ipsum, ut vides, senex.
Sil. Hic profecto ne buccam quidem impleret meam.
Ulys. Certe bis tantus potus, *adest nobis*, quantus ex utre fluxerit.
Sil. Pulchrum fontem dixisti, gratumque mihi.
Ulys. Visne ut primum tibi vinum mecum gustandum præbeam?
Sil. Æquum *hoc est*. Profecto enim prægustatio emptionem vocat.

Καὶ μὴν Μάρων μοι] Maro, Euanthei filius, ut Hom. Odyss. Lib. IX. v. 196. —ἀτὰρ αἴγεον ἀσκὸν ἔχον μέλανος οἴνοιο, Ἡδέος, ὅν μοι ἔδωκε Μάρων, Εὐανθέος υἱός: Euanthes autem filius erat Bacchi ex Ariadnæ; licet nonnulli putent, Euanthen esse ipsum Bacchum; et Nonnus in Dionysiacis Maronem Sileni filium dicat; Hesiodus Œnopionis. Ab hoc vinum Maronæum dicitur, et urbs Ciconum in Thracia ab eodem Maronæa vocatur. Hunc autem Maronem sacerdotem Apollinis Homerus facit, et Ismaro habitasse; Athenæus ἕνα τῶν μετὰ Διονύσου τὰς στρατείας πεποιημένων fuisse opinatur. *Barnes.*

142. παῖδ᾽.] Emendabat vir doctus παῖσδ᾽. Favet nonnihil MS. G. pro παῖδ᾽ exhibens παίδ᾽. *Musg.*

147. δὶς τόσον πῶμ᾽,] Regitur a φέρω, v. 139. non a proximo verbo κεύθει. Alioqui dicet Ulysses, utrem suum continere duplum quantitatis, quæ inde effluxerit. *Musg.*

148. ἡδεῖαν δ᾽] Ita Edd. recent. nec dissentiunt MSS. E. G. Ed. Ald. ἡδεῖαν γ᾽. *Musg.*

Reisk. ἡδεῖάν τ᾽ ἐ. *Beck.*

149. Βούλει σε γεύσω] Q. Septimius Florens Christianus ingeniose, uti solet, legi mavult βούλει σὺ γεῦσαι; sed is vir magnus ad significationem hujus verbi parum attentus erat: γεύω enim proprie gustare facio sonat. *Barnes.*

γεύειν, *gustandum præbere.* v. Valck. ad Herod. p. 532. *Beck.*

152. ἐκπάταξον,] Casaubonus explicat *cum strepitu percutere et foras ejicere.* De Poësi Satyrica, p. 221. Melius Piersonus [præeunte Valcken.] ἐγκάναξον, conferens Aristoph. Equit. v. 105. Alciphron. Lib. III. Ep. 36. Hesychius: ἐγκάναξον, ἔγχει — Nec spreverim ἐκκάναξον, *effunde.* vid. Polluc. Lib. X. sect. 85. *Musg.*

Reisk. vulgatum tuetur; nam cum vi et strepitu effunditur, ἐκπατάσσεται, *excutitur.* *Beck.*

153. Reisk. legit: ὡς καλὴν μορφὴν ἔχει, ob sequens εἶδες. *Beck.*

154. Εἶδες γὰρ αὐτήν;] *Vidistin' enim?* sc. odorem. καλὴν enim Silenus, i. e. *formosam, speciosam,* præcedenti versu τὴν ὀσμὴν dixerat. *Musg.*

Tribrachys, non anapæstus, quartam sedem occupat. τὸ ἀλλ᾽ enim hic corripitur, ut v. 556. Bacch. 594. *Heath.*

155. ᾽παινῇς] Scaliger πίνῃς, quod merito improbat Barnesius. *Musg.*

μὴ λόγῳ ᾽παινῇς] ᾽παινῇς pro ἐπαινῇς. Miror, Scaligerum, acutissimæ naris hominem, sensum hujus loci non olfecisse; *Gusta, ne lingua tantum laudes, et voce; at etiam palato,* et ex animo. Ille igitur substituit πίνῃς, qua lectione nihil frigidius, ne ipsæ Sithoniæ nives. *Barnes.*

158. διεκάναξε] Ita MS. Steph, Ed.

ΟΔ. Καὶ μὴν ἐφέλκω καὶ ποτῆρ' ἀσκοῦ μέτα.
ΣΙΛ. Φέρ' ἐκκάναξον, ὡς ἀναμνησθῶ πιών.
ΟΔ. Ἰδού. ΣΙΛ. Παπαιάξ, ὡς καλὴν ὀσμὴν ἔχει.
ΟΔ. Εἶδες γὰρ αὐτήν; ΣΙΛ. Οὐ μὰ Δί', ἀλλ' ὀσφραίνομαι.
ΟΔ. Γεῦσαί νυν, ὡς ἂν μὴ λόγῳ 'παινῇς μόνον.
ΣΙΛ. Βαβαί· χορεῦσαι παρακαλεῖ μ' ὁ Βάκχιος.
Ἆ, ἆ, ἆ.
ΟΔ. Μῶν τὸν λάρυγγα διεκάναξέ σου καλῶς;

Ulys. Atqui affero et poculum cum utre.
Sil. Age effunde, ut, cum bibero, recorder, *quale sit.*
Ulys. Ecce. *Sil.* Papæ. Quam pulchrum odorem habet.
Ulys. Vidisti igitur ipsum? *Sil.* Non per Jovem, sed olfacio.
Ulys. Gusta *nunc* ipsum, ut non verbis laudes tantum.
Sil. Papæ. Saltare me invitat Bacchus.
Ha, ha, ha.
Ulys. Num tibi guttur rigavit egregie?

152. ἐκπάταξον. 156. ὁ Βάκχος.

Ald. διεκάνεξε. [Hesych. Διεκάνεσε. ubi cf. Intpp.] *Musg.*

διεκάναξε] Duportus διεκαίνιξε, monstro vocabuli, nec sensum ullum habet, et metro adversum militat. Henricus Stephanus. In Vet. Cod. διεκάναξε (nam Aldus habet διεκάνεξε) legitur, quam esse veram lectionem persuasum habeo: Nec tamen usquam apud lexicographos hoc compositum reperio. Κανάξας, quod est verbi simplicis participium, apud Hesychium exstat, ubi exponitur ταράξας. Quinetiam compositum ἐγκάναξον apud eundem legitur, exponentem ἔγχεε, item ἔκπιε. Sic autem et Eustathius ἐγκανάσσειν esse ait ἐγχέειν οἶνον, afferens hæc sine auctoris nomine: ἄκρατον ἐγκάναζόν μοι πολύν. Sed Aristophanis sunt illa in Equitibus; ex quo etiam reponendum est ἐγκάναξον, quod et Scholiastes explicat ἔγχεε, nec non ἐγκένωσον, (nisi pro eo scribendum ἐκκένωσον) addens dici ἐπὶ τῶν ἀθρόως πινόντων; item, quosdam velle θορύβου significationem includi in hac voce; ut sit μετὰ ψόφου ἔγχεον. Hactenus illi. Ego autem, inquit idem Henr. Stephanus, διεκάναξε hic puto accipi *transitive,* vel pro: *Guttur tuum strepere fecit, In Gutture tuo strepitum, seu murmur, excitavit,* (excitatur autem hic strepitus in eorum potissimum gutture, qui avide et magnis, ut ita dicam, haustibus bibunt) vel pro: *Perfudit tuum guttur,* seu *infusum, tuo gutturi illud proluit.* Quibus certe modis aptius exponetur, quam illo primo, si ratio sequentis versus habenda sit (ut habenda esse videtur:) Ὥστ' εἰς ἄκρους γε τοὺς ὄνυχας ἀφίκετο, perinde ac si diceret: *Rogas, an egregie guttur meum perfuderit ille Bacchicus liquor? Imo vero totus suavitate* ejus perfusus sum a capite ad talos, ut videlicet ὄνυχας de pedum unguibus intelligamus. Tale quid autem hodieque potores in ore habere solent, inquit idem, quum ex aliquo vini haustu miram quandam delectationem et velut novum vigorem ad totum corpus permanasse, declarare volunt: *O qu'il me fait grand bien! Je le sen depuis la tete juqsues aubout des pieds.* Tibullus participio perfusus est itidem usus in hac re, Lib. I. Eleg. 2. *Neu quisquam multo perfusum tempora Baccho Excitet, infelix dum requiescit amor.* Non ignoro tamen, esse, qui ibi percussum legunt, ex aliis exemplaribus. Et hactenus quidem de

ΣΙΛ. Ὥστ' εἰς ἄκρους γε τοὺς ὄνυχας ἀφίκετο.
ΟΔ. Πρὸς τῷδε μέντοι καὶ νόμισμα δώσομεν.
ΣΙΛ. Χάλα τὸν ἀσκὸν μόνον· ἔα τὸ χρυσίον.
ΟΔ. Ἐκφέρετε νῦν τυρεύματ', ἢ μήλων τόκον.
ΣΙΛ. Δράσω τάδ', ὀλίγον φροντίσας γε δεσποτῶν.
Ὡς ἐκπιεῖν ἂν κύλικα βουλοίμην μίαν,
Πάντων Κυκλώπων ἀντιδοὺς βοσκήματα,
Ῥίψαι τ' ἐς ἅλμην λευκάδος πέτρας ἄπο,
Ἅπαξ μεθυσθεὶς καταβαλών τε τὰς ὀφρῦς.

Sil. Ita ut vel ad extremos ungues pervenerit.
Ulys. Præter hoc vero pecuniam etiam dabimus.
Sil. Laxa tantum utrem, omitte aurum.
Ulys. Efferte nunc caseos, et ovium fœtum.
Sil. Faciam hæc, parum certe curans *meos* dominos:
Quia calicem unum ebibere vellem,
Omnium Cyclopum pro *eo* dans greges,
Et præceps ferri in mare a petrâ Leucade,
Semel ebrius, et demittens supercilia.

Διεκάναξε, quod, ut dixi, in Vet. exempl. legitur. At Hesychius διεκάνεσε habet, quod exponit διέσεισε et διεσάλευσε. Utrum autem ex hoc ipso loco verbum illud petierit, sequutus aliquem codicem, in quo ita scriptum esset, non διεκάνεξε, an σ sit pro ξ apud eum ex errore librarii, an potius aliunde id sumserit, aliis divinandum relinquo: Mihi certe διεκάναξε legere multo tutius esse videtur. *Stephan.*

διεκάναξε est *cluit*, aut *everrit*. κανάσσειν est *cum strepitu exturbare*. *Reisk.*

159. Ὥστ' εἰς ἄκρους γε τοὺς ὄνυχας ἀφίκετο.] Ita se per omnes corporis partes effudit, ut etiam ad ungulum extremitates pervenerit: huc refer illud Ruffini Anthol. Lib. VII. fol. 477. Ψαύει δ' οὐκ ἄκροις τοῖς χείλεσιν· ἀλλ' ἐρύσασα Τὸ στόμα, τὴν ψυχὴν ἐξ ὀνύχων ἀνάγει. Ex Joh. Brodæo. Et fere proverbialiter de acuta quavis voluptate dicitur: ὀνύχων ἄχρις ἅπτεται. *Barnes.*

162. τυρεύματ' Reisk. et Heath., qui monent, τορεύματ' apud Barn. esse vitium typogr. *Beck.*

166, λευκάδος πέτρας] Alibi, sed in mœstis fere rebus, λισσάδος habet, ut Androm. v. 531. Herc. Fur. v. 1139. Hic præstat λευκάδος, ut intelligatur decantata illa rupes, de qua Ovidius in Sapphus Epistola. Anacreon: ἠῦτ' ἀπὸ λευκάδος πέτρης, apud Hephæstion. p. 70. ῥίψαι absolute pro ῥίψαι ἑαυτόν. v. Theognid. v. 177. *Musg.*

ῥίψαι pro medio etiam Helen. 1325., laudante Heath. qui monet, poëtam respexisse saltum a scopulo Leucade, quo amores finiri credebant. *Beck.*

167. καταβαλὼν] Themist. Orat. I. καταβάλλοντες ἢ ἐπαίροντες τὴν ὀφρῦν. Pollux, Lib. II. sect. 67. τὰ βλέφαρα—καταβαλεῖν. Quæ adduco, ne quis malit cum Viro quodam docto καταχαλῶν. *Musg.*

169. Τοὐρθὸν ἐξανιστάναι] De hac voce et λειμῶνος, quod εὐφήμως dicitur, ut Virgilio Genitale Arvum, et κῆπος, hortus Latine, pro natura muliebri, vid. Æm. Portum, et Qu. Septimii hanc expositionem cape: *Quin tum libido tensa gaudet surgere, Mammasque tractat, atque lasciva manu saltum paratum affectat et saltat lubens. Barnes.*

169. s. Ebrius et lascivus senex vini gaudia enumerat:

ἵν' ἐστὶ τουτὶ τοὐρθὸν ἐξανιστάναι
μαστοῦ τε δραγμὸς καὶ ΠΑΡΑΣΚΕΥΑΣΜΕΝΟΥ
ψαῦσαι χεροῖν λειμῶνος.

Ὡς, ὅς γε πίνων μὴ γέγηθε, μαίνεται·
Ἵν' ἔστι τουτὶ τοὔρθὸν ἐξανιστάναι,
Μαστοῦ τε δραγμὸς, καὶ παρεσκευασμένου
Ψαῦσαι χεροῖν λειμῶνος, ὀρχηστύς θ' ἅμα,
Κακῶν τε λῆστις. εἶτ' ἐγὼ οὐ κυνήσομαι
Τοιόνδε πῶμα, τὴν Κύκλωπος ἀμαθίαν
Κλαίειν κελεύων καὶ τὸν ὀφθαλμὸν μέσον.
ΧΟ. Ἄκου', Ὀδυσσεῦ, διαλαλήσομέν τί σοι.
ΟΔ. Καὶ μὴν φίλοι γε προσφέρεσθε πρὸς φίλον.

Quoniam, qui bibens non lætatur, insanit:
In quo est hocce erectum excitare;
Mammarumque contrectatio, et paratum
Tangere manibus pratum, et saltatio simul,
Malorum et oblivio. Nonne ergo osculabor
Hunc potum, Cyclopis stultitiam
Plorare jubens, et oculum illum medium?
Cho. Audi, Ulysses, confabulabimur aliquantulum tecum.
Ulys. Atqui amici acceditis ad amicum.

172. ἐγὼ οὐκ ὠνήσομαι.

Quid λειμὼν sit Musgravius docet. In v. 1. παρασκευασμένου, nævus hærere videtur fortasse sic eluendus:

καὶ ΠΕΡΙΣΚΕΠΑΣΜΕΝΟΥ
ψαῦσαι χεροῖν λειμῶνος.

quæ pluribus explicare supersedeo. *Jacobs.*

Ἵν'] Ἤγουν ἐν τῷ πίνειν. *Scholiast.*

170. Vera est emendatio vocabuli παρασκευασμένου, in quo nævum hærere quilibet Græcæ linguæ peritus facile intelligit, quam de Euripidis tragœdiis optime meritus Jacobs lib. laudat. tom. I. p. 122. adtulit. Corrigit nimirum περισκεπασμένου, quod unice v. λειμῶνος congruit. *Goes.*

171. λειμῶνος,] Sic *pudendum muliebre* vocant nequiores poëtæ. Idem valet κῆπος; de quo vide Hesychium ejusque Interpretes.

ὀρχηστὺς] Male Ed. Ald. et MSS. E. G. ὀρχήστυος. *Musg.*

λειμῶνος,] Vid. ad v. 168. Ὀρχηστύς θ' ἅμα] Aldi Editio ὀρχηστύος male. *Barnes.*

172. εἶτ' ἐγὼ οὐκ ὠνήσομαι] Conjectura est Tyrwhitti, quam non dubitavi recipere, confirmatam utique Nota in margine MS. G. adscripta: οὕτως ἦν ἐν τῷ παλαιῷ, ἐγὼ 'υκυνήσομαι. Ed. Ald. et MSS. εἶτ' ἐγὼ κυνήσομαι. *Musg.*

Κακῶν τε λῆστις.] Phavorinus: λῆστις, λήθη. Et Sophocles eodem vocabulo utitur, in Œdipo Colon. Quare Scaliger male ληστὺς scribit, vel λῆσις: λῆσις enim pro βούλησις, a λάω.

κυνήσομαι] Κύσω, suaviabor. *Barnes.*

An κοιμήσομαι τοιόνδε κῶμα, *dormiam somnum immane quantum. Reisk.*

174. Eximie Tyrwhittus: "Hic versus Choro tribuendus est. Silenus scilicet post, v. 173. exit, ut cibos efferat, quos vino mutet. Omnia igitur, quæ sub ejus persona vulgo leguntur, Choro danda sunt usque, ad v. 188. In scenam enim cum mercibus suis tandem rediens Ulyssem sic compellat:

Ἰδού. τάδ' ὑμῖν —"

Hactenus vir doctissimus, nec dubitavi in re certissima personarum nomina ad mentem ejus constituere. *Musg.*

ΧΟ. Ἐλάβετε Τροίαν τὴν Ἑλένην τε χειρίαν;
ΟΔ. Καὶ πάντα γ᾽ οἶκον Πριαμιδῶν ἐπέρσαμεν.
ΧΟ. Οὐκοῦν, ἐπειδὴ τὴν νεᾶνιν εἵλετε,
Ἅπαντες αὐτὴν διεκροτήσατ᾽ ἐν μέρει,
Ἐπεί γε πολλοῖς ἥδεται γαμουμένη;
Τὴν προδότιν, ἣ τοὺς θυλάκους τοὺς ποικίλους
Περὶ τοῖν σκελοῖν ἰδοῦσα καὶ τὸν χρύσεον
Κλοιὸν φοροῦντα περὶ μέσον τὸν αὐχένα,
Ἐξεπτοήθη, Μενέλεων ἀνθρώπιον
Λῷστον λιποῦσα. μηδαμοῦ γένος ποτὲ
Φῦναι γυναικῶν ὤφελ᾽, εἰ μή μοι μόνῳ.

Cho. Cepistis Trojam, et Helenam captivam?
Ulys. Et totam familiam Priami expugnavimus.
Cho. Nonne igitur postquam juvenculam cepistis,
Omnes ipsam mulcastis per vices?
Quia multis delectatur nubens,
Proditricem *dico*, quæ caligas varias
Circa crura videns, et *Parin* aureum
Torquem ferentem circa medium collum,
Perturbata est mentem, Menelaum homuncionem
Optimum deserens: utinam nusquam genus
Mulierum natum esset, nisi mihi soli.

177. χειρίαν;] Ὑποχειρίαν, captivam. *Barnes.*

178. ss. Mirum sane videtur, hos versus interpretum neminem, Cel. Wakefieldo excepto, qui in Silv. Crit. Part. IV. p. 195. v. φοροῦντα mutare vult in φανόντα, i. e. λαμπόντα, offendisse, cum et interpunctione et sensu laborent. Equidem non inauspicata, ut mihi videor, manu interrogationis signum, in fine v. 179. sublatum post v. προδότιν posui, ita ut v. προδότιν cum διεκροτήσατε conjungaur, et versus 180. quasi parenthesi inclusus exhibeatur. Pro v. φοροῦντα ut φοροῦσα legamus, et rei ratio et verborum nexus postulare videntur. *Goes.*

180. διεκροτήσατ᾽] Quæsita in hac voce ambiguitas est. Proprie enim significat *pugnis cæcidistis*, vel *mulcastis*. *Musg.*

διεκροτήσατ᾽ ἐν μέρει,] i. e. διεκρούσατε. Videor mihi vocem recte interpretatus, inquit Q. Septimius Florens Christianus, cum verti: Depsuistis. Nam διακροτεῖν hic verbum est obscœnum, ut *batuere*. Putaveram olim legendum διεκορήσατε, frustra, ut arbitror. Hæc ille. *Barnes.*

182. θυλάκους] Anaxyridas intelligit, Persarum gestamen, unde et Trojanis, Asiaticis quippe et barbaris, tribuitur. Aristoph. Vesp. 1082. θυννάζοντες εἰς τοὺς θυλάκους. ubi Scholiastes: θυλάκους φασὶν εἶναι τὰς παρὰ τοῖς σκέλεσι καὶ τοῖς μηροῖς Περσικάς. εἴδη βρακίων παρὰ Πέρσαις.—ἀντὶ τοῦ, εἰσπηδῶντες εἰς τὰς ἀναξυρίδας. Notavit et Barnesius. *Musg.*

182. s. Θυλάκους τοὺς ποικίλους Περὶ τοῖν σκελοῖν] Θύλακοι rustico Sileno dicuntur crurium tegumina δερμάτινα, quæ apud Persas Ἀναξυρίδες vocantur, et erant variegata multicoloribus picturis, de quibus adeundus est Brissonius in libro de Regum Persicorum Principatu; et Nos hanc rem attigimus, in Αὐλικοκατόπτρῳ, sive Esthera nostra, v. 781. Ἀλλὰ περὶ σκελέεσσιν Ἀναξυρίδας πολυτίμους, Τριπλᾶς, ἐν θῆρες δὲ καὶ ὄρνεα ποικίλλοντο, Εἶχε χρυσείοισιν ἐπι-

ΣΙΛ. Ἰδοὺ τάδ' ὑμῖν ποιμένων βοσκήματα,
Ἄναξ Ὀδυσσεῦ, μηκάδων ἀρνῶν τροφαὶ,
Πηκτοῦ γάλακτός τ' οὐ σπάνια τυρεύματα.
Φέρεσθε, χωρεῖθ' ὡς τάχιστ' ἄντρων ἄπο,
Βότρυος ἐμοὶ πῶμ' ἀντιδόντες εὐΐου.
ΟΔ. Οἴμοι. Κύκλωψ ὅδ' ἔρχεται· τί δράσομεν;
Ἀπολώλαμεν γὰρ, ὦ γέρον· ποῖ χρὴ φυγεῖν;
ΣΙΛ. Ἔσω πέτρας τῆσδ', οὗπερ ἂν λάθοιτέ γε.
ΟΔ. Δεινὸν τόδ' εἶπας, ἀρκύων μολεῖν ἔσω.
ΣΙΛ. Οὐ δεινόν· εἰσὶ καταφυγαὶ πολλαὶ πέτρας.
ΟΔ. Οὐ δῆτ'· ἐπεί τἂν μεγάλα γ' ἡ Τροία στένοι,

Sil. Ecce vobis pastorum pecudes,
Rex Ulysses, balantium agnorum nutrimenta,
Coagulatique lactis non pauci casei.
Auferte, secedite quam celerrime ab antris,
Racemi mihi potum vicissim dantes Bacchici.
Ulys. Hei mihi, Cyclops iste venit: quid agemus?
Periimus enim, O senex: quo oportet fugere?
Sil. Intra hanc petram, ubi potestis latere.
Ulys. Rem hanc diram dixisti *nos* in retia proficisci.
Sil. Non dirum *est hoc.* *Nam* sunt multa petræ refugia.
Ulys. Nequaquam: nam valde Troja gemeret,

σφυρίοις ἀραρυίας. Aristophanes in Vespis: Εἶτα δ' ἑσπόμεσθα θυννάζοντες εἰς τοὺς θυλάκους. Scholiast. Θυλάκους φασὶν εἶναι τὰς παρὰ τοῖς σκέλεσι καὶ τοῖς μηροῖς Περσικάς· εἴδη βρακίων παρὰ Πέρσαις. Θυννάζοντες εἰς τοὺς θυλάκους, ἀντὶ τοῦ εἰσπηδῶντες εἰς τὰς ἀναξυρίδας. *Barnes.*

184. Κλοιὸν] Nonnunquam est περιτραχήλιος δεσμὸς, quod *collare* vel *collariam* vocant Latini. vid. infra v. 235. Hic *torquem* significat, qualem sensus deflexionem et in ἅλυσις notavit Pollux, Lib. X. sect. 167. Pariterque Hesychius κλοιὸν per μανιάκην explicat, quod aliunde novimus esse χρυσοῦν ψέλιον. Mos torques gerendi apud Romanos quoque obtinuit; num a Trojanis et hic derivatus?

Clem. Alex. ἢ γὰρ οὐχὶ κλοιὸς τὸ χρυσοῦν ἐστι περιδέραιον, p. 209. A. *Musg.*

186. Juvanda hæc majori distinctione, ut lepos epiphonematis appareat:

Μηδαμοῦ γένος ποτὲ
Φῦναι γυναικῶν ὤφελ' — εἰ μή μοι μόνῳ.

Est autem prior clausula detestantis et exsecrantis: posterior, quæ παρ' ὑπόνοιαν subjicitur, immodice perditeque amantis. *Musg.*

188. Hæc a præcedentibus, præfixa Sileni persona, separari debent. v. ad v. 174.

ποιμένων βοσκήματα,] Legendum cum Scaligero ποιμνίων. Sic μόσχων βοσκήματα, Bacch. v. 666. *Musg.*

ποιμένων] Scaliger ποιμνίων, multo, ut mihi videtur, tutius. *Barnes.*

189. μηκάδων ἀρνῶν τροφαὶ,] Ita Ed. Ald. Recentiores, turpi errore, μηκάδων βοσκήματα.

ὀρνίθων θρέμματα Platoni valet ὄρνιθας, p. 880. C. et παίδων θρέμματα itidem παῖδας, p. 881. B. Ed. Ficin. *Musg.*

De illo errore typothetico monuit etiam Reisk. qui τροφὰς observat esse h. l. τὰ τρεφόμενα ζῶα. *Beck.*

190. Πηκτοῦ γάλακτος] Virgil. Eclog. 1. v. 82. *Castaneæ molles et pressi copia lactis.* *Barnes.*

Εἰ φευξόμεσθ' ἕν' ἄνδρα· μυρίον δ' ὄχλον
Φρυγῶν ὑπέστην πολλάκις σὺν ἀσπίδι.
'Αλλ' εἰ θανεῖν δεῖ, κατθανούμεθ' εὐγενῶς,
Ἢ ζῶντες αἶνον τὸν πάρος γ' εὖ σώσομεν.

Si fugeremus unum virum. Maximam enim turbam
Phrygum sustinui sæpe cum clypeo.
Sed si moriendum est, moriemur generose:
Aut viventes, gloriam pristinam fortiter tuebimur.

ARGUMENTUM ACTUS SECUNDI.

Cyclops, a venatione reversus, Silenum cum Satyris increpat, et, num prandium sit paratum, rogat. Conspicatus deinde hospites, de iis quærit. Silenus, ut se metu liberet, conficto mendacio, dicit, eos oves per vim abstulisse, seque ab iis male mulctatum. Ulysses crimen deprecatur; Silenus cum Satyris recriminantur. Ulysses pro se et suis orat. Cyclops, precibus illius rejectis, illos in antrum cogit, divorum auxilium implorantes. Chorus paratas Cyclopi epulas notat, et illius feritatem detestatur.

ΚΥΚΛΩΨ.

Ἄνεχε, πάρεχε, τί τάδε; τίς ἡ ῥαθυμία;
Τί βακχιάζετ'; οὐχὶ Διόνυσος τάδε,

CYCLOPS.

Retro cede: ad latus abi: quid hæc? quis hic ludus?
Quid bacchamini? Hæc non sunt Dionysus,

204. Οὐ Διόν.

198. στένοι,] Ed. Ald. et MSS. στένει. *Musg.*

Οὐ δῆτ'· ἐπεί τ' ἂν μεγάλα γ' ἡ Τροία στένοι,] Duportus legit τὰ μεγάλ' ἂν, quod minus probo. An ἔπειτ' pro ἔπειτα, tum sane, &c. *Barnes.*

Leg. ἔπειτ', i. e. ἔπειτα. *Heath.*

202. ἐκσώσομεν scribit Reisk. *Beck.*

203. Acutissime iterum Tyrwhittus: "Hæc omnia continuato sermone Cyclopi tribuenda sunt. Scenæ autem hujus œconomiam sic concipio: Ingrediens Cyclops Choro primum saltanti occurrit, v. 208. et cum illo colloquitur usque ad v. 221. Deinde antrum versus procedens, Ulyssem cum sociis in remota, puta, theatri parte, conspicit, et Silenum, qui cum illis pugnare jam simulavit, ne scilicet, ut ipse loquitur, v. 220. domini res per vim auferantur. Versus igitur 212. 215. 217. et 219. deleta Sileni persona, Choro dandi sunt." Quod et fecimus.

Ἄνεχε, πάρεχε,] Formula hæc, monente Tyrwhitto, occurrit Troad. v. 308. Aristoph. Vesp. v. 1317. In his autem compositis ἔχω vim habet verbi substantivi εἰμὶ, vel γίγνομαι. Vid. ad Rhes. v. 59. Bacch. v. 1120.

ῥαθυμία;] i. e. lusus, παιδιά. Athenæus, Lib. XIV. c. 1. τοσαύτη δὲ αὐτῶν δόξα τῆς ῥαθυμίας ἐγένετο, ὡς καὶ Φίλιππον, ἀκούσαντα τὸν Μακεδόνα πέμψαι αὐτοῖς τάλαν-

Οὐ κρόταλα χαλκοῦ τυμπάνων τ' ἀράγματα.
Πῶς μοι κατ' ἄντρα νεόγονα βλαστήματα;
Ἦ πρός γε μαστοῖς εἰσι χὐπὸ μητέρων
Πλευρὰς τρέχουσι, σχοινίνοις τ' ἐν τεύχεσι
Πλήρωμα τυρῶν ἐστὶν ἐξημελγμένον;
Τί φατέ; τί λέγετε; τάχα τις ὑμῶν τῷ ξύλῳ
Δάκρυα μεθήσει· βλέπετ' ἄνω, καὶ μὴ κάτω.
ΧΟ. Ἰδοὺ, πρὸς αὐτὸν τὸν Δί' ἀνακεκύφαμεν,
Καὶ τἄστρα καὶ τὸν Ὠρίωνα δέρκομαι.

Non crepitacula æris, et tympanorum pulsationes.
Quomodo mihi *se habent* in antris recens editi fœtus?
An ad ubera sunt, et sub matrum
Latera currunt? et in junceis vasis
Expressane est caseorum copia?
Quid dicitis? quid reponitis? mox aliquis *vestrum* hoc ligno
Lacrymas emittet: spectate sursum, et non deorsum.
Cho. En ad ipsum Jovem oculos attollimus,
Et astra, et Orionem suspicio.

τον, ἵν' ἐγγραφόμενοι (i. e. literis mandantes) τὰ γελοῖα πέμπωσιν αὐτῷ. Clem. Alex. Pædag. Lib. II. c. 4. ὀρχήμασι καὶ κρότοις Αἰγυπτίοις, καὶ τοιαύταις ῥαθυμίαις. Plutarcho etiam in Arato ῥαθυμεῖν est *ludere*. εἰωθότων πίνειν καὶ ῥαθυμεῖν μετ' αὐτοῦ, p. 1882. Ed. H. Steph. *Musg.*

Videtur vetus Silenus juvenem Satyrum per simulationem, et ut gnavi speciem Cyclopi præberet, increpare, et, ut attollat forsan mulctram, aut fascem lignorum, aut nescio quid supellectilis porrigat, imperare, *tolle in altum, cedo. Reisk.*

204. Τί βακχιάζετ'; οὐχ ὁ Διόνυσος τάδε.] *Vulgo* οὐ Διόνυσος. *Por.*

Διόνυσος] MSS. E. G. Διώνυσος, ut ex conjectura dedit Barnesius: quod imitarer, si aliud exemplum hujus scripturæ præberent tragici. Nunc hæsito, ne forte dederit auctor οὐχὶ Διόνυσος. *Musg.*

Legi, metri causa, Br. ad Soph. Œd. T. 993. jubet: οὐχὶ Διόνυσος. *Beck.*

206. De forma vocab. νεογόνος disputant Intpp. Tho. M. p. 625. s. *Beck.*

207. εἰσι, χ' ὑπὸ μητέρων] Ita ex conjectura dedi. Ed. Ald. et Barnes. εἰσιν, ἢ χ' ὑπὸ μητέρων, quod versum justo longiorem efficit. *Musg.*

208. σχοινίνοις] Scaligeri conjectura est. Sic Aristophanes: σχοίνινος φορμὸς, apud Polluc. X. sect. 169. Euripides σχοινίνας ἡνίας apud eundem Lib. X. sect. 178. Ed. Ald. σχοινίοις. *Musg.*

σχοινίοις τ' ἐν τεύχεσιν] Vel hæc verba legenda sunt per appositionem, vel cum Scaligero legendum σχοινίνοις. *Barnes.*

211. βλέπετ' ἄνω καὶ μὴ κάτω.] Sic solent, notante Barnesio, antiqui. Noster Iphig. in Aul. v. 399. ἄνομα δρῶντα, κ' οὐ δίκαια. Troad. v. 448. νυκτὸς, οὐκ ἐν ἡμέρᾳ. *Musg.*

βλέπετ' ἄνω, καὶ μὴ κάτω.] Ἄνω, καὶ μὴ κάτω, de hoc pleonasmi genere vid. quæ nos ad Orest. v. 605. Sic Iphig. Aul. v. 399. Ἄνομα δρῶντα, κ' οὐ δίκαια. Sic Troad. v. 448. Ἦ κακὸς κακῶς ταφήσῃ νυκτὸς, οὐκ ἐν ἡμέρᾳ. Emphatice autem dicitur. Non est vero omittendum, quod bene in hunc locum ab Isaaco Casaubono notatum reperio: Βλέπετ' ἄνω καὶ μὴ κάτω. *Quæ formula est attendere jubentis.* Sic in Trachiniis Sophocl. v. 405. ait Dejanira ad Licham: Οὗτος βλέφ' ὧδε· πρὸς τίν' ἐννέπειν δοκεῖς; Et in Œdipo Tyranno, v. 1132. Οὗτος σὺ πρέσβυ· δεῦρό μοι φώνει βλέπων Ὅσ' ἄν σ' ἐρωτῶ. Sic apud Plautum Amphitryo: *Sosia age, me huc adspice. Specto.* At Silenus capite re-

ΚΥ. Ἄριστόν ἐστιν εὖ παρεσκευασμένον;
ΧΟ. Πάρεστιν. ὁ φάρυγξ εὐτρεπὴς ἔστω μόνον.
ΚΥ. Ἦ καὶ γάλακτός εἰσι κρατῆρες πλέῳ;
ΧΟ. Ὥστ' ἐκπιεῖν γέ σ', ἢν θέλῃς, ὅλον πίθον.
ΚΥ. Μήλειον, ἢ βόειον, ἢ μεμιγμένον;
ΧΟ. Ὃν ἂν θέλῃς σύ· μὴ 'μὲ καταπίῃς μόνον.
ΚΥ. Ἥκιστ'· ἐπεί γ' ἂν ἐν μέσῃ τῇ γαστέρι
Πηδῶντες ἀπολέσαιτ' ἂν ὑπὸ τῶν σχημάτων. —
Ἔα, τίν' ὄχλον τόνδ' ὁρῶ πρὸς αὐλίοις;
Λησταί τινες κατέσχον, ἢ κλῶπες, χθόνα.

Cyc. Prandium estne bene paratum?
Cho. Est: fauces modo sint paratæ?
Cyc. An etiam lacte sunt crateres pleni?
Cho. Ut ebibere possis, si velis, totum dolium.
Cyc. Ovillumne, an bovillum, an mixtum?
Cho. Quodcunque tu volueris: ne me deglutias tantum.
Cyc. Minime: quia in medio ventre,
Saltantes *me* perderetis his *vestris* gesticulationibus.
Age, quam turbam hanc video ad stabula?
Prædones quidam, aut fures appulerunt ad *hanc* terram:

supinato verba Cyclopis hoc faceto responso excipit: Ἰδοὺ, πρὸς αὐτὸν τὸν Δί' ἀνακεκύφαμεν, Καὶ τ' ἄστρα καὶ τὸν Ὠρίωνα δέρκομαι. Isaac. Casaubonus. *Barnes.*

215. εὐτρεπὴς] Ita MS. G. ut recte H. Steph. Ed. Ald. εὐπρεπὴς. *Musg.*

Πάρεστιν. ὁ φάρυγξ εὐτρεπὴς ἔστω μόνον.] Ita H. Stephani, Josephi Scaligeri, Canteri, Isaaci Casauboni, doctorumque omnium sententia scribendum pro εὐπρεπὴς, quod male hactenus obtinebat, et respondet ad παρεσκευασμένον. Vide Henr. Stephanum. *Barnes.*

216. κρατῆρες πλέῳ, pro πλέοι Attice, πλέως pro πλέος, idem quod πλεῖος, πλειότερος. *Barnes.*

219. Ὃν ἂν] Emendat Casaubonus ὅ γ' ἂν, ut antecedens sit γάλα. Verum neque hic versus, nec superior, ad Grammaticorum leges rigide exigendus est. Atque in universum, ubi sensus perspicuus est, venustatis aliquid habet vel ipsa ἀκριβείας negligentia. *Musg.*

Ὃν ἂν θέλῃς σὺ·] Isaac. Casaubonus ait: scribe, ὅγ' ἂν θέλῃς σὺ, nempe γάλα. Paulo acutius in hac parte Q. Septimius Florens Christianus: Ὃν ἂν θέλῃς σὺ] Si ad γάλα refertur, σολοικίζει: debuit esse ὅ, sed excusandus poëta, qui et ad πίθον respexerit; tamen, qui nos audiet, leget ὡς pro ὅν. Et ita quidem ego judico μήλειον et βόειον ad πίθον referri, subaudiendo γάλακτος, et μήλειον πίθον γάλακτος dici pro πίθον μηλείου γάλακτος. *Barnes.*

Reisk. emendat οὗ γ' ἂν, aut certe ὅ γ' ἂν: nam redire ad γάλα. *Beck.*

220. ἐπεί γ' ἂν ἐν μέσῃ] Non placet repetitio τοῦ ἂν, itaque legerem ἐπεί γέ μ' ἐν μέσῃ. Et hanc sane puto veram lectionem. Ita Q. Septimius Florens Christianus, nequaquam, ut mihi videtur, inepte, nisi quod ex repetitione τοῦ ἂν putabat aliam lectionem necessariam, quam tamen plus centies fieri apud auctores notavimus. Vid. nos ad Troad. v. 978. Quare et hæc repetitio alias ferri potuit, quæ bene Græca est; ut hic loci Septimii lectionem præferendam ducerem. *Barnes.*

227. πρόσωπον] Teste Polluce, Lib. II. sect. 47. faciei, quod infra frontem est, indicat; cui parti, ut bene me per literas

Ὁρῶ γέ τοι τούσδ' ἄρνας ἐξ ἄντρων ἐμῶν
Στρεπταῖς λύγοισι σῶμα συμπεπλεγμένους,
Τεύχη τε τυρῶν συμμιγῆ, γέροντά τε
Πληγαῖς πρόσωπον φαλακρὸν ἐξῳδηκότα.
ΣΙΛ. Ὤι μοι, πυρέσσω συγκεκομμένος τάλας.
ΚΥ. Ὑπὸ τοῦ; τίς ἐς σὸν κρᾶτ' ἐπύκτευσεν, γέρον;
ΣΙΛ. Ὑπὸ τῶνδε, Κύκλωψ, ὅτι τὰ σ' οὐκ εἴων φέρειν.
ΚΥ. Οὐκ ἦσαν ὄντα θεόν με καὶ θεῶν ἄπο;
ΣΙΛ. Ἔλεγον ἐγὼ τάδ'· οἱ δ' ἐφόρουν τὰ χρήματα,
Καὶ τόν γε τυρὸν, οὐκ ἐῶντος, ἤσθιον,

Video certe hos agnos ex meis stabulis
Tortis viminibus corpora colligatos,
Et vasa caseorum commissa, senique
Plagis frontem calvam intumuisse.
Sil. Heu mihi, febricito contusus miser.
Cyc. A quo? quis in tuum caput pugnos-incussit, senex?
Sil. Ab his *fui percussus,* quia tua non sinebam eos auferre.
Cyc. Non sciebant me deum, et a diis progenitum?
Sil. Dixi ego ista; illi tamen auferebant res *tuas:*
Et caseum, *me* non permittente, comederunt,

monuit vir laudatissimus, minime convenit epithetum φαλακρόν. φαλακρὸς utique est non cui facies lævis, aut mentum imberbe sit, sed cui frons, maximeque vertex capitis, capillis destituantur; ut liquido ostendet, si quis in dubium vocaverit, Synesius in Calu. Encomio. φαλακρὸν autem ne mendosum putemus, obstat, quod Silenus passim apud Veteres calvus exhibeatur. Scholiastes Aristophanis in Nub. 223. ἐλέγετο ὁ Σωκράτης τὴν ὄψιν Σειληνῷ παρεμφαίνειν. σιμός τε γὰρ καὶ φαλακρὸς ἦν. Pro παρεμφαίνειν legendum παρεμφερὴς εἶναι, ut habet Suidas v. ὦ 'φήμερε. ubi locum hunc exscribit. Synesius de Sileno: τοῦ Διονύσου παιδαγωγὸς ἀποδέδεικται. ἔδει γὰρ, οἶμαι, φαλακρὸν ὄντα, νοῦν ἔχειν. Ovid. Fast. III. 745. *Ut Satyri* lævisque Senex *tetigere.* Et postea 753. Vertice nudo *Spicula defigunt.* Hinc eidem, μέτωπον hic pro πρόσωπον reponenti, lubens calculum adjicio. *Musg.*

230. ὅτι τὰ σ'] Ita MS. E. Ed. Ald. ὅτι τάδ', quod non spernendum, altero tamen deterius. *Musg.*

τὰ σ', i. e. τὰ σά. v. Markl. ad Suppl. 466. *Beck.*

231. ἦσαν] Ed. Ald. ἴσαν. MS. E. ἦσαν. vid. Suidam v. ἤϊσαν. Etymol. M. v. ἤϊσμεν; unde liquet, ἦσαν per syncopen pro ἤδεισαν dixisse Veteres. *Musg.*

Οὐκ ἶσαν] Ita accentum pono, quia syllaba prior longa, et ponitur pro ἴσασαν per syncopen, et ut distinguatur ab ἴσαν, *ibant.* *Barnes.*

232. ἐφόρουν] Non damno: malim tamen ἔφρουν a φρέω, et v. 234. ἐξεφροῦντο. Eodem fere res recidit, sed magis poëticum est φρέω. Confer Troad. v. 654. Electr. v. 1033. *Musg.*

Ἔλεγον ἐγὼ τάδ'·] Ubi Eurip. Silenum et Satyros, bibaces, mendaces, salaces et pusillanimos introducit, recte id eum facere ex Veterum mente observandum. Ita enim Hesiodus: Καὶ γένος οὐτιδανῶν Σατύρων καὶ ἀμηχανοεργῶν. Hi vero θῆρες et φῆρες Veteribus dicti sunt, hinc Anglice, *Fairies,* quod semicapri erant, et capripedes, et cornuti, caudati, auriti et pilosi: quod denique semper choreis et saltationibus sint dediti, id vulgo etiamnum de Lemuribus istis dicitur, *The Fairies' Dance.* *Barnes.*

Reisk. scribit: ἔλεγον ἔγωγ', οἱ δὲ διε-

Τούς τ' ἄρνας ἐξεφοροῦντο· δήσαντες δέ σε
Κλῳῷ τριπήχει, κατὰ τὸν ὀφθαλμὸν μέσον,
Τὰ σπλάγχν' ἔφασκον ἐξαμήσασθαι βίᾳ,
Μάστιγί τ' εὖ τὸ νῶτον ἀπολέψειν σέθεν,
Κἄπειτα συνδήσαντες, ἐς θἀδώλια
Τῆς νηὸς ἐμβαλόντες, ἀποδώσειν τινὶ

Et hos agnos efferebant: ligantes autem te
Ad lignum tricubitale, coram oculo tuo medio,
Viscera dicebant se vi exsecturos,
Et flagellis tuum tergum belle excoriaturos esse,
Et deinde te constrictum, in tabula
Navis injectum, vendituros esse alicui,

237. ἀποθλίψειν. 238. τὰ 'δώλια.

φόρουν.—Heath. de vitio metrico admonuit. *Reisk.*

235. κλῳῷ,] Atticorum ea orthographia est. Aristophani non neglecta: Vesp. v. 892. Genus collaris est, collum, nec minus utramque manum, constringens. Cinado apud Xenophontem Hist. Græc. Lib. III. δεδεμένος καὶ τὼ χεῖρε καὶ τὸν τράχηλον ἐν κλοιῷ — περιήγετο. Bessum quoque Alexandro tradiderunt γυμνὸν ἐν κλοιῷ δήσαντες. Arrian. Lib. III. versus finem. *Musg.*

τριπήχει· *tricubitali.* unde Cyclopis magnitudo cogitari potest, si collare, manus collumque ejus constringens, tricubitale esse deberet. Canes mordaces, Solonis lege, κλοιὸν τετράπηχυς gestare jussi erant. Plutarch. in Solone, p. 167. Ed. H. Steph. Sed canum collare diversæ utique formæ erat, utpote collo soli circumpositum.

κατὰ τὸν ὀφθαλμὸν] Ed. Ald. Male κᾆτα τ. ὀ. Phrasis satis nota est, nec a Septimio Florente sollicitari debuit. Xenophon initio Hieronis: τυράννου κατ' ὀφθαλμοὺς κατηγορεῖν. vide etiam Eurip. Electr. v. 910. *Musg.*

Κλῳῷ τριπήχει,] Κλοιὸς, Ionice κλῳός: ita Hom. Iliad. β'. v. 212. Θερσίτης δ' ἔτι μοῦνος ἀμετροεπὴς ἐκολῴα, a κολοιάω, et κολοιὸς, quod et κολῳὸς dicitur ibid. Iliad. α'. v. 575. Ἐν δὲ θεοῖσι κολῳὸν ἐλαύνετον. Quare non est, ut ex loco deturbetur κλῳῷ. At de κᾆτα non ita statuo; sed cum Cantero mavelim κατὰ; nam etsi potest anapæstus in quarto loco occurrere, potest et hic pes fieri tribrachys, si primam in ὀφθαλμὸν contrahas, ut potes; Sensus tamen maxime evincit, ut κατὰ legamus: ita enim ordinandus est locus: δήσαντες δέ σε κλοιῷ τριπήχει, ἔφασκον βίᾳ ἐξαμήσεσθαι τὰ σπλάγχνα κατὰ τὸν ὀφθαλμὸν, ἤγουν, διὰ τοῦ ὀφθαλμοῦ μέσου. Jocose, et ad irritandum Cyclopem, Silenus hic loquitur, quare non ego cum Q. Septim. ὀμφαλὸν hic lego. *Barnes.*

Sensus est: *minantur illigaturos medio tuo oculo lignum tricubitale.* Delendum igitur comma ante κατά. *Reisk.*

236. ἐξαμήσασθαι] Legendum cum Duporto ἐξαμήσεσθαι. Aristoph. Lysistr. v. 367. καὶ τἄντερ' ἐξαμήσω. Minus hic sibi constat, nec mirum, Silenus. Cui enim viscera exsecta erant, postea, credo, nec venumdari, nec munia servilia exsequi, potuisset. *Musg.*

237. ἀποθλίψειν] Omnino legendum cum Ruhnkenio ἀπολέψειν. *Musg.*

ἀποθλίψειν] Is. Casaub. ἀποδρύψειν legit, nulla necessitate, quum ludicrus hic Silenus, Cyclopem deridens, vocabula quoquo modo uti deprehenditur; quare textum non muto. *Barnes.*

ἀπολέψειν Ruhnk. Ep. Cr. II. p. 60. quod comicum sit pro τύπτειν. *Beck.*

238. τὰ 'δώλια] Pro ἑδώλια, i. e. ναυτικὰ ἕδη· τὰ τῆς νεὼς ζυγὰ, ἐφ' ᾧ οἱ ἐρέσσοντες καθέζονται. Hesych. Cant. mavult θ' ἑδώλια, eodem recidit. Sic supra v. 213. τἄστρα, pro τὰ ἄστρα. *Barnes.*

240. ἢ πυλῶνα καταβαλεῖν.] Idem Vir Eximius: ἢ 'ς μυλῶνα καταβαλεῖν, nimirum ut constructio sit: ἔφασκον καταβα-

Πέτρους μοχλεύειν, ἢ 'ς μυλῶνα καταβαλεῖν.
ΚΥ. Ἄληθες; οὔκουν κοπίδας ὡς τάχιστ' ἰὼν
Θήξεις μαχαίρας, καὶ μέγαν φάκελον ξύλων
Ἐπιθεὶς ἀνάψεις; ὡς, σφαγέντες αὐτίκα,
Πλήσουσι νηδὺν τὴν ἐμὴν ἀπ' ἄνθρακος
Θερμὴν ἔδοντος δαῖτα τῷ κρεανόμῳ,

Ut saxa vectibus moveres, aut in pistrino fruges moleres.
Cycl. Scilicet: non igitur copidas quam celerrime vadens
Acues gladios, et magnum fascem lignorum
Igni impositum incendes, ut mactati statim
Impleant ventrem meum ex carbonibus
Calidum edentis cibum sine ullo *carnium distributore?*

240. ἢ πυλῶνα κ. 241. οὐκοῦν. 244. ἐπ' ἄνθρ.

λεῖν. Mihi venustius videtur, quod nec longius a MSS. lectione recedit: ἢ μυλῶν' ἀκτὰς ἀλεῖν, *aut in pistrino alimenta molere.* Hesychius: ἀκτὴ, τροφή. Pollux VII. sect. 180. ἀλεῖν τοὺς πυρούς. *Musg.*

In pistrinum (μυλῶνα) detrudi, pœna erat servilis. v. Hemst. ad Lucian. T. I. p. 136.

Heath. vulgatum explicabat ita: *aut vestibulum solo æques.* Juvenes olim inter comessationes vestibulum domus amicæ dejiciebant. *Beck.*

241. Ἄληθες;] *Siccine vero?* confer Soph. Œd. Tyr. v. 358. Antigon. v. 769.

κοπίδας] Aristoni in Antholog. H. Steph. p. 438. aliud est λαιμοτόμος σφαγὶς, i. e. μάχαιρα: aliud στιβαρὰ κοπίς. Hanc distinctionem si servavit Euripides, scripsit utique:

κοπίδας, ὡς τάχος τ' ἰὼν
θήξεις μαχαίρας ——

Vulgata si vera est, explicatam dabunt, quæ congessi ad Bacch. v. 1025. *Musg.*

Ἄληθες;] De usu hujus verbi et accentu retracto vid. prolixius disserentem Henric. Stephan. in Annot. suis ad Sophocl. p. 166. *Barnes.*

242. φάκελον] Ita MS. E. ut bene Casaubonus. Ed. Ald. φάκελλον. Utroque modo scribitur. Sic Apollonius μακέλῃσιν pro μακέλλῃσιν. Argonaut. Lib. IV. *Musg.*

φάκελον] Ita simplici λ scribendum monuit Isaac. Casaubonus. *Barnes.*

φάκελον] Ita et Valck. ad Herod. p. 309. *Beck.*

244. s. Ruhnkenius, in literis ad me datis, emendabat:

ἀπ' ἄνθρακος
θερμὴν διδόντος δαῖτα τοῦ κρεανόμου.

Mihi magis placet, quod etiam propius paullo ad vulgatum accedit:

—ἀπ' ἄνθρακος
θερμὴν ἔδοντος δαῖτ', ἄτερ κρεανόμου.

κρεανομίας Veterum illustrabit Plutarch. Sympos. Probl. Lib. II. c. 10. *Musg.*

ἀπ' ἄνθρακος Reisk. Heath. et Abresch. ad Æschyl. I. p. 398. *Beck.*

245. Pro ἔδοντος forte legendum διδόντες. *Heath.*

Leg. τῶν κρεῶν ὀπῷ, vel potius χυμῷ, *statim enim mactati implebunt suarum carnium succo meum ventrem comesturi* (i. e. mei, qui comedere amo), *calidam adhuc a prunis candentibus bucellam.* vult dicere: mactati protinus in cibum contruncabuntur pars super carbonibus assandi, pars coquendi et jure macerandi. *Reisk.*

Versum hunc esse corruptum omnes interpretes uno ore consentiunt, et inde facile adparet, quod v. ἔδοντος cum ἄνθρακος nullo modo conjungi possit, neque v. κρεανόμῳ habeat, quo referendum sit. Præ cæteris mihi semper placuit emendatio cel. Ruhnkenii διδόντος δαῖτα τοῦ κρεανόμου, donec legeram, quod censor ed. Hoepfner. in act. litter. univers. Jenens. excellentissimus ἕψοντος δαῖτα τοῦ κρεανόμου conjecerat. Prima facilior, altra elegan-

Τὰ δ' ἐκ λέβητος ἑφθὰ καὶ τετηκότα·
Ὡς ἔκπλεώς γε δαιτός εἰμ' ὀρεσκόου·
Ἅλις λεόντων ἐστί μοι θοινωμένῳ
Ἐλάφων τε, χρόνιος δ' εἰμ' ἀπ' ἀνθρώπων βορᾶς.
ΣΙΛ. Τὰ καινά γ' ἐκ τῶν ἠθάδων, ὦ δέσποτα,
Ἡδίον' ἐστίν. οὐ γὰρ οὖν νεωστί γε
Ἄλλοι πρὸς ἄντρα ταῦτ' ἀφίκοντο ξένοι.
ΟΔ. Κύκλωψ, ἄκουσον ἐν μέρει καὶ τῶν ξένων.
Ἡμεῖς βορᾶς χρῄζοντες ἐμπολὴν λαβεῖν
Σῶν ἄσσον ἄντρων ἤλθομεν νεὼς ἄπο.
Τοὺς δ' ἄρνας ἡμῖν οὗτος ἀντ' οἴνου σκύφου
Ἀπημπόλα τε κἀδίδου, πιεῖν λαβὼν,
Ἑκὼν ἑκοῦσι· κοὐδὲν ἦν τούτων βίᾳ.

Cætera vero ex lebete cocta, et elixa.
Quia satiatus *sum* cibis montanis:
Satis leonum epulanti mihi est,
Cervorumque. Jam pridem vero nullas humanas carnes voravi.
Sil. Nova edulia post consueta, O domine,
Sunt dulcissima: non enim recens
Alii ad antra hæc venerunt hospites.
Ulys. Cyclops, audi vicissim et hospites.
Nos cupientes cibi emptionem accipere,
Prope tua antra venimus a navi:
Hos vero agnos nobis iste pro vini scypho
Vendidit, et dedit, accepto potu,
Volens volentibus, et nihil horum per vim est *factum*.

251. οὐ γὰρ αὖ.

tior est, ita ut difficile sit disceptatu, quod in mente poëta habuerit. *Goes.*

247. εἰμ' ὀρεσκόου·] Henrici Stephani conjectura est, dudum a Barnesio recepta. Ed. Ald. ἡμεροσκόου. MSS. E. G. ἱμεροσκόου, superscripto tamen η. vid. Æschyl. Sept. c. Theb. v. 538. ubi ματρὸς ἐξ ὀρεσκόου. *Musg.*

251. Si νεωστὶ hic notat *recens*, paullo ante debet οὖν legi pro αὖ. Si autem notat *paullo post, mox*, et αὖ *deinceps*, debet ἀφίκοιντο in Opt. legi. Sed prius rectius. *Reisk.*

252. ἄντρα ταῦτ'] Barnesii conjectura est. Ed. Ald. ἄντρα τά σ'. *Musg.*

Ἄλλοι πρὸς ἄντρα ταῦτ' ἀφίκοντο ξενοι.] Olim pro ταῦτ' legebatur per errorem τὰ σ' (pro τὰ σὰ,) quod mendum Nemini observatum, excepto Scaligero, qui legendum putabat τῇδ', ne minimis literarum vestigiis servatis; ego ταῦτ' omnino scribendum scio. *Barnes.*

253. Ἄκουσον ἐν μέρει] Huc pertinet illud Philippi regis, qui causam aliquando auditurus, unam auriculam obturatam habebat, dicens, se illam alteri parti servare. Huc illud etiam referri debet Senecæ, Medeæ, v. 199. *Qui statuit aliquid, parte inaudita altera, Æquum licet statuerit, haud æquus fuit. Barnes.*

Ἀλλ' οὗτος ὑγιὲς οὐδὲν, ὧν φησιν, λέγει,
Ἐπεὶ κατελήφθη σοῦ λάθρα πωλῶν τὰ σά.
ΣΙΛ. Ἐγώ; κακῶς γὰρ ἐξόλοι'. ΟΔ. Εἰ ψεύδομαι.
ΣΙΛ. Μὰ τὸν Ποσειδῶ τὸν τεκόντα σ', ὦ Κύκλωψ,
Μὰ τὸν μέγαν Τρίτωνα καὶ τὸν Νηρέα,
Μὰ τὴν Καλυψὼ τάς τε Νηρέως κόρας,
Μά θ' ἱερὰ κύματ' ἰχθύων τε πᾶν γένος,
Ἀπώμοσ', ὦ κάλλιστον, ὦ Κυκλώπιον,
Ὦ δεσποτίσκε, μὴ τὰ σ' ἐξοδᾷν ἐγὼ
Ξένοισι χρήματ'. ἢ κακῶς οὗτοι κακοὶ
Οἱ παῖδες ἀπόλοινθ', οὓς μάλιστ' ἐγὼ φιλῶ.
ΧΟ. Αὐτὸς ἔχ'. ἔγωγε τοῖς ξένοις τὰ χρήματα
Περνάντα σ' εἶδον· εἰ δ' ἐγὼ ψευδῆ λέγω,

Sed iste nihil veri dicit, eorum quæ dicit,
Postquam deprehensus est res clam te vendens tuas.
Sil. Ego? male pereas! *Ulys.* Si mentior.
Sil. Non per Neptunum, qui genuit te, O Cyclops,
Non per magnum Tritonem, et Nerea,
Non per Calypso, et Nerei puellas,
Non per sacros fluctus, et piscium totum genus,
Juro, O pulcherrime, O Cyclopicule,
O hericule, quod non vendiderim ego has
Hospitibus res: aut male hi pulchri
Liberi pereant, quos ego maxime diligo,
Cho. Tibi habe. Ego enim hospitibus has res
Vendentem te vidi: si vero ego falsa dico,

Pierson. ad Mœr. p. 155. emendat: Ἡμεῖς βορὰν χρήζοντες ἐμπολῆς λαβεῖν, *nos cupientes cibum* pro (omittitur ἀντὶ) *mercibus accipere. Beck.*

258. τούτῳ] Legendum cum margine Barnesianæ τούτων. *Musg.*

260. Ἐπεὶ κατελήφθη] Emendat Heathius ἐπεί γ' ἐλήφθη, plaudente Valckenærio ad Hippol. v. 959. *Musg.*

267. μὴ τὰ σ'] Ita MSS. E. G. Ed. Ald. μὴ τάδ'. *Musg.*

ἐξοδᾷν] De hoc verbo doctissimus Henricus Stephanus nequaquam tantopere dubitasset, si modo satis meminisset locorum supra notatorum, ut v. 97. ubi Ulysses ponit quæstionem, *si quis velit ei victum vendere,* εἴτε τις θέλει βορὰν ὀδῆσαι ναυτίλοις κεχρημένοις. item v. 133. ubi idem Ulysses ait: *Vende nobis victum, quo indigemus,* Ὄδησον ἡμῖν σῖτον, οὗ σπανίζομεν. Hæc loca contulisse Brodæus debuit, nec ignorasse Stephanus. Quare recte Hesychius ἐξοδῆσαι ab ἐξοδάω, non ἐξοδέω, vel hoc loco judice. *Barnes.*

Constructionis ratio postulat ἐξοδᾷν ἐμέ. Sed forsan consulto solœcismum hic maluit poëta, ut Sileni personæ congruum. *Heath.*

268. Ξένοισι] Emendatio est H. Stephani. Ed. Ald. ξένοι σοι.

οὗτοι κακοὶ] Malim omnino οὗτοι καλοί. *Pulchri hi pueri. Musg.*

Verba ἢ κακῶς οὗτοι κακοὶ illustris Wakefieldus in Silv. Crit. Part. II. pag.

Ἀπόλοιθ᾽ ὁ πατήρ μου, τοὺς ξένους δὲ μὴ ᾽δίκει.
ΚΥ. Ψεύδεσθ᾽· ἔγωγε τῷδε τοῦ Ῥαδαμάνθυος
Πλείω πέποιθα, καὶ δικαιότερον λέγω.
Θέλω δ᾽ ἔρεσθαι· πόθεν ἐπλεύσατ᾽, ὦ ξένοι;
Ποδαποὶ, τίς ὑμᾶς ἐξεπαίδευσεν πόλις;
ΟΔ. Ἰθακήσιοι μὲν τὸ γένος, Ἰλίου δ᾽ ἄπο,
Πέρσαντες ἄστυ, πνεύμασιν θαλασσίοις
Σὴν γαῖαν ἐξωσθέντες ἥκομεν, Κύκλωψ.
ΚΥ. Ἦ τῆς κακίστης οἳ μετήλθεθ᾽ ἁρπαγὰς
Ἑλένης, Σκαμάνδρου γείτον᾽, Ἰλίου πόλιν;

Pereat pater meus: hospites vero ne afficias injuria.
Cyc. Mentimini: ego vero huic *Sileno* quam Rhadamantho,
Plura fidem habeo, et justiorem pronuntio.
Volo autem *hos* interrogare. Unde navigatis hospites?
Cujates *estis?* quæ vos enutrivit civitas?
Ulys. Ithacenses quidem *sumus* genere, sed ab Ilio,
Eversa urbe, ventis marinis
Ad tuam terram tempestatibus-delati venimus, Cyclops.
Cyc. An *estis illi*, qui persecuti estis raptus pessimæ
Helenæ, ad Scamandro vicinam civitatem Ilii?

273. τοῦδε. 274. πολλῷ π.

53. contra Musgravium, invita sane Minerva, pro κακοὶ, Euripidem scripsisse καλοὶ autumantem, optimo jure defendit, et locutionis veritatem multis exemplis probavit. *Goes.*

270. ἔγωγε] Et hæc quoque Stephani emendatio est Ed. Ald. ἐγώ ε. *Musg.*

Αὐτὸς ἔχ᾽·] Αὐτὸς ἔχε. Formula deprecandi mala, quæ aliter ita concipi solet: εἰς κεφαλήν σοι. Quo nihil apud poëtas occurrit frequentius. Vulgo male capiunt; neque assentiendum viro docto, (i. e. Cantero) qui corrigit αὔτως. *Casaubon.*

Leg. αὐτόσ᾽ ἔχε. Adv. αὐτόσε *ibi* notat. Deinde quum in vet. ed. sit ἐγὼ οὐ, debet reponi ἔγωγ᾽ οὐ, cum signo interrogationis: *ego vero ante non vidi? Beck.*

271. Περνάντα] Male Ed. Ald. περάντα. *Musg.*

273. Ed. Ald. τοῦδε. MSS. Steph. τόνδε. In proximo versu Ed. Ald. et MS. G. πολλὰ, pro quo MSS. Steph. πολλῷ. Legendum forte:

— ἔγωγε τῷδε τοῦ Ῥαδαμάνθυος
πλείω πέποιθα —

Ed. Ald. etiam πέπονθα. *Musg.*

273. s. Ἔγωγε τῷδε τοῦ Ῥαδαμάνθυος Πολλῷ πέποιθα καὶ δικαιότερον λέγω] Olim erat scriptum τοῦδε τοῦ Ῥαδαμάνθυος πολλῷ πέπονθα, et Brodæus de Ulysse intelligebat, qui se Rhadamanthum, hoc est justum hominem, venditabat. Sed de Sileno aperte loquitur Cyclops, qui ea ingenii crassitudine erat, ut Sileno, qui jam ipsum deridendum propinabat, et vel centum dominos pro unico vini haustu permutare voluit, magis æqui bonique studiosum voluit credere, quam ipsum inferorum judicem. Multi sunt hodierni Cyclopes, qui malefidis servorum suorum et familiarium blanditiis decepti, nihil nisi illorum oculis volunt cernere, neminem nisi illorum fide commendatum volunt, adeo Cyclopice singulari tantum oculo utuntur, nec eo satis valent. Sed ut in viam redeam, Cantero omnino assentior,

ΟΔ. Οὗτοι, πόνον τὸν δεινὸν ἐξηντληκότες.
ΚΥ. Αἰσχρὸν στράτευμά γ', οἵτινες μιᾶς χάριν
Γυναικὸς ἐξεπλεύσατ' ἐς γαῖαν Φρυγῶν.
ΟΔ. Θεοῦ τὸ πρᾶγμα· μηδέν' αἰτιῶ βροτῶν.
Ἡμεῖς δέ σ', ὦ θεοῦ ποντίου γενναῖε παῖ,
Ἱκετεύομέν τε, καὶ λέγομεν ἐλευθέρως,
Μὴ τλῇς πρὸς ἄντρα σοὺς ἀφιγμένους φίλους
Κτανεῖν, βοράν τε δυσσεβῆ θέσθαι γνάθοις·
Οἳ τὸν σὸν, ὦ 'ναξ, πατέρ' ἔχειν νεῶν ἕδρας
Ἐῤῥυσάμεσθα γῆς ἐν Ἑλλάδος μυχοῖς.

Ulys. Illi ipsi, labore gravi exhausto.
Cyc. Turpis certe militia, qui propter unam
Mulierem navigâstis in terram Phrygum.
Ulys. Dei *fuit* hoc factum, neminem accuses mortalium.
Nos vero tibi, O marini dei generose fili,
Supplicamus et dicimus liberaliter,
Nolis ad antra tuos profectos amicos
Occidere, et cibum impium immittere genis:
Qui tuum, O rex, patrem templorum sedes habere
Posuimus in terræ Græcæ recessibus.

290. ναῶν. 291. Ἱδρυσάμεσθα.

qui τῷδε pro τοῦδε substituit, Duporto nequaquam, qui pro πολλῷ πέπονθα legit πέπονθα πολλὰ, cum hic esset ordo, ut sensus est, loci: Ψεύδεσθε, ἤγουν κατὰ τοῦ γέροντος, ὦ Σάτυροι· ἔγωγε γὰρ τῷδε, ἤγουν τούτῳ τῷ Σιληνῷ, πολλῷ, ἤγουν μᾶλλον, τοῦ Ῥαδαμάνθυος πέποιθα· καὶ γὰρ δικαιότερον αὐτὸν λέγω, δηλονότι Σιληνόν. De Rhadamantho autem, quamvis paucos illius nominis ignaros puto, ut etiam minimis opem feram, remitto eos ad Lexicon amici mei dudum defuncti, Nic. Lloydii; attexam vero insuper, quæ Brodæus ad manum nobis collegit: Theognis, v. 701. Οὐδ' εἰ σωφροσύνην μὲν ἔχοις Ῥαδαμάνθυος αὐτοῦ. Pindarus Pyth. Od. 2. Stroph. 4. Ὁ δὲ Ῥαδάμανθυς εὖ Πέπραγεν, ὅτι φρενῶν Ἔλαχε καρπὸν ἀμώμητον, οὐδ' ἀπάταισι θυμὸν τέρπεται ἔνδοθεν. Aristophanis Schol. Ῥαδάμανθυς δοκεῖ διαδεξάμενος τὴν βασιλείαν δικαιότατος γεγενῆσθαι πάντων ἀνθρώπων. Ob has igitur animi dotes Hom. Iliad. ξ'. v. 322. vocat ἀντίθεον Ῥαδάμανθυν. Frater autem erat Minois, filius Jovis ex Europa, ut Hom. ibidem. *Barnes.*

Reisk. τόνδε, et mox: πολλῷ πέποιθα καὶ λέγω δικαιότερον, *ego vero persuasa sum, et edico, hunc Silenum esse multo justiorem, quam ipse Rhadamanthus est;* defendi tamen vulgatum posse per ellipsin part. μᾶλλον monet. *Beck.*

280. s. οἳ μετήλθεθ' ἁρπαγὰς πόλιν;] Οἳ μετήλθετε τὰς ἁρπαγὰς Ἑλένης εἰς πόλιν Ἰλίου. ἄλλως· οἳ μετήλθετε τὴν πόλιν κ. λ. διὰ τὰς ἁρπαγὰς, ἢ ἕνεκα τῆς ἁρπαγᾶς. Σκάμανδρος ποταμὸς Τροίας περὶ οὗ Ὅμηρος· ὃν Ξάνθον καλέουσι θεοὶ, ἄνδρες δὲ Σκάμανδρον. *Barnes.*

Sensus est: *An illi estis, qui pœnas sumsistis ab urbe Ilii ob raptum Helenæ.* *Reisk.*

287. Ἱκετεύομέν τε, καὶ λέγομεν ἐλευθέρως,] Aliud utique est ἱκετεύειν, aliud ἐλευθέρως λέγειν, i. e. *ita loqui, ut liberum hominem decet.* *Musg.*

290. ναῶν ἕδρας] Male interpres: *tem-*

Ἱερός τ᾽ ἄθραυστος Ταινάρου μένει λιμὴν,
Μαλέας τ᾽ ἄκροι κευθμῶνες, ἥ τε Σουνίῳ
Δίας Ἀθάνας σῶς ὑπάργυρος πέτρα,
Γεραίστιοί τε καταφυγαὶ, τά θ᾽ Ἑλλάδος

Et inviolatus manet Tænari portus sacer,
Maleæque capaces latebræ, et Sunii
Diæ Minervæ sospes, argento scatens rupes,
Et Geræstea refugia, Græciæ vero

plorum sedes. Vertendum: *navium stationes*, quod sequentia docent, et v. 318. Nisi in scriptura potius vitium est, legendumque νεῶν pro ναῶν. *Musg.*

291. Ἱδρυσάμεσθα] Ita MSS. Steph., confirmatque, v. 318. Ed. Ald. εἰρυσάμεσθα. *Musg.*

Εἰρυσάμεσθα probat Reisk. *eripuimus te periculo amittendi templa a Trojanis, asseruimus tibi possessionem templorum.* *Beck.*

292. Ἱερός τ᾽] Ita MSS. Steph. nec dissentit MS. E. Ed. Ald. ἱερεύς τ᾽, ut etiam MS. G. a prima manu. Constructio est: ἱερός τε Ταινάρου λιμὴν ἄθραυστος μένει. *Sacer Tænari portus inviolatus manet.* ἄθραυστος, *sospes, integer*, dicitur etiam de rebus, in quæ *frangi* non cadit. Polybius: ἄθραυστοι καὶ ἀσινεῖς ἔχοντες τὴν ὠφέλειαν, p. 110. B. Ed. Casaub. Dio Cassius: ἄθραυστον καὶ ὁλόκληρον τὴν πόλιν καταλιπεῖν, p. 588. A. Ed. Rhodoman. Plutarchus in Themistocle: δύναμις ἄθραυστος, p. 207. Ed. H. Steph. Interpres Apollon. Rhod. in Lib. IV. Αἶαν φησὶν ἀπὸ τῶν Σεσογχώσιδος χρόνων μέχρις αὐτοῦ μένειν ἄθραυστον. De templo Neptuni asylo apud Tænarum vide Polyb. p. 567. A. Plut. Sympos.

Monendus est Lector, per parenthesin dicta esse omnia ab initio hujus versus usque ad vocem καταφυγαὶ, perperamque adeo plenam distinctionem post μυχοῖς collocari. *Musg.*

Ἱερός τ᾽ ἄθραυστος Ταινάρου μένει λιμὴν,] Tænarus Oppidi, Portus, et Promontorii Laconiæ nomen, vel, ut Apollonii Scholiast. ex Pherecyde: Ταίναρος, ἀφ᾽ οὗ Ταίναρον καλεῖται, ἡ πόλις, καὶ ἡ ἄκρα, καὶ ὁ λιμήν. Hic loci Neptuno præcipui honores decernebantur. Plutarch. in Symposiac. Ἐτύγχανε γὰρ εἰς Ταίναρον ἀπεσταλμένος ἐκ τινῶν χρησμῶν τῷ Ποσειδῶνι θυσίαν καὶ θεωρίαν ἀπάγων. Idem in Pompeio: Καὶ τὸ Ἰσθμοῖ, καὶ Ταινάρῳ, καὶ Καλαυρίᾳ, τοῦ Ποσειδῶνος. Unde Propertius: *Tænarius facili pressit amore Deus*, de Neptuno. Sic Pausanias: τούτων δὲ οὐ πόῤῥω τέμενος Ποσειδῶνος Ταιναρίου. Huc appulsus Arion Neptuni gratia a Delphino servatus dicitur. *Barnes.*

293. Μαλέας] Pausanias, p. 106. Lib. XX. Πλέοντι δ᾽ ἐκ Βοιῶν, τῶν ὑπὲρ τὴν ἄκραν τῆς Μαλέας, λίμνη (s. λιμὴν) ἐστὶν ὀνομαζόμενον Νύμβαιον (f. Νύμφαιον) καὶ Ποσειδῶνος ἄγαλμα ὀρθόν. ἄκροι quid hic faciat, minime equidem intelligo. Legendum forte: ὄχοι κευθμῶνες, ex Homero Odyss. ε΄. 404.

Οὐ γὰρ ἔσαν λιμένες νηῶν ὄχοι — —

Σουνίου] Legendum Σουνίῳ. vide Notam R. Bentleii ad Callimach. Lavacrum Palladis, v. 18. Neptunum ut intelligas Sunii cultum fuisse, Σουνιάρατον vocat Aristoph. Equit. v. 507. ubi Scholiastes: Σουνιάρατε δὲ, ᾧ ἐν τῷ Σουνίῳ ἀρῶνται καὶ εὔχονται. Ibidem Minervæ templum erat, teste Pausania in initio Atticorum; unde et discimus, Sunio contiguam fuisse celebrem illam Laurii argentifodinam, de qua Xenophon Libro περὶ πόρων. *Musg.*

Μαλέας] De Malea, cætera quidem Nos supra ad v. 18. Hic autem notandum, istud promontorium Laconiæ, ut et Tænarum, et plura alia promontoria, Neptuno sacrum, ut Sunium; et Maleæ templum pulchrum Neptuno constructum a Maleo, Argivorum rege, fertur, quod Maleaticum appellavit. *Barnes.*

239. s. ἥ τε Σουνίου δίας Ἀθάνας σῶς ὑπάργυρος πέτρα] De hac re ita Pausanias in ipso Atticæ principio: Τῆς ἠπείρου τῆς Ἑλληνικῆς κατὰ νήσους τὰς Κυκλάδας, καὶ πέλαγος τὸ Αἰγαῖον, ἄκρα Σούνιον πρόκειται γῆς τῆς Ἀττικῆς. Καὶ λιμήν τε παραπλεύσαντι τὴν ἄκραν ἐστὶ, καὶ Ναὸς Ἀθηνᾶς Σουνιάδος ἐπὶ κορυφῇ τῆς ἄκρας. Πλέοντι δὲ ἐς τὸ πρόσω

Δύσφορά γ' ὀνείδη Φρυξὶν οὐκ ἐδώκαμεν·
Ὧν καὶ σὺ κοινοῦ· γῆς γὰρ Ἑλλάδος μυχοὺς
Οἰκεῖς ὑπ' Αἴτνῃ, τῇ πυριστάκτῳ πέτρᾳ.
Νόμοις δὲ θνητοῖς ἐς λόγους ἀποστρέφου,

Ægre ferenda probra, Phrygibus non condonavimus.
Cujus gloriæ et tu sis particeps: Græciæ enim recessus
Habitas, sub Ætna ignifera rupe.
Moribus igitur humanis ad colloquium te converte,

299. ἀποστρέφῃ.

Λαύριόν τέ ἐστι, ἔνθα ποτὲ Ἀθηναίοις ἦν ἀργύρου μέταλλα. Hinc Thucydides: Καὶ τὰς τοῦ Λαυρίου τῶν ἀργυρείων μετάλλων προσόδους. Athenæus Deipnosoph. Lib. V. Καὶ ἀποστάντας φησὶν αὐτοὺς καταφονεῦσαι μὲν τοὺς ἐπὶ τῶν μετάλλων φύλακας, καταλαβέσθαι δὲ τὴν ἐπὶ Σουνίῳ ἀκρόπολιν. *Barnes.*

294. Δίας Ἀθάνας] Τῆς θείας, καὶ ἐκ Διὸς γεννηθείσης. Vid. ad Heraclid. v. 1031. *Barnes.*

295. Γεραίστιοι καταφυγαὶ,] Aristoph. Equit. v. 508. ὦ Γεραίστιε παῖ Κρόνου. ubi Scholiastes: Γέραιστος ἀκρωτήριον τῆς Εὐβοίας, τῇ μὲν Κρημνίτην ἔχων, τῇ δὲ Λέχαιον. ἱερὰ δέ εἰσι τοῦ Ποσειδῶνος. Inde Noster plurali numero καταφυγαί. Strabo, Lib. X. p. 446. ἔχει δὲ ἱερὸν Ποσειδῶνος, ἐπισημότατον τῶν ταύτῃ. Scholiastes Pindari: ἐν Εὐβοίᾳ Γεραιστία ὑπὸ πάντων Γεραιστίων ἄγεται τῷ Ποσειδῶνι. Hanc et præcedentem Notam Brodæo maximam partem debemus. vid. Etymol. M. v. Γέραιστος, iterumque v. Γέραστος. *Musg.*

Γεραίστιοί τε καταφυγαὶ,] Geræsti secessus ac receptus. Geræstum, Eubœæ promontorium, Neptuno sacrum, Strabo, Lib. X. fol. 446. de Geræsto: ἔχει δ' ἱερὸν Ποσειδῶνος ἐπισημότατον τῶν ταύτῃ. Pindari Scholiast. Ἐν Εὐβοίᾳ Γεραίστια ὑπὸ πάντων Γεραιστίων ἄγεται τῷ Ποσειδῶνι. Hinc Aristophanes, in Equitibus, fol. 221. Neptunum Γεραίστιον, ut et Σουνιάρατον, quia æque utrumque illi erat sacrum: Δεῦρ' ἔλθ' ἐς χορὸν, ὦ χρυσοτρίαιν', ὦ Δελφίνων μεδέων Σουνίαρατε, Ὦ Γεραίστιε παῖ Κρόνου. Scholiast. Σουνιάρατε δὲ, ᾧ ἐν τῷ Σουνίῳ ἀρῶνται καὶ εὔχονται· Σούνιον δὲ ἀκρωτήριον τῆς Ἀττικῆς. Γεραίστιε] Γεραιστὸς ἀκρωτήριον τῆς Εὐβοίας, τῇ μὲν Κρημνίτην ἔχων, τῇ δὲ Λέχαιον. Ἱερὰ δὲ εἰσι τοῦ Ποσειδῶνος. Inde in Avibus Σουνιέρακον per jocum finxit, fol. 402. *Barnes.*

296. Δύσφορά γ'] MS. G. δύσφρονά γ'.

οὐκ ἐδώκαμεν, *non condonavimus*, i. e. ulti sumus. Vel, si is usus verbi δίδωμι Græcis ignotus est, legi potest ἀντεδώκαμεν. Conf. Lucan. Phars. VI. v. 58. *dono* pro *condono* habet et Statius VII. 557. *abscedo et mea vulnera dono. Musg.*

οὐκ ἐδώκαμεν·] Οὐ συνεγνώκαμεν. Eam injuriam toti Græciæ illatam probe ulti sumus. *Barnes.*

297. κοινοῦ, i. e. κοινωνεῖς.] Vid. Ion. v. 608. *Musg.*

γῆς γὰρ Ἑλλάδος] Græci, ut docet Thucydides, Lib. VI. plerasque Colonias in Siciliam duxerunt, diu tamen post Cyclopum et Læstrygonum in ea imperium. Poëtis autem familiares hæ prolepses. *Brodæus.*

298. ὑπ' Αἴτνῃ τῇ πυριστάκτῳ πέτρᾳ.] Mirum est, Ætnæ incendia, quæ Pindari et Euripidis ætate adeo nota fuerint, ad nostra usque tempora durare, per ultra bis mille annos, nec adhuc, aut iis finem adfuturum, aut materiæ et ignis fomento vires deesse, spes est ulla, aut apparentia. De Vesuvio nota est fatalis Plinii curiositas; Ætnæ autem incendia optime descripsit primo Pindarus Pyth. Od. I. Stroph. 2. et ex eo Virgilius Æn. Lib. III. v. 370. Quos locos inter se comparatos plene exhibet Macrobius Saturn. Lib. V. c. 17. *Barnes.*

Vario modo critici versum tentarunt, ut longius esset et a voluntate alienum, eorum sive interpretationes sive conjecturas laudare, quas cel Hoepfnerus ea, qua par est, cura recensuit. Equidem jam olim adcurate animadvertisse videor, nævum non in v. ἀποστρέφου, sed in v. v. ἰὺ

Ἱκέτας δέχεσθαι ποντίους ἐφθαρμένους,
Ξένιά τε δοῦναι καὶ πέπλοις ἐπαρκέσαι,
Οὐκ ἀμφὶ βουπόροισι πηχθέντας μέλη
Ὀβελοῖσι, νηδὺν καὶ γνάθον πλῆσαι σέθεν.
Ἅλις δὲ Πριάμου γαῖ' ἐχήρωσ' Ἑλλάδα,
Πολλῶν νεκρῶν πιοῦσα δορυπετῆ φόνον,
Ἀλόχους τ' ἀνάνδρους γραῦς τ' ἄπαιδας ὤλεσεν

Supplices in mari perditos recipere,
Et munera dare hospitalia, et vestibus adjuvare,
Non ut boves transfigentibus affixi membra
Verubus, ventrem et maxillas tuas impleant.
Satis enim Priami terra viduavit Græciam,
Multorum mortuorum factam hasta cædem bibens:
Conjugesque viris, et anus liberis orbatas perdidit,

λόγους potius hærere, quapropter emendationem, quam in comment. prima in Æschyl. Agamemnonem, pag. 31. proposueram, εὖ λόγους ἀποστρέφου repetere et textui inserere non gravatus sum. Verte: *Jure meritoque instituta mortalium respice.* *Goes.*

299. ἀποστρέφῃ;] Ita Ed. Ald., quod temere editores, MSS. Steph. secuti, in ἀποστρέφου mutarunt. Eleganter emendat Reiskius εἰ λόγους ἐπιστρέφῃ, *si ullam argumentorum rationem habes.* Verum neque hoc sufficit. Legendum enim:

νόμος δὲ θνητοῖς, εἰ λόγους ἐπιστρέφῃ —

Inter mortales autem institutum est, modo tu ullam argumentorum rationem habeas. *Musg.*

Νόμοις δὲ θνητοῖς εἰς λόγους ἀποστρέφου;] Scaliger legit Νομίμους δὲ θνητοῖς εἰς λόφους ἀποστρέφου, legendum λόγους, (quanquam et Canteri editio per incuriam legat λόφους) et Νόμους δὲ θνητῶν εἰς σοφοὺς ἀποστρέφου, quarum prior lectio sanior; si modo etiam cum Duporto legamus ἐπιστρέφου. *Barnes.*

Heath. lectionem Stephani tuetur, et vertit: *Juxta leges vero mortalium mens tua convertatur, ut digneris supplices, mala in mari passos, ad colloquia tua admittere.* *Beck.*

300. δέχεσθαι] Scil. σὲ χρή. *Reisk.*
305. πιοῦσα] Ita Ed. Ald. Recentiores, gravi errore, ποιοῦσα. *Musg.*

308. πικρὰν,] Malim λίχναν, *epulas*, vel *dapes gulosas.* *Musg.*

311. s. πολλοῖσι γὰρ Κέρδη πονηρὰ ζημίαν ἠμείψατο.] Huc refer proverbium: *Mala Lucra æqualia damnis.* Et illud Hesiodeum Op. Lib. I. v. 350. Μὴ κακὰ κερδαίνειν· κακὰ κέρδεα ἶσ' ἄτησιν. Item illud Theogn. v. 466. Μηδέ σε νικάτω κέρδος, ὅτ' αἰσχρὸν ἔοι. Paulo aliter Apostolus utitur hujusmodi phrasi, Act. XXVII. v. 21. Κερδῆσαι τὴν ὕβριν ταύτην καὶ τὴν ζημίαν. hoc est *effugisse*, nec cum damno gustasse. *Barnes.*

313. Παραίνεσαι σοι βούλομαι· τῶν μὲν κρεῶν
μηδὲν λίπῃς τοῦδ'· ἢν τε τὴν γλῶσσαν ΔΑΚΗΙΣ
κομψὸς γενήσῃ καὶ λαλίστατος, Κύκλωψ.

verba sunt Sileni scurram et parasitum agentis. Latinus interpres: *si linguam ejus comederis.* Hoc autem non δάκνειν est sed φάγειν. Neque dubito, quin scribendum sit:

ἢν δὲ τὴν γλῶσσαν ΦΑΓΗΙΣ.

Proxima, doctissimorum virorum judicio, multo corruptiora sunt. Inhumanus enim ille Cyclops, ἄγριος οὔτε δίκας εὖ εἰδὼς οὔτε θεμίστας, se neque supplicum neque Jovis hospitalis curam habere, impie profatur. Audi, inquit, quam parvi hunc Jovem pendam:

ὅταν ἄνωθεν ὄμβρον ἐκχέῃ
ἐν τῇδε πέτρᾳ στέγν' ἔχων σκηνώματα

Πολιούς τε πατέρας. εἰ δὲ τοὺς λελειμμένους
Σὺ συμπυρώσας δαῖτ' ἀναλώσεις πικρὰν,
Ποῖ τρέψεταί τις; ἀλλ' ἐμοὶ πιθοῦ, Κύκλωψ,
Πάρες τὸ μάργον σῆς γνάθου, τὸ δ' εὐσεβὲς
Τῆς δυσσεβείας ἀνθελοῦ· πολλοῖσι γὰρ
Κέρδη πονηρὰ ζημίαν ἠμείψατο.
ΣΙΛ. Παραινέσαι σοι βούλομαι· τῶν μὲν κρεῶν

Canosque patres: si vero reliquos
Tu igni comburens epulas gulosas absumes,
Quo se convertet aliquis? Sed mihi pare, Cyclops,
Omitte aviditatem tuæ maxillæ, et pietatem
Impietati præfer. Multis enim
Mala lucra damnum attulerunt.
Sil. Consulere tibi volo, de carnibus quidem

ἢ μόσχον ὀπτὸν ἤ τι θήρειον δάκος
δαινύμενος ΈΝ ΣΤΕΓΟΝΤΙ γαστέρ' ὑπτίαν.
Ἐπεκπιὼν γάλακτος ἀμφορέα, ΠΕΠΛΟΝ
κρούω, Διὸς βρονταῖσιν εἰς ἔριν κτυπῶν.

Colorem duxit Euripides ex Odyss. Lib. IX. 296.

αὐτὰρ ἐπεὶ Κύκλωψ μεγάλην ἘΜΠΛΗΣΑΤΟ νηδὺν
ἀνδρόμεα κρέα ἔδων, καὶ ἐπ' ἄκρητον γάλα πίνων
κεῖτ' ἔντοσθ' ἄντροιο τανυσσάμενος διὰ μήλων.

Qui locus nobis ad veram lectionem restituendam haud parum profuit. Musgravius conjecit: Δαινύμενος, εὖ στεγόντι γαστέρ' ἐψίαν. *ventri bene capienti ludibrium.* quod ut doctum ita nimis longe quæsitum est. Melius placet, quod proximo versu emendavit: εἶτ' ἐκπιών. Denique hæremus in verbis πέπλον κρόυω, quæ, quocunque tandem modo explicaveris, difficultatem relinquent. Rem confecisse sibi videbatur Heathius comparato Catulli Carm. XXXII. 10.

> *Nam pransus jaceo et satur* supinus
> Pertundo tunicamque *palliumque.*

Sed non animadvertit hunc sensum parum convenire proximis verbis διὸς βρονταῖσιν εἰς ἔριν κτυπῶν. Equidem totum hunc locum sic refingam:

Ἢ μόσχον ὀπτὸν ἤ τι θήρειον δάκος
δαινύμενος ἘΥ ΣΤΕΝΩΝ ΤΕ γαστέρ' ὑπτίαν
εἶτ' ἐκπιὼν γάλακτος ἀμφορέα, ΒΔΕΛΟΝ
κρόυω, Διὸς βρονταῖσιν εἰς ἔριν κτυπῶν.

Cyclops γαστέρα στένων, *ventrem implens carnibus* est Homericus ille qui

μεγάλην ἐμπλήσατο νηδύν.

quem locum expressit Alcæus Messenius. Epigr. XIV. Vol. I. p. 489.

Πίομαι, ὦ Ληναῖε, πολὺ πλέον ἤ πὲ Κύκλωψ
νηδὺν ἀνδρομέων πλησάμενος κρεάων.

Confirmatur conjectura nostra alio Homeri loco Ιλ. Π. 156. Lupi

οἵτ' ἔλαφον κεραὸν μέγαν οὔρεσι δηώσαντες
δάπτουσιν· πᾶσιν δὲ παρήϊον αἵματι φοινὸν,
καὶ τ' ἀγεληδὸν ἴασιν ἀπὸ κρήνης μελανύδρου
λάψοντες γλώσσῃσιν ἀραιῇσιν μέλαν ὕδωρ
ἄκρον, ἐρευγόμενοι φόνον αἵματος· ἐν δέ γε θυμὸς
στήθεσιν ἄτρομός ἐστι, ΠΕΡΙΣΤΕΝΕΤΑΙ δέ τε ΓΑΣΤΗΡ.

Ad βδέλον κρούω, quod verbum Cyclopis rusticitati optime convenit, confer Aristophan. Nub. 384. ubi Socrates Strepsiadi cœli fragorem, unde oriatur, explicat:

ἀπὸ σαυτοῦ 'γώ σε διδάξω.
ἤδη ζωμοῦ Παναθηναίοις ἐμπλησθεὶς, εἶτ' ἐταράχθης
τὴν γαστέρα καὶ κλόνος ἐξαίφνης αὐτὴν διεκορκορύγησεν.

Jacobs.

Μηδὲν λίπῃς τοῦδ'· ἤν τε τὴν γλῶσσαν δάκῃς,
Κομψὸς γενήσει καὶ λαλίστατος, Κύκλωψ.
ΚΥ. Ὁ πλοῦτος, ἀνθρωπίσκε, τοῖς σοφοῖς θεός·
Τὰ δ' ἄλλα κόμποι καὶ λόγων εὐμορφίαι.
Ἄκρας δ' ἐναλίας, ἃς καθίδρυται πατὴρ,
Χαίρειν κελεύω· τί τάδε προὐστήσω λόγῳ;
Ζηνὸς δ' ἐγὼ κεραυνὸν οὐ φρίσσω, ξένε.
Οὐδ' οἶδ', ὅ τι Ζεὺς ἔστ' ἐμοῦ κρείσσων θεός.
Οὔ μοι μέλει τὸ λοιπόν. ὡς δ' οὔ μοι μέλει,
Ἄκουσον· ὅταν ἄνωθεν ὄμβρον ἐκχέῃ,

Nihil relinquas hujus, et si linguam ejus comederis,
Elegans fies, et loquacissimus, Cyclops.
Cyc. Divitiæ, homuncio, prudentibus deus *sunt* :
Reliqua vero *sunt* jactantia, et verba splendida.
Arces vero marinas, quas consecratas habet pater,
Valere jubeo. Quid hæc proposuisti *tuis* verbis?
Jovis autem ego fulmen non metuo, hospes,
Nec scio quod Jupiter sit me potentior deus.
Brevi non curo. Quomodo autem *cum* non curem,
Audi. Quando deorsum mittit pluviam,

321. ὅτι Z.

314. Reisk. μηδὲν λίπος τοῦδ', εἰ δὲ τὴν — *reliquæ hujus viri carnes macræ sunt,* et parum sapidæ : *at si linguam gustes.* *Beck.*

316. ἀνθρωπίσκε,] Ὑποκοριστικὸν Ἀνθρωπίσκος, ἀντὶ ἄνθρωπος. Diminutiva autem fiunt vel assentandi et blandiendi causa, ut amatores facere solent: sic ψυχάριον et ψυχίδιον Græcis, et illud Latinis Adriani: Animula, vagula, blandula, &c. vel ironiæ, ut supra v. 265. Silenus immane monstrum, Cyclopem, alloquitur: Ὦ κάλλιστον ὦ Κυκλώπιον, Ὦ Δεσποτίσκε; vel denique extenuandi et contemtus gratia, ut hoc in loco Barbarus Cyclops, suis viribus fretus, Ulyssem homuncionem despiciens vocat. Dicitur etiam ἀνθρώπιον et ἀνδρίον Theocrito alicubi. *Barnes.*

319. προὐστήσω] *Prætendisti, proposuisti. Musg.*

προὐστήσω] Προεστήσω, a προΐστημι. *Barnes.*

321. ὅ, τι] Legit Markl. ad Suppl. 528. i. e. καθ' ὅ, τι, *qua in re.* *Beck.*

324. ἔχων, aut v. sequ. ἢ μόσχον leg. *ubi vitulum.* *Reisk.*

325. Ἢ μόσχον ὀπτὸν,] Lego: οὗ μόσχον, *ubi vitulam.* *Musg.*

325. s. Ἢ μόσχον ὀπτὸν ἤ τι θήρειον δάκος
Δαινύμενος ἐν στέγοντι γαστέρ' ὑπτίαν.

Olim conjeceram ἐκτείνων τε γ. ὑ. supinum ventrem distendens farciensque. Quod hodie damno et omnium facillimum εὖ στένων τε, quod idem significat, cupide arripio. *Faehse.*

326. Versum, ut nunc legitur, sensu cassum, sic emendandum censeo:

Δαινύμενος, εὖ στέγοντι γαστέρ' ἐψίαν.

Cœnans, ventri bene capienti ludibrium. στέγοντι pro στεγούσῃ. Sic Nicander ψολόεντος ἐχίδνης, Theriac. v. 129. et καταψυχθέντος ἀκάνθης, ibid. v. 329. ἐψία, *ludibrium.* Idem Nicander Theriac. v. 880.

σπέρμ' ὀλοὸν κνίδης, ἥ θ' ἐψίη ἔπλετο κούροις.

Musg.

Ἐν τῇδε πέτρᾳ στέγν᾽ ἔχω σκηνώματα,
Ἢ μόσχον ὀπτὸν, ἤ τι θήρειον δάκος
Δαινύμενος εὖ τέγγων τε γαστέρ᾽ ὑπτίαν,
Ἐπεκπιὼν γάλακτος ἀμφορέα, πέπλον
Κρούω, Διὸς βρονταῖσιν εἰς ἔριν κτυπῶν.
Ὅταν δὲ Βορέας χιόνα Θρῄκιος χέῃ,
Δοραῖσι θηρῶν σῶμα περιβαλὼν ἐμὸν
Καὶ πῦρ ἀναίθων, χιόνος οὐδέν μοι μέλει.
Ἡ γῆ δ᾽ ἀνάγκῃ, κἂν θέλῃ, κἂν μὴ θέλῃ,
Τίκτουσα ποίαν τἀμὰ πιαίνει βοτά.

In hoc antro habitaculum habeo solidum et opertum,
Ubi vitulum assatum, aut aliquam feram bestiam
Epulans, bene rigans ventrem supinum,
Dum ebibo lactis amphoram, pallium
Pulso, cum Jovis tonitruis strepitu contendens.
Quando vero Boreas Thracius nivem fundit,
Pellibus ferarum corpus circundans meum,
Et ignem accendens, nivem nihil curo.
Terra vero necessario, sive velit, sive nolit,
Pariens herbam, pinguefacit pecudes meas,

326. ἐν στέγοντι γ.

ἐν στέγοντι] Subaudi ἄντρῳ, τὸ στέγον pro στέγος τό. Vid. quæ Nos ad Iphig. Taur. v. 328. Scaliger acute legit, εὖ στέγων τε. *Barnes.*

Reisk. legit: εὖ τέγγων τε γαστέρ᾽, *et bene rigans supinum ventrem, dum ebibo dolium lactis.* *Beck.*

327. Ἐπεκπιὼν] Legendum, ut vitetur asyndeton, εἶτ᾽ ἐκπιὼν.

327. s. πέπλον Κρούω,] Hoc quid sit, nondum intelligere potui; unde legendum arbitror: πέδον κρούω, *terram* pedibus *pulso*, i. e. salto, tripudio.

Legendum forte χέλυν Κρούω. Simonides in Anacreontem: κρούσι τὴν φιλόπαιδα χέλυν, Anthol. p. 276. Nec mirum videri debet, Polyphemum ab Euripide κιθαρίζοντα fingi, quod a Philoxeno quoque factum esse scribit Scholiastes Aristoph. in Plut. 290. Quin et talis quoque a Luciano depingitur in Dialog. Marin. *Musg.*

πέπλον Κρούω,] Vid. Erasmum in Adagio, *Oppedere*, et quid Joh. Brodæus ad hunc locum; et hoc est, quod Cyclops vocat, cum Jovis fulmine pedendo contendere: Διὸς βρονταῖσιν εἰς ἔριν κτυπῶν. *Barnes.*

Cum præcedat γαστέρ᾽ ὑπτίαν, non πέπλον κρούω, h. l. *peditum* significat, sed optime res explicatur versibus Catull. 32, 10. s.

Nam pransus jaceo, et satur supinus
Pertundo tunicamque palliumque.

Heath.

329. Ὅταν δὲ Βορέας χιόνα Θρῄκιος χέῃ,] Ita recte Aldina. Vulgo Θρηΐκος. *Por.*

331. ἀναίθων,—οὐδέν μοι μέλει.] De hac syntaxeos mutatione vid. ad Iph. Taur. v. 696. *Musg.*

Καὶ πῦρ ἀναίθων,] Insignis hic syntaxeos Ἐναλλαγὴ, ἐγὼ περιβαλὼν καὶ πῦρ ἀναίθων, οὔ μοι μέλει. Sed de hac re Nos ad Iphigen. Taur. v. 696. Bacch. v. 1287. et alias sæpe. *Barnes.*

332. Apud Plutarch. de Defect. Orac. II. 529.* *Burn.*

Ἃ 'γὼ οὔ τινι θύω, πλὴν ἐμοὶ, θεοῖσι δ' οὒ,
Καὶ τῇ μεγίστῃ γαστρὶ τῇδε δαιμόνων·
Ὡς τοὐμπιεῖν γε καὶ φαγεῖν τοὐφ' ἡμέραν,
Ζεὺς οὗτος ἀνθρώποισι τοῖσι σώφροσιν,
Λυπεῖν δὲ μηδὲν αὑτόν· οἳ δὲ τοὺς νόμους
Ἔθεντο, ποικίλλοντες ἀνθρώπων βίον,
Κλάειν ἄνωγα· τὴν δ' ἐμὴν ψυχὴν ἐγὼ
Οὐ παύσομαι δρῶν εὖ, κατεσθίων τέ σε.

Quas ego cui macto præterquam mihi, non *autem* diis,
Et ventri huic, qui maximus est deorum?
Quia comedere, et bibere quotidie,
Id vero Jupiter est hominibus sapientibus,
Et nihil se angere: qui vero leges
Posuerunt, hominum vitam comptam reddentes,
Plorare jubeo: meæ vitæ ego
Non desinam benefaciens, edensque te.

336. *τοῦ πιεῖν γε.*

333. Τίκτουσα ποίαν] Τίκτουσα, Plut. II. p. 435. B. φύουσα, Athenag. Leg. p. 103. Valcken. Phœn. 34. *Por.*

Τίκτουσα] Citans hunc versum Athenagoras, §. 22. p. 103. φύουσα legit. *Musg.*

334. Ἃ 'γὼ οὔτινι θύω,] Ed. Ald. ἃ ἐγὼ οὐ τίνι θύω. Barnesius οὐ delet, non sine sententiæ detrimento. *Musg.*

334. s. Ἃ 'γὼ τίνι θύω, πλὴν ἐμοὶ, θεοῖσι δ' οὔ, Καὶ τῇ μεγίστῃ γαστρὶ τῇδε δαιμόνων·] Ita scribo et pungo, tantum præfando, quod, θεοῖσι δ' οὔ, παρενθετικῶς interseritur, ut in Latina versione distinguitur; Græcis autem nota illa in usu non erat apud Veteres, licet res ipsa satis familiaris. Aperte itaque nec ullibi nobis in hac editione usurpata, nisi forsitan semel, aut bis, diligentiam nostram hæc res effugerit. Quare tollendum οὐ sentio, quod prius ante τίνι positum, versui nocebat, nec sensui æque commodum fuit; Quæstio enim hic satius erat ponenda. *Barnes.*

Etiam Reisk. οὐ restituit, ἃ accipit pro δι' ἃ, *quapropter*. *Beck.*

336. Ὡς τοῦ πιεῖν γε] Legendum ὡς τοὐμπιεῖν γε. Epicharmus apud Athenæum, p. 236. A.

— πολλὰ καταφαγὼν, πολλ' ἐμπιών.

vid. et Aristoph. Pace, v. 1143. et 1156. *Musg.*

Ὡς τοῦ πιεῖν γε, etc.] Æmil. Portus ἀνακολουθίαν notat hujus loci: nam videtur legendum τὸ πιεῖν, etc. Ζεὺς οὗτός ἐστι, etc. Casaub. et Scalig. legunt τό, τε πιεῖν, etc. Τοὐφ' ἡμέραν] Τὸ ἐφ' ἡμέραν, hoc est, καθημέραν. Hæc autem est clausulæ distributio, et totius sententiæ mens: Ταῦτα μὲν, ἤγουν βρώσιμα, τίνι ἐγὼ θύσω, οὐ γὰρ ἂν θεοῖς ποτε τλήσαιμι θύειν, ἄθεος ὢν, εἰ μὴ ἐμοὶ αὐτῷ, καὶ ταύτῃ τῇ γαστρὶ, ἐμῇ δηλονότι, μεγίστῃ τῶν θεῶν οὔσῃ; Οὕτως μὲν τὸ ἐφ' ἡμέραν πιεῖν τε καὶ φαγεῖν, τοῦτό ἐστι Ζεὺς καὶ θεὸς, τοῖς σοφοῖς, καὶ δὴ καὶ τὸ μηδὲν ἑαυτὸν λυπεῖν τινα, δεισιδαιμονοῦντα δηλονότι, καὶ τὰ μέλλοντα ὑποπτεύοντα. *Barnes.*

Heath. corrigit: ὡς τοὐκπιεῖν γε. *Quippe ebibere quidem atque edere, quod quisque postulat dies;* ferri tamen etiam posse Ὡς τό τε πιεῖν.

Reisk. scribit: ὡς τοὐμπιεῖν τε κἀμφαγεῖν (i. e. καὶ ἐμφαγεῖν.) *Beck.*

Lectionem hujus versus vulgatam eamque veram ὡς τό πιεῖν restitui, pro qua Musgravius legendum esse ὡς τοὐμπιεῖν monet, quamque Heathius corrigit ὡς τοὐκπιεῖν. Namque non modo verbum simplex præstat, sed metrum etiam sanum

Ξένιά τε λήψει τοιάδ', ὡς ἄμεμπτος ὦ,
Πῦρ καὶ πατρῷον τόνδε λέβητά γ', ὃς ζέσας
Σὴν σάρκα δυσφόρητον ἀμφέξει καλῶς.
Ἀλλ' ἕρπετ' εἴσω, τῷ κατ' αὔλιον θεῷ
Ἵν' ἀμφὶ βωμὸν στάντες εὐωχῆτέ με.
ΟΔ. Αἲ, αἴ· πόνους μὲν Τρωϊκοὺς ὑπεξέδυν
Θαλασσίους τε· νῦν δ' ἐς ἀνδρὸς ἀνοσίου
Γνώμην κατέσχον ἀλίμενόν τε καρδίαν.

Xeniaque accipies hæc, ut irreprehensus sim,
Ignem, et patrium quendam lebetem, qui fervens
Tuam carnem pannosam pulchre teget.
Quamobrem serpite intro, deo in antro
Ut stantes circa aram, me lautis epulis excipiatis.
Ulys. Heu, heu ! labores quidem Trojanos effugi,
Et marinos : nunc vero ad hominis impii
Animum appuli, et importuosum cor.

est, siquidem, quod utrumque fugit, ultima pedis iambei syllaba, quamvis sit natura brevis, a tragicis passim producitur, quoties cum illa finiatur verbum. Vid. exempla, quæ Wakefieldus in Silv. Crit. Part. prim. p. 81. laudavit, qui lib. I. Part. 1. pag. 94. eandem sententiam protulit, nec non Lucian. de Parasito 7 allegavit, quocum Plautus Pseudol. 5. 1. 10. conferendus est. *Goes.*

340. τὴν δ' ἐμὴν] Ita δ' interserendum omnino statuo. *Barnes.*

343. τόνδε λέβητά γ',] Ita Ed. Ald. Barnesius recte judicat, hoc δεικτικῶς dici non posse, dum extra antrum versarentur, adeoque τὸν legit pro τόνδε. Mihi magis placet:

πῦρ καὶ πατρῷόν τινα λέβητά γ' —

πατρῷον vocat, tanquam ad pretium muneris augendum. Sic Menelaus Odyss. IV. poculum suum, ut opus Vulcani, Regis vero Sidonii donum, Telemacho commendat. *Musg.*

Πατρῷον τὸν λέβητα] Ita lego pro τόνδε λέβητα, non modo versus causa, sed quod τόνδε, pro τοῦτον, quum sit ἀποδεικτικὸν. nondum autem intra antrum erant, ubi lebes iste fuerit, satis erat dicere πατρῷον τὸν λέβητα, nequaquam autem τόνδε, vel τοῦτον, dicendum. *Barnes.*

344. δυσφόρητον] Si verbum φαρόω ullibi vestiendi sensu occurreret, legendum hic statuerem δυσφάρωτον, *male vestitam.* Tale aliquid locum postulare, ostendit verbum ἀμφέξει. Petierat sc. Ulysses vestimentorum subsidia, v. 301. Respondet sarcastice Cyclops, lebetem ipsi vestimentorum loco fore. *Musg.*

δυσφόρητον] Scaliger legit διαφόρητον, sed minus, ut puto, recte : δυσφόρητον enim pinguem notat, et Hesychius per δυσβάστακτον explicat, ad hunc certe ipsum locum respiciens. *Barnes.*

δυσφόρητον interpretor *delicatulam* carnem, mutationum et injuriarum aëris molestiarumque itineris ægerrime tolerantem, iisque facillime afficiendam. *Reisk.*

Pro ἀμφέξει Heath. mavult ἀμφέψει, *carnem tuam concoctu difficilem pulchre conficiet. Heath.*

345. τῷ κατ' αὔλιον θεῷ] Vide supra v. 337. *Musg.*

τῷ κατ' αὔλιον θεῷ] Vid. supra ad v. 337. Ita hic stolidissimus gigas, Divum contemtor, deum nullum agnoscit, se excepto et ventre suo; Dei autem vim vindicis in se mox sentiet, probe oculo mactatus ab Ulysse. *Barnes.*

346. ἀμφὶ βωμὸν] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. ἀμφὶ κῶμον, quod sensu omnino caret. Lectionem hic receptam confirmat Iph. in Taur. v. 706. Confer etiam Iphig. in Aul. v. 676. Electr. v. 792.

Ὦ Παλλὰς, ὦ δέσποινα διογενὲς θεὰ,
Νῦν, νῦν ἄρηξον· κρείσσονας γὰρ Ἰλίου
Πόνους ἀφῖγμαι κἀπὶ κινδύνου βάθρα.
Σύ τ᾽, ὦ φαεννῶν ἀστέρων οἰκῶν ἕδρας,
Ζεῦ Ξένι᾽, ὅρα τάδ᾽· εἰ γὰρ αὐτὰ μὴ βλέπεις,
Ἄλλως νομίζει, Ζεῦ, τὸ μηδὲν ὢν, θεός.
ΧΟ. Εὐρείας φάρυγγος, ὦ Κύκλωψ,
Ἀναστόμου τὸ χεῖλος· ὡς ἕτοιμά σοι

O Pallas, O domina Jove genita Dea,
Nunc, nunc opitulare: *ad* majores enim quam Ilio
Labores veni, et in periculi gurgitem.
Et tu, lucidarum stellarum qui habitas sedem,
O Jupiter Hospitalis, vide hæc. Si enim hæc non vides,
Frustra putaris, Jupiter, cum nihili sis, Deus.
Cho. Amplarum faucium, O Cyclops,
Aperi labra, quia parata *sunt* tibi

353. φαεινῶν.

Notat H. Stephanus, marginem unius MS. dedisse etiam θῶμον. *Musg.*

Ἀμφὶ κῶμον] In Vet. Cod. inquit Henricus Stephanus, βωμὸν, et in margine unius θωμὸν etiam. At mihi κῶμον non displicet. *Barnes.*

349. κατέσχον] Recte Interpres: *appuli.* Proprius enim vocis usus est, cum quis e mari terræ appellit, ut Heraclid. v. 84. *Musg.*

Γνώμην] Leg. Ὠμήν. *Reisk.*

351. κρείσσονας] Vid. Hecub. v. 656. Sophocl. Œd. Tyr. v. 1387. *Musg.*

352. κινδύνου βάθρα.] Legendum, ni fallor, κινδύνου βάθη, *periculi abyssum.* Sic κακῶν βάθος, Æschyl. Pers. v. 714. Ταρτάρου βάθη, Prometh. v. 1028. Pindarus Pyth. IV. Epod. 9. κίνδυνον βαθύν. *Musg.*

354. Ζεῦ Ξένι᾽, ὅρα τάδ᾽.] *Jupiter Hospitalis, hæc adspice.* Sic ad mentem Canteri distinguendum. Vulgo: Ζεῦ, ξένι᾽ ὅρα τάδ᾽, *Jupiter, xenia hæc vide.* *Musg.*

Ζεῦ Ξένι᾽ ὅρα τάδ᾽.] Vel. Ὦ Ζεῦ ξένιε, σὺ ὅρα ταῦτα, vel Ὦ Ζεῦ, σὺ ὅρα ξένια ταῦτα. *Barnes.*

358. Lego divisim: καὶ ἀνθρακιᾶς ἀπὸ χναύειν.] *Et de prunis calidis tollentem statim devorare.* Scaligero placebat κατ᾽ ἀνθρακιὰς, quod asyndeton efficit. Sed nec bene hic convenit præpositio κατά. *Musg.*

Ἑφθὰ] Euripidis hunc locum oppugnat Servius in Virgil. Æneid. Lib. I. v. 216. *Pars in frusta secant, verubusque trementia figunt:* Heroicis, inquit, temporibus non vescebantur elixis. Lapsus est igitur Ovidius Metam. Lib. I. hoc versu: *Atque in semineces partim ferventibus artus mollit aquis.* Idem autem Servius ad versum Virgil. proxime sequentem debuit attendere, v. 217. *Littore ahena locant alii.* Et sane Athenæus nobis potius audiendus, cujus hæc sunt verba Deipnosoph. Lib. I. Ὅτι δὲ καὶ ἑφθοῖς ἐχρῶντο κρέασιν, ἐμφανίζει (Ὅμηρος) ἐν οἷς λέγει· Ὡς δὲ λέβης ζεῖ, κνίσσῃ μελδόμενος ἁπαλοτρεφέος σιάλοιο. Καὶ ὁ κατ᾽ Ὀδυσσέως ἀφεθεὶς ποὺς βοὸς τοῦτο σημαίνει· πόδα γὰρ βόειον οὐδεὶς ὀπτᾷ. Hunc locum fere totum nobis exhibuit Joh. Brodæus. *Barnes.*

ἀποχναύειν] Vid. Isaac. Casaubon. Lib. I. de Satyrica Poësi, c. ult. ubi recte Canteri conjecturam refellit, qui ἀποκναύειν, vel ἀποκναίειν, legendum voluit, cum hoc verbum magis huic loco sit aptum. Idem recte βρύκειν retinendum statuit, in versu sequenti, Canterique βρύχειν ad leones rejicit. *Barnes.*

Sic, ut Musgr. restituerat jam Toup. in Suid. III. p. 222. *Beck.*

359. Βρύκειν,] Ita Barnesius, auctore

Ἑφθὰ καὶ ὀπτὰ καὶ ἀνθρακιᾶς ἄπο χναύειν,
Βρύκειν, κρεωκοπεῖν μέλη ξένων,
Δασυμάλλῳ ἐν αἰγίδι καινόμενα.
Μή μοι, μὴ προδίδου·
Μόνος μόνῳ κόμιζε πορθμίδος σκάφος.
Χαιρέτω μὲν αὖλις ἥδε,
Χαιρέτω δὲ θυμάτων
Ἀποβώμιος ἂν ἔχει θυσίαν

Elixa, et assa, et ex prunis detracta mandere,
Comedere, concidere dentibus membra hospitum
In hirsuta pelle hircina dissecta.
Ne quæso, ne dimitte:
Solus *tu* soli navis scapham instrue.
Valeat quidem hæc aula,
Valeat etiam Thyadum
Ab aris amovendum, quod habet sacrificium

358. *ἀποχναύειν*

Casaubono, pro *βρύχειν*, quibus merito accedit Piersonus ad Mœrid. p. 99. vid. Hesychium. *Musg.*

Βρύκειν] Hesych. *λαύρως ἐσθίειν.* Vid. notam immediate præcedentem. *Barnes.*

360. *αἰγίδι*, *pelle caprina.* Pollux. Lib. V. sect. 16. *ἡ δὲ τῆς ἐλάφου, νεβρὶς, ὡς τῆς αἰγὸς, αἰγίς.* Non dissimilem pellis ovinæ usum fuisse docet, Pollux Lib. X. sect. 181. *τοῖς δὲ στρατιώταις καὶ ἀντὶ μάκτρας ὑπουργεῖ.* Hinc Hesychius: *μακτὴρ,—διφθέρα.* Scotis quoque, dum in castris agerent, cibos in pellibus crudis coquere mos erat: quod docet Barnesius, et ante eum Buchananus, Rerum Scoticarum, Lib. VIII. ad annum 1327. Carnes in ventriculis Boum coctas memorat Herodotus IV. 61. ne nimis miremur idem in pellibus factum. *Musg.*

ἐν αἰγίδι καινόμενα.] Barbarorum mos erat, pro aheneis lebetibus, pelliceis super ignem extensis uti, de qua re nos exemplum a Scotorum gente protulimus satis memorabile, Anglicæ nostræ Historiæ R. Edwardi Tertii, Lib. I. c. i. §. 7. fol. 16. *Barnes.*

Leg. *κλινομένῳ*, *tibi reclinato, recumbenti in hirsuta pelle caprilla.* *Reisk.*

Pellem caprinam vices patinæ s. lancis ad carnes mensæ apponendas præstitisse puto, quod indicat vox *καινομένα*, *in frusta dissecta*, non vero lebetis ad eas elixandas igni superimpositi, cui rei pellicea parum idonea erant. Et v. 391. lebes diserte *χάλκεος* dicitur. *Heath.*

361. *μὴ προδίδου*, *ne omitte*, i. e. has dapes, hanc prædam. *Musg.*

Superiora Silenis tribuo, et a v. 361. sequentia juvenibus Satyris tribuo, quibus displicuisse patrum mores e v. 269. constat. Præterea leg. *μή με, μὴ προδίδου.* *Beck.*

Ab emendatione, quam dudum margini adposueram, recedere non possum. Pro *σκάφος* lego *σκάφει*, ut conjungatur cum v. *μόνῳ*, et interpretor verba: *noli mihi, noli aliquid tribuere, solus soli ventri navis*, i. e. ventri tuo, navis ventri simili, *infer.* v. *κομίζειν*, teste Hesychio, idem est, ac *βαστάζειν*, *ἐπιφέρειν*, vid. Trill. Observ. Critic. p. 144. Apte hic, et vers. 501. Cyclopis venter, cum navis ventre comparatur, cujus rei exempla apud Romanos quoque exstare notum est. Vid. commentationis meæ in Æschyleum Agam. Part. Tert. pag. 18. *Goes.*

362. Speciem proverbii habet hic versus, cujus sensus fuerit: *Tibi soli prospice*, vel *consule*. Idem notaverat Q. Septimius Florens. *Musg.*

Κύκλωψ Αἰτναῖος ξενικῶν
Κρεῶν κεχαρμένος βορᾷ·
Νηλὴς ὁ τλάμων, ὅστις
Δωμάτων ἐφεστίους ξένους
Ἱκτῆρας ἐκθύει δόμων,
Κόπτων, βρύκων,
Ἑφθά τε δαινύμενος μυσαροῖσιν ὀδοῦσιν
Ἀνθρώπων θέρμ' ἀπ' ἀνθράκων κρέα.

Cyclops Ætnæus, hospitum
Carnibus qui delectatur vorandis:
Crudelis *est* ille, *et* miser, qui
Ædium inquilinos hospites
Mactat, domum supplices,
Secans, mandens,
Coctasque vorans et abominandis dentibus
Hominum calidas ex prunis carnes.

364. θυμάτων] Non male emendabat Reiskius θυμέλων, ut sensus sit: *χαιρέτω θυσία θυμέλων ἀποβώμιος, valeat sacrificium a templis alienum*, vel *amovendum*. De voce θυμέλη, vid. ad Electr. v. 713. Magis tamen arridet Θυάδων, *Mænadum*, quibus consuetudo erat, animalia viva discerpere et vorare. Lucianus in Προσλαλίᾳ: τὰς δ' οὖν ποίμνας διηρπάσθαι ἤδη ὑπὸ τῶν γυναικῶν, καὶ διεσπάσθαι ἔτι ζῶντα τὰ θρέμματα· ὠμοφάγους γάρ τινας αὐτὰς εἶναι. Hinc Apollon. Rhod. Lib. I. Θυάσιν ὠμοβόροις ἴκελοι. Constructio est: χαιρέτω δὲ [θυσία] Θυάδων. *Musg.*

365. Ἀποβώμιος] Hesychius: ἀπόβωμος, ἄθεος, καὶ θυσίαι ἀπόβωμοι, αἱ μὴ ἐν τοῖς βωμοῖς. Videtur Grammaticus hunc ipsum locum in animo habuisse, utpote in quo ἀποβώμιος vel ad θυσίαν, vel ad Cyclopem, referri potest. Quoad orthographiam, ἀποβώμιος cum iota prætulerim, ut προβώμιος, Ion. v. 376. *Musg.*

Verba ἂν ἔχει θυσίαν, quæ criticis multas difficultates moverunt, insulsum esse glossema vocabulorum ἀποβώμιος θυμάτων, ex verbis οὐκ ἔχει θυσίαν, margini interpretationis causa adscriptis ortum, olim jam in Commentat. Prim. in Æschyl. Agamem. pag. 23. docui, et hic repetere non erubesco. Quibus omissis, omnia bene cohærere et plana, sanaque esse manifestum fit. Ἀποβώμιος θυμάτων h. l. dictum est, sicuti ἀχάλκος ἀσπίδων, ἄπεπλος φαρέων, ἀψοφήτος κοκυμάτων, ut alia exempla omittam, quæ poëtarum Græcorum lectores non fugiunt. *Goes.*

369. ἐφεστίους] Atrocitatem rei mirum quantum augebat, si quis ἐφέστιος occideretur. vid. ad Orest. v. 1442. Herc. Fur. v. 715. *Musg.*

370. δόμων] Malim νόμων, *obtestantes hominum instituta*, ἱκτῆρας νόμων. Confer v. 290. Sic τύμβον ἱκετεύοντε, Helen. v. 981. *Musg.*

Reisk. reponit δέρων. *Beck.*

371. βρύκων,] Et hæc Casauboni emendatio est. Ed. Ald. βρύχων. vid. ad v. 359. *Musg.*

Κόπτων, βρύκων, etc.] Vid. supra ad v. 359. Cui notulæ hæc Isaaci Casauboni jungantur: Pessime ibi scriptum βρύχειν, quum scripserit poëta βρύκειν, κρεωκοπεῖν μέλη ξένων. Hesych. Βρύκειν, λαύρως ἐσθίειν. Sæpe apud Athenæum; at Βρύχειν, *frendere*, nihil ad Bacchum. Quare iterum corrige paulo post, et scribe: Κόπτων, βρύκων, ἑφθά τε δαινύμενος. Hæc ille. Hesych. obiter pro λαύρως, lege λάβρως. Sic Diphilus — τὰ πατρῷα βρύκει καὶ σπαθᾷ. Quin Eustathius quoque βρύκειν esse dicit, ταχέως καὶ μετὰ ἤχου ποιοῦ ἐσθίειν. *Barnes.*

372. ὀδοῦσιν] Legendum videtur ὀδοῦσί τ', cum alioqui nulla distinctio sit inter

ARGUMENTUM ACTUS TERTII.

Egressus Ulysses ex spelunca, cœnam, quam Cyclops ex duobus Ithacensibus, illius sociis, intus exstruxerat, exponit Choro; et quomodo vino dato illum inebriaverit. Deinde consilium suum promit, de oculo Cyclopi eruendo, ejusque operam in hac re rogat; quam Satyri summa alacritate strenuam pollicentur.

ΟΔ. Ὦ Ζεῦ, τί λέξω, δείν' ἰδὼν ἄντρων ἔσω,
Κοὐ πιστὰ, μύθοις εἰκότ', οὐδ' ἔργοις βροτῶν;
ΧΟ. Τί δ' ἔστ', Ὀδυσσεῦ; μῶν τεθοίναται σέθεν
Φίλους ἑταίρους ἀνοσιώτατος Κύκλωψ;
ΟΔ. Δισσούς γ' ἀθρήσας κἀπιβαστάσας χεροῖν,
Οἳ σαρκὸς εἶχον εὐτρεφέστατον πάχος.

Ulys. O Jupiter quid dicam? horribilia videns in antro,
Et non credenda, fabulis similia, non operibus hominum.
Cho. Quidnam est, Ulysses? num epulatus est tuos
Charos socios maxime impius Cyclops?
Ulys. Duos intuitus, et manibus contrectans,
Qui carnis habebant pinguissimam crassitiem,

376. *μῶν γε θοινᾶται.*

ἑφθὰ κρέα et ea, quæ *θέρμ' ἀπ' ἀνθράκων* vorabat. *Musg.*

374. *Ὦ Ζεῦ, τί λέξω,*] Videtur sane, ut nihil dissimulem, non modo historicæ fidei, sed rationi ipsi dissentaneum, ut Ulysses jam extra Cyclopis antrum vagari possit; sed omnino necesse erat, ut, quæ res intra gererentur, spectatoribus paterent, item quid consilii Ulyssis sibi in auxilium vocaverit. Quare, cum Cyclops nondum in somnum sit lapsus, putandum est, antrum nondum firmiter occlusum, sed Ulyssi aliquem patere aditum, quem omnium ultimo comesturum se Cyclops dixerit, reliquos autem illius socios cortibus inclusos, illum sequi nequivisse; qui tamen sine illis liber ipse abire illinc nullo modo voluit; sed aut simul cum illis mori, aut evadere, decreverat. Vid. infra ad v. 478, etc. Et hæc Euripidis causa dicta sint, qui licet ab Homero in hac re aliquantum discedat, Scenæ tamen omnino hanc fabulam accommodare necessum habuit. *Barnes.*

376. Reisk. legit *μῶν τεθοίναται.* *Beck.*

378. *γ' ἀθρήσας*] Ita Ed. Ald. haudquaquam inepte. Valet enim: *accurate contemplatus oculis.* Sed salsius multo et lepidius est *σταθμήσας*, *ponderans*, quod hic reponebat Piersonus, teste Valckenærio in Diatrib. Eurip. c. 16. Hesychius: *σταθμήσας, ἐν ζυγῷ στήσας.*

κἀπιβαστάσας] Valckenærius l. c. intelligit *manibus tollens.* Mihi poëtæ antiquiores verbum *βαστάζειν* *contrectandi* sensu habuisse videntur. Confer Hom. Odyss. φ'. v. 405. Æschyl. Agam. v. 35. Soph. Electr. v. 911. Œd. Colon. v. 1162. ubi ignorata hæc verbi *βαστάζειν* notio tenebras offudit Dorvillio in Chariton, p. 304. Hinc *ἐπιβαστάσας* verto *contrectatione manuum percurrens.* Suidas: Βαστάσαι δηλοῖ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς — τὸ ψηλαφῆσαι. *Musg.*

Δισσούς γ' ἀθρήσας καὶ ἐπιβαστάσας χεροῖν,] Ita, ut in macello carnium emtores facere solent, manibus ponderabat, et lumine notabat hos Ulyssis socios, antequam ederet eos, Cyclops; quos cum videret *εὐπαγεῖς ὄντας* et *εὐτραφεῖς*, uti præcipue erant, illico ad cœnam paravit. Cujus loci cum hic sensus sit, non est hic

ΧΟ. Πῶς, ὦ ταλαίπωρ', ἦτε πάσχοντες τάδε;
ΟΔ. Ἐπεὶ πετραίαν τήνδ' ἐσήλθομεν χθόνα,
Ἀνέκαυσε μὲν πῦρ πρῶτον, ὑψηλῆς δρυὸς
Κορμοὺς πλατείας ἐσχάρας βαλὼν ἔπι,
Τρισσῶν ἁμαξῶν ὡς ἀγώγιμον βάρος.
Ἔπειτα φύλλων ἐλατίνων χαμαιπετῆ
Ἔνησεν εὐνὴν πλησίον πυρὸς φλογί.

Cho. Quomodo, O miser, estis passi ista?
Ulys. Postquam saxeam hanc ingressi sumus terram,
Accendit ignem primum, altæ quercus
Ramos in latum focum injiciens,
Tribus fere curribus vehendum pondus.
Deinde ex foliis abiegnis humi stratum
Confersit lectum juxta ignis flammam.

386. Ἔστησεν.

audiendus, alioquin plurimæ auctoritatis, Canterus, qui legit ἀθροίσας, quod vocabulum vix commode de duobus dici potest, et nullius ἀθροισμοῦ erat opus Cyclopi, qui in spelunca conclusis potuit manus iis, quando vellet, injicere; adeo præstabat robore et membrorum immensitate. Adeat vero, qui vult, Canteri Novar. Lection. Lib. V. c. 29. quanquam hæc infelix illius conjectura nec Æmilio Porto placere potuit. Quos duos autem viros simul unica cœna deglutierit hic Cyclops. Ita Homerus Odyss. ί. v. 289. Σὺν δὲ δύω μάρψας, ὥστε σκύλακας ποτὶ γαίῃ Κόπτ'· ἐκ δ' ἐγκέφαλος χαμάδις ῥέε, δεῦε δὲ γαῖαν. Quod paulo post, v. 396. exprimit noster, φῶτε συμμάρψας δύω. Et hinc Virgil. Æn. Lib. III. v. 623. *Vidi egomet, duo de numero cum corpora nostro Prensa manu magna, medio resupinus in antro, Frangeret* ad saxum, sanieque adspersa natarent Limina. *Barnes.*

ἀθρήσας] Significat hic accuratam lustrationem corporis delectus faciendi caussa eorum, quæ boni succi plenissima et maxime torosa essent. *Reisk.*

379. εὐτρεφίστατον] Barnesii emendatio est. Ed. Ald. ἐντρεφίστατον, pro quo Scaliger εὐτραφέστατον. *Musg.*

εὐτρεφίστατον] Ita repono pro ἐντρεφίστατον, quod nihili vox erat, Homerus autem ipse εὐτρεφὴς novit, quare potius hoc repono, quam, quod Scaliger, εὐτραφέστατον, licet dentur voces hujus fontis in α'. *Barnes.*

380. ἦτε πάσχοντες τάδε;] Ταῦτα ἐπάθετε. *Barnes.*

381. χθόνα,] Incommodum hoc et ineptum esse quis non videt? Legebam aliquando στέγην, quod optimum sensum efficit. Sed lenius multo est μονὴν, *mansionem. Musg.*

πετραία χθὼν, pro *spelunca* dubito, num dicere liceat, dixeritve Noster. Si fecit, propterea forte fecit, quod esset subterranea. *Reisk.*

383. ἐσχάρας] Intellige *locum ignis:* quæ explicatio est, quanquam non unica, Hesychii. *Musg.*

386. Ἔστησεν] Emendabat Piersonus ἔστρωσεν. Sed magis placet Reiskii ἔνησεν. Sic νήσας πυρὰν, Aristoph. Lysistr. v. 373. *Musg.*

Verbum στρῶσαι de substratis foliis, graminibus usurpatum illustrat Piers. Veris. p. 145. — Reisk quanquam ἔνησεν conjicit, nulla tamen opus esse mutatione fatetur. *Beck.*

387. δεκάμφορον,] De Amphoræ mensura inter doctos non convenit. Nonnihil forte hic locus ad eam statuendam contulerit. Ex magnitudine enim scyphi æstimari potest, qualis crater esse debuerit. *Musg.*

Κρατῆρα δεκάμφορον,] Poculum juxta decem amphoras continens, ἀμφορεὺς au-

Κρατῆρα δ' ἐξέπλησεν ὡς δεκάμφορον,
Μόσχους ἀμέλξας, λευκὸν ἐσχέας γάλα.
Σκύφος τε κισσοῦ παρέθετ' εἰς εὖρος τριῶν
Πηχέων, βάθος δὲ τεσσάρων ἐφαίνετο.
Καὶ χάλκεον λέβητ' ἐπέζεσεν πυρὶ,
'Οβελούς τ' ἄκρους μὲν ἐγκεκαυμένους πυρὶ,
Ξεστοὺς δὲ δρεπάνῳ γ', ἀλλὰ παλιούρου κλάδῳ,

Craterem vero implevit circiter decem-amphorarum,
Cum vaccas mulsisset, album infundens lac,
Et scyphum ex hedera apposuit in latitudinem trium
Ulnarum, profunditate vero quatuor videbatur:
Et æneum lebetem fecit fervere ad ignem,
Et verua ad summitates ex usta igni
Politaque falce quidem, sed paliuri ramo,

393. Ξεστοὺς δ' οὐ δρεπάνῳ, τἄλλα.

tem, sive κεράμιον, est liquidorum mensura, complectens octo et quadraginta sextarios juxta Diosc. Lib. V. c. 71. Singuli autem sextarii congios octo implent. *Barnes.*

Amphora erat sexta pars congii, non octo congios implebat, ut Barn. tradit. — Si quis mensuras h. l. accurate inter se conferat, inveniet, Cyclopis scyphum multo ampliorem et capaciorem fuisse ejus cratere, quod tamen absurdum est. *Heath.*

389. Σκύφος κισσοῦ] *Scyphum ex hedera:* ποτῆρα κίσσινον vocat Alcest. v. 772. Homerus et Theocritus uno verbo, κισσύβιον. *Musg.*

Σκῦφός τε κισσοῦ] Athenæus Deipnosoph. Lib. XI. Περὶ Κισσυβίου. Διονύσιος ὁ Σάμιος ἐν τοῖς περὶ τοῦ Κύκλωπος, τὸ Ὁμηρικὸν Κισσύβιον, Κυμβίον ἔφη. Sic Euripides Alcest. v. 772. Ποτῆρα δ' ἐν χείρεσσι κίσσινον λαβὼν] Schol. Τὸν ποτῆρα, δι' ὃ λέγεται καὶ ποτήριον ὑποκοριστικῶς· ἐξηγήσατο δὲ, τί ἐστὶ Κισσύβιον, εἰπὼν ποτῆρα κίσσινον. *Barnes.*

391. ἐπέζεσεν] Transitive, ut ἐξανέζεσεν, Æschyl. Prometh. v. 370. Sic Apollon. Rhod. Lib. III. τοὶ δὲ λοετρὰ πυρὶ ζέον. Dionysius apud Athenæum, p. 381. ταχερὰ ποιήσας ταῦτα, καὶ ζέσας σφόδρα.

πυρὶ,] Invenuste hic repetitur, unde legendum suspicor φέρει. *Musg.*

392—394. Heath. sic reponit:

'Οβελούς τ', ἄκρους μὲν ἐγκεκαυμένους πυρὶ,
Ξεστοὺς δὲ, δρεπάνῳ 'υκ, ἀλλὰ πελεκέων γνάθοις,
Αἰτναῖά γε σφαγεῖα παλιούρου κλάδους.

Accusativus ὀβελοὺς pendet ab ἐπέζεσεν, quod hic significat *igni admovit.* Sæpe duobus substantivis additur verbum, quod alterutri tantum convenit. V. Dorv. ad Char. p. 395. ss. Σφαγεῖα dicuntur instrumenta sacrificalia omnis generis, δρέπανον indicat etiam *ensem incurvum.* Itaque sensus loci: *Et verua* (admovit scil.) *igni, quorum summa quidem igne exusta fuerant, edolata vero non cultro, sed bipennium acie, instrumenta scilicet sacrificialia, qualia apud Ætnam in usu erant, paliuri ramos.* Ex Heath. *Beck.*

Aliorum interpretationes sive emendationes æque, ac conjecturam, quam olim, Lib. I. pag. 24. dederam, relinquens cum clarissimo Jacobs Heathium sequor, qui, leni verborum transpositione adhibita, hos versus in eum modum constituit:

ὀβελούς τ' ἄκρους μὲν ἐγκεκαυμένους πυρὶ
ξεστοὺς δρέπανῳ 'υκ, ἀλλὰ πελεκέων γνάθοις,
Αἰτναῖα γε σφαγεῖα, παλιούρου κλάδῳ.

σφαγεῖα Αἰτναῖα, ut recte Cl. Jacobs, Lib. I. tom. II. p. 159. observavit, instrumenta sunt *ingentia,* ut omnia, quibus Cyclops ad usum domesticum utebatur. Vid.

Αἰτναῖά τε σφαγεῖα πελεκέων γνάθοις.
Ὡς δ' ἦν ἕτοιμα πάντα τῷ θεοστυγεῖ
Ἅιδου μαγείρῳ, φῶτε συμμάρψας δύο
Ἔσφαξ' ἑταίρων τῶν ἐμῶν ῥυθμῷ τινι
Τὸν μὲν λέβητος ἐς κύτος χαλκήλατον,
Τὸν δ' αὖ, τένοντος ἁρπάσας ἄκρου ποδὸς,
Παίων πρὸς ὀξὺν γ' ὄνυχα πετραίου λίθου,
7. *ἥσυχον ναίειν*, P. E. *Ἥσυχον μένειν* apud nostrum legitur infra v. 478. *ἥσυχοι θάσσουσι*, Hec. 35. *μένειν ἥσυχον*, ibid. 889. *οὐ μενοῦμεν ἥσυχοι*, Iph. T. 1435. *μένουσα ἥσυχος*, Tro. 978. (ubi legendum *οὓς ἂν μένουσ' ἂν*) *ἥσυχος θάσσων*, Bacch. 612. *ἥσυχοι καθώμεθα*, Hel. 1084. *ἥσυχον εὕδειν*, apud incertum Rhes. 123. *ἥσυχος θακεῖ* apud Soph. Aj. 325. Hinc nostro loco *ἥσυχον* pro *ἡσύχως* reposui. Adverbia et adjectiva sæpe commutari monuit Porsonus ad Hec. 979. ubi *κρύφιος* pro *κρυφίως* edidit. Vide etiam nostræ fabulæ, vv. 181. 544. 551. 925. *Ἡσύχως* pro *ἥσυχος* in Med. 550. habent membranæ Parisienses, in Suppl. 315. edd. omnes. Sed erit fortasse qui nostro loco *ἡσύχῳ ναίειν* malit, utpote scripturam vulgatæ propiorem. Nec male, modo recte se habeat dativus in Alc. 908. *ἐξὸν ἀτέκνοις Ἀγάμοις τ' εἶναι διὰ παντός.* Sed apud Atticos longe usitatior est accusativus, quem in Alcestide agnoscit Græcus interpres. Ceterum liceat mihi, dum de voce *ἥσυχος* agitur, locum ex Euripidis Bacchis, quem in indice omisit Beckius, paullo emendatiorem quam vulgo legitur exhibere. V. 625. *πρὸς θεὸν γὰρ, ὢν ἀνὴρ, Εἰς μάχην ἐλθεῖν ἐτόλμ'. ἥσυχος δ' ἐκ βάκχας ἄγων Δωμάτων ἥκω πρὸς ὑμᾶς, Πενθέως οὐ φροντίσας.* Metrum est trochaicum. *Ἐτόλμησ'* recte dedit Barnesius, consentiente altero codicum a Musgravio collatorum, quorum alter *ἐτόλμησεν* habet, quod eodem redit. Præterea *αὐτὸς* pro *ἥσυχος* dedit Barnesius, *ὠκὺ* malebat Musgravius.

Πλεῖστον μετέσχον εἷς ἀνὴρ Ἡρακλέει,
Ὅτ' ἦν μεθ' ἡμῶν. νῦν δ' ἐπεὶ κατ' οὐρανὸν
Ναίει, τὰ κείνου τέκν' ἔχων ὑπὸ πτεροῖς
Σώζω τάδ', αὐτὸς δεόμενος σωτηρίας.
Ἐπεὶ γὰρ αὐτῶν γῆς ἀπηλλάχθη πατὴρ,
Πρῶτον μὲν ἡμᾶς ἤθελ' Εὐρυσθεὺς κτανεῖν.
Ἀλλ' ἐξέδραμεν. καὶ πόλις μὲν οἴχεται,

Particeps fui plurium quam ullus vir unus cum Hercule,
Quando erat nobiscum: nunc vero postquam in cœlo
Habitat, sub alis habens illius liberos,
Servo hosce, cum ipse indigeam tutela.
Postquam enim pater ipsorum discessit ex terra,
Primum quidem nos voluit Eurystheus interficere:
Sed effugimus, et periit quidem civitatis jus,

8. Πλείστων——Ἡρακλεῖ. 10. τἀκείνου. 14. Ἀλλ' ἐξέδραμον.

Legendum, ἥσυχος δ' ἐκ βασιλικῶν Δωμάτων ἥκω πρὸς ὑμᾶς. Verba sunt Bacchi ex Penthei regia exeuntis. Eadem verba, βασιλικῶν ἐκ δωμάτων, leguntur in El. 306. Noster Hec. 889. Μένειν ἀνάγκη, πλοῦν ὁρῶντας ἥσυχον. *Manere necesse est, navigationem exspectantes tranquillam.* Vereor ut πλοῦν ἥσυχον quisquam unquam dixerit. Distingue, Μένειν ἀνάγκη, πλοῦν ὁρῶντας, ἥσυχον. Μένειν ἥσυχον noster Iph. T. 1435. Tro. 978. Heracl. 478. Præcedit στρατῷ, ad quod refertur utrumque ὁρῶντας et ἥσυχον. Vide omnino ad v. 801. Ceterum non repugnabo, siquis ἡσύχους legere malit apud Æsch. Suppl. 732. Ἀλλ' ἡσύχως χρὴ καὶ σεσωφρονισμένως Πρὸς πρᾶγμ' ὁρώσας τῶνδε μὴ ἀμελεῖν θεῶν. Confer Xenoph. Pæd. V. 3, 55. Αὐτὸς δὲ παρελαύνων τὸν ἵππον εἰς τὸ πρόσθεν, ἥσυχος κατεθεᾶτο τὰς τάξεις. *Stephanus suspicatur,* inquit Zeunius, *ab auctore esse ἡσύχως. Sed — quem fugit, sæpe adjectiva habere vim adverbiorum?* Idem Anab. VI. 5, 11. Ἡσύχως προῆγον. Ἥσυχοι cod. Etonensis. Lego, ἡσυχῇ προῆγον, collato Aristoph. Nub. 324. *Elmsl.*

8. Πλεῖστον P. E. Noster Alc. 985. Πλεῖστον ἀψάμενος λόγων.

Ἡρακλέει hic et infra v. 988. dedi ex monitu Porsoni ad Med. 675. *Elmsl.*

10. τὰ κείνου divisim primus edidit Barnesius. *Elmsl.*

τὰ κείνου] Olim scriptum erat τἀκείνου, sed illo modo prior syllaba producenda est, quod versus non permittet. Vid. Henr. Stephanum Tract. de Orthographia, p. 1. *Barnes.*

11. αὐτὸς δεόμενος σωτηρίας.] Ridet hæc Aristophanes Eccl. 412. Ὁρᾶτε μέν με δεόμενον σωτηρίας Τετραστατήρου καὐτόν. ἀλλ' ὅμως ἐρῶ, Ὡς τὴν πόλιν καὶ τοὺς πολίτας σώσετε. Idem. Eq. 214. Τάραττε, καὶ χόρδευ' ὁμοῦ τὰ πράγματα. Schol. Παρῳδίας τρόπον. παρῴδησε γὰρ τὸν ἴαμβον ἐξ Ἡρακλειδῶν Εὐριπίδου. Nihil in nostra fabula reperio, quod in comici senario παρῳδημένον videatur. Nescio cujus Pamphili Heraclidas memorat Aristophanes Plut. 385. Picturane an tragœdia fuerint Pamphili Heraclidæ incertum est. Grammaticorum conjecturas recenset Scholiastes. *Elmsl.*

12. ἀπαλλάχθη ex Hervagiana prima edd. pleræque. *Elmsl.*

14. Ἀλλ' ἐξέδραν μιν Barnesius ex emendatione Scaligeri. Ἀλλ' ἐξέδραμεν Musgravius ex emendatione Reiskii. Tria sunt verba ἀποδιδράσκω, διαδιδράσκω, ἐκδιδράσκω, quorum futura sunt ἀποδράσομαι, διαδράσομαι, ἐκδράσομαι, aoristi ἀπέδραν, διέδραν, ἐξέδραν. Præter nostrum locum, et Soph. Aj. 167. ubi legitur ἀπέδραν pro ἀπέδρασαν, nusquam, quod sciam, hæc verba apud tragicos occurrunt. Ἐξιδίδρασ-

Ψυχὴ δ' ἐσώθη. φεύγομεν δ' ἀλώμενοι,
Ἄλλην ἀπ' ἄλλης ἐξορίζοντες πόλιν.
Πρὸς τοῖς γὰρ ἄλλοις καὶ τόδ' Εὐρυσθεὺς κακοῖς
Ὕβρισμ' ἐς ἡμᾶς ἠξίωσεν ὑβρίσαι,
Πέμπων ὅποι γῆς πυνθάνοιθ' ἱδρυμένους,
Κήρυκας, ἐξαιτεῖ τε, κἀξείργει χθονὸς,
Πόλιν προτείνων Ἄργος † οὐ σμικρὰν φίλων,

Sed vita servata est: fugimus autem errantes,
Ab alia urbe in aliam, fines transgredientes.
Præter enim alia mala, hanc etiam Eurystheus
Contumeliam nobis inferre æquum censuit,
Mittens, ubicunque terrarum audiret *nos* consedisse,
Præcones, et deposcit et abigit e terra:
Urbem Argivam prædicans, non infirmam et juvare

18. ἐς ὑμᾶς 19. ὅπη γῆς 21. Πόλιν προτιμῶν Ibid. F. φίλοις.

κε, *effugiebat, effugere conabatur*, habet Aristoph. Vesp. 126. ἐκδιδράσκουσιν, Thucydides I. 126. ἐκδιδρήσκει Ionice Herodotus VI. 24. 90. IX. 38. ἐκδρᾶσα, Aristoph. Eccl. 55. ἐκδράντες, Herod. IV. 148. ἐκδιδράσκουσιν, Thucydides I. 126. VI. 7.

πόλις μὲν οἴχεται] *Patriam amisimus.* Brodæus. Pulcherrime hunc versum reddit Stiblinus, *Sed effugi, dejectis mœnibus. Elmsl.*

ἐξέδραμεν, ab ἐκδιδράσκω.] Reiskii hæc emendatio est. Ed. Ald. ἐξέδραμον, unde Scaliger ἐξέδραν μιν.

πόλις οἴχεται, *periit civitas*, vel *patria*, i. e. patriam amisimus. *Musg.*

'Αλλ' ἐξέδραν μιν] Olim per errorem scriptum erat ἐξ δραμον, non sine manifesta versus jactura: Recte Scaliger legebat ἐξέδραν μιν, Duportus ἐξέδρα μιν, non æque feliciter. *Barnes.*

16. Noster Med. 433. διδύμους ὁρίσασα πόντου πέτρας. Nostro loco participium præteriti temporis ἐξορισθέντες sententiæ repugnat. Æsch. Suppl. 553. διχᾷ δ' ἀντίπορον Γαῖαν ἐν αἴσᾳ διατέμνουσα πόρον κυματίαν ὁρίζει. *Elmsl.*

πόλιν.] Præstat hoc in loco non *urbem* interpretari, sed *regionem*; de qua notione vide ad Cyclop. v. 99. Pro ἐξορίζοντες suspicatur Barnesius legendum esse ἐξορισθέντες. Sed nihil opus: ἐξορίζειν enim valet ἐξορίζειν ἑαυτόν. Sic ῥίπτειν Cyclop. v. 165. ἔπαλλε, Electr. 435. κρύπτοντα, Phœn. v. 1133. *Musg.*

ἐξορισθέντες etiam Toup. ad Longin. p. 193. *Beck.*

18. ἐς ἡμᾶς edd. recentiores ex emendatione Brodæi. *Elmsl.*

19. ὅποι γῆς P. E. Πῇ γῆς et ὅπῃ γῆς ex Atticorum scriptis prorsus ejicienda esse censeo. Apud Æsch. Prom. 566. ubi vulgo legitur ὅπη γῆς, ὅποι γῆς præbet cod. Mediceus. Nostro loco ὅποι *accipiendum quasi esset* ἐκεῖσε ὅπου, ut verbis utar Porsoni ad Hec. 1062. qui exempla allegat Iph. T. 113. 119. et Soph. Phil. 482. ubi repone εἰς πρύμνην. *Elmsl.*

20. s. Reisk. legit et interpungit: κἀξείργει χθονὸς πάλιν, προτείνων, *ejicit nos rursus ex ea terra, quam forte tenebamus, ostentans, et Argos, et se simul pariterque cum urbe potentem florentemque fore, non contemnendos, si fiant amicorum, qui hactenus fuerint, inimici. Beck.*

21. προτείνων Musgravius ex emendatione Canteri. Sic καθεῖμαι pro καθεῖναι Aldus Iph. T. 52. γάμος pro γάνος, Bacch. 261. et alia nonnulla ejusdem generis vitia. Προτείνων autem, monente Musgravio, *minaciter ostentans* significat. Nos, *holding out.* Ordo est, προτείνων φίλων, ἡμετέρων scilicet, Ἄργος οὐ σμικρὰν πόλιν. Conjecturam meam, προτείνων — φίλοις, hodie supervacaneam esse suspicor. Genitivum enim in simili locutione adhibet

Ἔχθραν γε θέσθαι, χαὐτὸν εὐτυχοῦνθ' ἅμα.
Οἱ δ', ἀσθενῆ μὲν τἀπ' ἐμοῦ δεδορκότες,
Σμικροὺς δὲ τούσδε, καὶ πατρὸς τητωμένους,
Τοὺς κρείσσονας σέβοντες, ἐξείργουσι γῆς.
Ἐγὼ δὲ σὺν φεύγουσι συμφεύγω τέκνοις,
Καὶ ξὺν κακῶς πράσσουσι συμπράσσω κακῶς,
Ὀκνῶν προδοῦναι, μή τις ὧδ' εἴπῃ βροτῶν,
Ἴδεσθ', ἐπειδὴ παισὶν οὐκ ἔστιν πατὴρ,

Et odia exercere, et seipsum fortunatum simul.
Illi vero cum res meas infirmas viderent,
Hos vero parvos et patre orbatos,
Colentes potentiores, terra *nos* abigunt.
Ego vero fugio cum fugientibus liberis,
Sumque afflictus cum afflictis,
Metuens prodere *eos*, ne quis ita dicat mortalium :
Videte, postquam non est pater filiis,

22. Ἔχθραν γενέσθαι, χ' αὐτὸν 27. Καὶ σὺν 29. οὐκ ἔστι

Herodotus IX. 4. Ταῦτα δὲ τὸ δεύτερον ἀπέστελλε, προέχων μὲν τῶν Ἀθηναίων οὐ φιλίας γνώμας, ἐλπίζων δέ σφεας ὑπήσειν τῆς ἀγνωμοσύνης, ὡς δορυαλώτου ἐούσης πάσης τῆς Ἀττικῆς χώρης. Ubi conjicio προέχων eodem fere sensu usurpari, quo apud nostrum προτείνων. Longe aliter tamen Herodoti locum accipiunt ejus interpretes. Ut verum fatear, de utroque loco ampliandum censeo. Sed audiendus Musgravius. *Elmsl.*

προτείνων] *Minaciter ostentans.* Canteri emendatio est. Confirmat προὔτεινα παιδὸς θάνατον, Androm. v. 428. Ed. Ald. προτιμῶν.

φίλων,] Emendabam olim φιλεῖν, quod et nunc verum censeo, non tamen loco persanando sufficere. Legendum, ni fallor :

πόλιν προτείνων Ἄργος, οὐ σμικρὰν φιλεῖν
ἔχθραν τε θέσθαι — —

ostendens civitatem Argivam, potentem et amicitiam et odia exercere. Favent MSS. E. G. γε θέσθαι pro γενέσθαι exhibentes. *Musg.*

Heath. distinguit · Πόλιν προτείνων Ἄργος οὐ σμικρὰν, φίλων Ἐχθρὰν γενέσθαι. *Prætendens Argos urbem non parvam, amicorum nostrorum inimicam futuram, ac ipsum etiam* (Eurystheum scil.) *fortuna florentem. Beck.*

22. Ἔχθραν γε θέσθαι recepi. Sic πόλεμον θέσθαι, Or. 13. Eodem sensu dicitur ἔχθραν ξυνάπτειν infra v. 460. συμβαλὼν ἔχθραν, Med. 44. Quomodo autem hæc verba cum superioribus cohæreant, haud ita facile dixerim. An recte dicitur in tragico sermone, οὐ σμικρὸς ἔχθραν θέσθαι, *potens odia exercere?* Vellem interpretationem suam exemplis confirmasset Musgravius. Vide an verborum ἔχθραν γε θέσθαι sententia sit, ὥστε ἔχθραν ἡμῖν θέσθαι τοὺς ἡμετέρους φίλους, *ita ut ex amicis fiant nobis inimici. Elmsl*

29. Οὐκ ἔστιν πατὴρ Barnesius, et ante eum Grotius in Excerptis. Facile veniam ab eruditis me impetraturum spero, si parcior fuero in his minutiis indicandis. Meminerit lector, me nihil mihi vindicare, quod diserte pro meo non proponam. *Elmsl.*

32. ξύγκληρον — χθόνα,] Eodem sensu dicitur ξύνοικον λαὸν infra v. 82. Vide ad v. 81. Scenam fabulæ non temere Marathone collocavit poeta, sed in eo veterem civium suorum opinionem secutus est. Vide Sophoclis interpretem, cujus

Ἰόλαος οὐκ ἤμυνε, συγγενὴς γεγώς. —
Πάσης δὲ χώρας Ἑλλάδος τητώμενοι,
Μαραθῶνα, καὶ ξύγκληρον ἐλθόντες χθόνα,
Ἱκέται καθεζόμεσθα βώμιοι θεῶν,
Προσωφελῆσαι. πεδία γὰρ τῆσδε χθονὸς
Δισσοὺς κατοικεῖν Θησέως παῖδας λόγος,
Κλήρῳ λαχόντας, ἐκ γένους Πανδίονος,
Τοῖσδ' ἐγγὺς ὄντας. ὧν ἕκατι, τέρμονας

Iolaus non fert opem, cum sit cognatus.
Ex omni vero profligati Græcia,
Venientes *ad* Marathonem, et terram ejusdem ditionis,
Supplices sedemus ad aras Deorum,
Ut juvent *nos*: campos enim hujus terræ
Habitare dicuntur duo filii Thesei,
Sortito possidentes ex genere Pandionis,
His *Herculis filiis genere* propinqui: quorum causa *ad* fines

32. σύγκληρον 33. καθεζώμεσθα

verba ad v. 81. citabo. Duo autem fuerunt Atticæ pagi, in quibus maxime vigeret Herculis cultus, Marathon scilicet, et ὁ Διομείων δῆμος, in quo situm erat nobile gymnasium, Cynosarges. Herculis fanum Marathonium memorat præter alios Herodotus VI. 108. utrumque idem VI. 116. Heraclea Marathonia inter celeberrimas Græciæ πανηγύρεις recenset Pindarus Olymp. IX. 134. XIII. 157. Pyth. VIII. 113. *Elsml.*

33. Καθεζόμεσθα primus edidit Barnesius. *Sedemus* omnes interpretes. Rectius, *consedimus*. Ἑζόμην enim apud Atticos aoristus est. *Elmsl.*

Usitatius esset ἱκετεύομεν προσωφελῆσαι: sed puto, vim vocis ἱκετεύομεν latere in ἱκέται καθεζόμεσθα. Sic infra v. 346. ἑζόμεσθα ἱκέται — εὖ πρᾶξαι πόλιν. Sensus est: *supplices aram insidemus, ut nos adjuvet terra Marathonia. Musg.*

βώμιοι θεῶν,] In Herc. Fur. eadem fere Œconomia est rerum; ibi enim Amphitryon et Megara simili casu ad aras supplices sedent, ut serventur a Lyci manibus. In Supplic. quoque eodem modo Atheniensium auxilium imploratur ab Argivis mulieribus. *Barnes.*

34. Προσωφελῆσαι.] *Ut ab eis juvemur.* Brodæus. Dicitur ἱκέται προσωφελῆσαι, monente Musgravio, ut infra v. 346. ἱκέται εὖ πρᾶξαι πόλιν. *Elmsl.*

35. Δισσοὺς κατοικεῖν Θησέως παῖδας λόγος,] Hæc de Demophonte et Acamante intelligenda; licet Pausanias hoc tempore ipsum Theseum, illorum patrem, regnare Athenis dicat, in Atticis fol. 31. lin. 31. Ubi breve hujus Fabulæ Argumentum his verbis habet: Ἔστι δὲ ἐν τῷ Μαραθῶνι πηγὴ καλουμένη Μακαρία, καὶ τοιάδε ἐς αὐτὴν λέγουσιν· Ἡρακλῆς, ὡς ἐκ Τίρυνθος ἔφευγεν Εὐρυσθέα, παρὰ Κήϋκα φίλον ὄντα μετοικίζεται, βασιλεύοντα Τραχῖνος· ἐπεὶ δὲ, ἀπελθόντος ἐξ ἀνθρώπων Ἡρακλέους, ἐζήτει τοὺς παῖδας Εὐρυσθεὺς, ἐς Ἀθήνας πέμπει σφᾶς ὁ Τραχίνιος, ἀσθένειάν τε λέγων τὴν αὑτοῦ, καὶ Θησέα οὐκ ἀδύνατον εἶναι τιμωρεῖν. Ἀφικόμενοι οἱ παῖδες ἱκέται, πρῶτον τότε Πελοποννήσιοι ποιοῦσι πόλεμον πρὸς Ἀθηναίους, Θησέως σφᾶς οὐκ ἐκδόντος αἰτοῦντι Εὐρυσθεῖ. Λέγουσι δὲ, Ἀθηναίοις γενέσθαι χρησμὸν, τῶν παίδων ἀποθανεῖν χρῆναι τὸν Ἡρακλέους τινὰ ἐθελοντὴν, ἐπεὶ ἄλλως γε οὐκ εἶναι νίκην σφίσιν. Ἐνταῦθα ἡ Μακαρία Δηϊανείρας καὶ Ἡρακλέους θυγάτηρ, ἀποσφάξασα ἑαυτὴν ἔδωκεν Ἀθηναίοις τε κρατῆσαι τῷ πολέμῳ, καὶ τῇ πηγῇ ὄνομα ἀφ' ἑαυτῆς. *Barnes.*

Κλεινῶν Ἀθηνῶν τήνδ' ἀφικόμεσθ' ὁδόν.
Δυοῖν γερόντοιν δὲ στρατηγεῖται φυγή.
Ἐγὼ μὲν ἀμφὶ τοῖσδε καλχαίνω τέκνοις.
Ἡ δ' αὖ τὸ θῆλυ παιδὸς Ἀλκμήνη γένος

Inclytarum Athenarum itinere præsenti venimus.
A duobus vero senibus *hoc* exilium regitur: *Nam*
Ego quidem de his pueris tutandis æstuo:
Hæc vero Alcmene fœmineam filii sui prolem

38. τόνδ' ἀφικόμεσθ' ὅρον 40. χαλκαίνω 41. Ἥδ' αὖ

36. Κλήρῳ λαχόντας,] Videntur de integro Atticæ regno sortes duxisse, non, partitione facta, de partibus. Quærenti enim Copreo, quis terræ rex esset, v. 115. Chorus in responsione, Acamante omisso, Demophontem unum nominat. *Musg.*

37. ἐγγὺς] *Propinquos genere.* Genealogiam vide infra v. 208. et apud Plutarchum in Theseo. Phrasin habet Aratus: ἐπεὶ Διὸς ἐγγύθεν ἦσαν.

ἐγγὺς] *Cognatos.* Sic Tragicus Incertus apud Lucian. in Demosth. Encomio:

— Ζηνὸς ἐγγὺς, καὶ θεῶν ἀγχίσποροι.

Musg.

Τοῖσδ' ἐγγὺς ὄντας.] Quæ fuerit inter Herculis et Thesei liberos affinitas, infra ostendit Euripides. Plutarchus in Theseo de eo et Hercule loquens: ἐτύγχανον (inquit) δὲ καὶ γένους κοινωνοῦντες, ἐξ ἀνεψιῶν ὄντες. Αἴθρα μὲν γὰρ ἦν Πιτθέως θυγάτηρ, Ἀλκμήνη δὲ Λυσιδίκης· Λυσιδίκη δὲ καὶ Πιτθεὺς ἀδελφοὶ γεγονότες ἐξ Ἱπποδαμείας καὶ Πέλοπος. Probat et hoc altero modo in Helenæ Encomio Isocrates: Ἐξ ἀδελφῶν δὲ γεγονότες, ὁ μὲν (Ἡρακλῆς) ἐκ Διὸς, ὁ δὲ (Θησεὺς) ἐκ Ποσειδῶνος, ἀδελφὰς καὶ τὰς ἐπιθυμίας ἔσχον. *Brodæus.*

Quia in sequ. versu ed. Ald. habet ὅρον, Reisk. etiam h. l. τέρμονα legi jubet. *Beck.*

τήνδ' ἀφικόμεσθ' ὁδόν.] Ita Soph. Œd. C. 96. Ἔγνωκα μέν νυν ὥς με τήνδε τὴν ὁδὸν Οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ πιστὸν ἐξ ὑμῶν πτερὸν Ἐξήγαγ' εἰς τόδ' ἄλσος. Ut nostro loco ὅρον et ὁδὸν, ita permutantur προσουρίσας et προσουδίσας in Iph. A. 1151. Ζῳδίων pro ζωρίων restituendum Scholiastæ ad Apollonium Rhod. I. 1265. Vide ad v. 1038. *Elmsl.*

τήνδ' — ὁδὸν.] Ita MS. Steph. Sensus videtur esse: *hanc profectionem, hanc migrandi vicem.* Nam si τήνδε — ὁδὸν interpreteris διὰ τῆσδε τῆς ὁδοῦ, inepta erit sententia. Saltem nullam ipse rationem video, cur hac potius, quam alia quavis via, ad fines Atheniensium contenderet. Ed. Ald. τόνδ' — ὅρον. *Musg.*

39. Δυοῖν γερόντοιν] Infra etiam v. 653. Iolaus et Alcmena duo senes appellantur. Quod recte monet argumenti scriptor, Iolaum Herculis fratris filium fuisse, ideoque Alcmenæ nepotem, vel nescivit poëta, vel non recordatus est, vel prudens dissimulavit. Non enim pulchre inducitur decrepitus senex, cujus avia non modo adhuc vivat, verum etiam in eadem tragœdia in scenam mox prodeat. Verum multa hujusmodi apud Euripidem. *Elmsl.*

Δυοῖν γερόντοιν] Δυσὶ γέρουσιν, ἤγουν ἐμοί τε καὶ Ἀλκμήνῃ· ἐμοὶ μὲν οἱ παῖδες ὑποτάσσονται, αὐτῇ δὲ αἱ θυγατέρες· φυγὴ, οἱ φυγαδευόμενοι Ἡρακλεῖδαι. *Barnes.*

40. Καλχαίνω edd. recentiores ex emendatione Brodæi, qui citat Soph. Ant. 20. Τί δ' ἔστι; δηλοῖς γάρ τι καλχαίνουσ' ἔπος. Cum Aldo consentiunt E. G. Hesychius: Καλκαίνεται (ita cod.) φροντίζει, ταράττεται. Idem: Καλχαίνει. ταράσσει, πορφύρει, στένει, φροντίζει, ἄχθεται, κυκᾷ, ἐκ βυθοῦ ταράσσεται. Photius: Καλχαίνει. ἐκ βάθους ταράσσεται. *Elmsl.*

καλχαίνω] Ita Edd. recent. auctore H. Stephano. Eleganter interpretatur Suidas κατὰ βάθος μεριμνᾶν, quo sensu adhibetur et Sophocli Antig. v. 20. Metaphoræ occasionem dedisse videtur, quod murex (κάλχη dictus Lycophron. v. 864. Nicand. Alexiph. v. 393.) in fundo maris natura degere soleat. Ed. Ald. χαλκαίνω. quod retinent MSS. E. G. *Musg.*

καλχαίνω] *Curis distineor:* ita So-

Ἔσωθε ναοῦ τοῦδ᾽ ὑπηγκαλισμένη
Σώζει. νέας γὰρ παρθένους αἰδούμεθα
Ὄχλῳ πελάζειν, κἀπιβωμιοστατεῖν.
Ὕλλος δ᾽, ἀδελφοί θ᾽, οἷσι πρεσβεύει γένος,

Intra hoc templum in ulnis fovens
Servat: tenellas enim virgines pudet
Accedere ad turbam, et circa aras lamentari.
Hyllus vero, et fratres, quibus provectior est ætas

42. ἀπηγκαλισμένη

phocl. Antigon. v. 20. Τί δ᾽ ἔστι; δηλοῖς γάρ τι καλχαίνουσ᾽ ἔπος. Scholiast. Καλχαίνουσα] ἀντὶ τοῦ πορφύρουσα, καὶ τεταραγμένως φροντίζουσα. Κάλχη γάρ ἐστιν ὁ κόχλος τῆς πορφύρας, ἥτις ἐκ τοῦ βυθοῦ τῆς θαλάττης ἀνιοῦσα βάπτει τὴν καλλίστην πορφύραν· ἀφ᾽ οὗ καὶ Κάλχας ὁ μάντις. Ἄλλως· ἐκ βάθους τι μεριμνῶσα, ὡς τὸ βυσσοδομεύων. *Barnes.*

42. ὑπαγκάλισμα legitur apud Soph. Trach. 540. Eurip. Tro. 759. Hel. 242. Ion. 1337. Postremus locus ita scribendus est, Ὁρᾷς τόδ᾽ ἄγγος χερὸς ὑπαγκάλισμ᾽ ἐμῆς. Cum autem ὑπαγκαλίζων habeat noster Cycl. 495. nostro loco non male legeretur ὑπηγκαλισμένον vel ὑπηγκαλισμένας passivo sensu. Sed nihil temere mutandum. *Elmsl.*

ἀπηγκαλισμένη] Legendum (cum Reisk.) ὑπηγκαλισμένη. Sic ὑπαγκάλιος παῖς apud Suidam. Est autem præteritum passivum pro activo, ut γέγραπται Euthyphron. Platonis, sect. 1. πεποίημαι, Phædon sect. 64. *Musg.*

44. κἀπιβωμιοστατεῖν] *Et collocare supplices ad aram.* Portus. Imo, *stare.* Monstrum vocis appellat Musgravius, qui recte monet πελάζειν intransitive accipiendum esse. Noster Phœn. 520. πρὸς δὲ τοῖσδ᾽ αἰσχύνομαι, Ἐλθόντα σὺν ὅπλοις τόνδε, καὶ πορθοῦντα γῆν, Τυχεῖν ἃ χρήζει. Ceterum nullo sensu sæpius usurpantur αἰδεῖσθαι et αἰσχύνεσθαι, quam de feminis virorum oculos fugientibus, ut nostro loco. Quo magis miror Marklandum et Musgravium αἰτεῖσθαι reponere in Iph. A. 992. Quem locum emendatiorem quam vulgo legitur hic apponam. Verba sunt Clytæmnestræ ad Achillem de Iphigenia. Βούλει νιν ἱκέτιν σὸν περιπτύξαι γόνυ; Ἀπαρθένευτα μὲν τάδ᾽. εἰ δὲ σοὶ δοκεῖ, Ἔξεισιν, αἰδοῦς ὄμμ᾽ ἔχουσ᾽ ἐλεύθερον. Εἰ δ᾽ ἡ παροῦσα ταυτὰ τεύξομαι σέθεν, Μενέτω κατ᾽ οἴκους. σεμνὰ γὰρ σεμνύνεται. Ὅμως θ᾽, ὅσον γε δυνατὸν, αἰδεῖσθαι χρεών. *Elmsl.*

κἀπιβωμιοστατεῖν.] Monstrum vocis, cui haud dubie substituendum κἀπιβώμιον στένειν. Sed et ὄχλῳ πελάζειν vertendum *accedere ad turbam*, non, ut Interpres, *adducere ad turbam. Inhonestum fore judicamus, si virgines teneræ ad turbam accesserint, et circa altaria gemitus ediderint.* De gemitu ἐπιβωμίῳ confer hujus fab. 509. Soph. Œd. Tyr. v. 193. ubi legendum ἀΰταν παραβώμιον. Ajaci pariter ἐπίσκηνοι γόοι Tecmessæ indecori videbantur. Soph. Ajac. v. 583. *Musg.*

45. οἷσι πρεσβεύει γένος,] *Ætate provectiores.* Brodæus. *Quibus sexus est præstantior.* Portus. *Quibus provectior est ætas.* Barnesius. Γένος nunquam ætatem significat. Verte, *Hyllus et fratres illi quorum genus principatum obtinet.* Hac scilicet designatione filii legitimi ex uxore legitima procreati nothis opponuntur. Heathius. Miror Musgravium non vidisse γόνος apud tragicos semper *prolem* significare. Etsi locum in promtu non habeo, ubi γένος *ætatem* significet, non dubito quin Brodæi interpretationem repudiata Porti versione recte revocarit Barnesius. Heathii interpretatio prorsus absurda est. *Elmsl.*

οἷσι πρεσβεύει γένος,] Nihil clarius quam, hic intelligi adultos Herculis filios, saltem eos, qui per ætatem negotia obire poterant; ut contra ii, qui in Iolai tutela erant, ubique, ut pueri, commemorantur. vid. v. 93. et 174. et 240. Legendum igitur γόνος, quod diversum sensum præbet. οἷσι πρεσβεύει γόνος, *quorum natales priores sunt. Musg.*

Ὕλλος] Hyllus Herculis filius et Macariæ frater ex Dejanira matre; hic illius

Ζητοῦσ᾽ ὅποι γῆς πύργον οἰκιούμεθα,
Ἢν τῆσδ᾽ ἀπωθώμεσθα πρὸς βίαν χθονός.
Ὦ τέκνα, τέκνα, δεῦρο λαμβάνεσθ᾽ ἐμῶν
Πέπλων. ὁρῶ κήρυκα τόνδ᾽ Εὐρυσθέως
Στείχοντ᾽ ἐφ᾽ ἡμᾶς, οὗ διωκόμεσθ᾽ ὕπο,
Πάσης ἀλῆται γῆς ἀπεστερημένοι.
Ω μῖσος, εἴθ᾽ ὄλοιο, χὠ πέμψας ἀνήρ.
Ὃς πολλὰ δὴ καὶ τῶνδε γενναίῳ πατρὶ
Ἐκ τοῦδε ταὐτοῦ στόματος ἤγγειλας κακά.

Quærunt ubi possimus habitare aliquam arcem,
Si pellamur ex hac terra per vim.
O filii, filii, huc *venientes* apprehendite meas
Vestes: video *enim* præconem hunc Eurysthei
Venientem ad nos, a quo patimur persecutionem
Errones omni terra expulsi.
O exose, utinam pereas, et vir ille, qui misit!
Qui multa jam et horum generoso patri,
Ex hoc ipso ore nunciâsti mala.

46. Ζητοῦσιν ὅπη γῆς 52. χ᾽ ὡ πέμψας 53. Ὡς πολλὰ δὴ 54. ταὐτοῦ

filiorum longe fortissimus, illa omnium Herculis filiarum maxime generosa. *Barnes.*

46. Ζητοῦσ᾽, ὅπη γῆς tacite Barnesius. Ὅπου γῆς e G. recepit Musgravius. Mihi vero magis placuit ὅποι γῆς, subaudito scilicet ἐλθόντες. Ita noster Hec. 419. Οἴμοι, τί δράσω; ποῖ τελευτήσω βίον; Med. 1268. Οἴμοι, τί δράσω; ποῖ φύγω μητρὸς χέρας; Bacch. 180. Ποῖ δεῖ χορεύειν; ποῖ καθιστάναι πόδα; Herc. 74. Ὦ μῆτερ, αὐδᾷ, ποῖ πατὴρ ἄπεστι γῆς; Cum nostro loco conferendus omnino Aristoph. Av. 44. Πλανώμεθα, ζητοῦντε τόπον ἀπράγμονα, Ὅποι καθιδρυθέντε διαγενοίμεθ᾽ ἄν. Ubi contra omnes fere libros ὅπου edidit Brunckius. Idem apud Soph. Œd. C. 23. ὅπου καθέσταμεν exhibet in textu, sed vulgatam scripturam ὅποι defendit in annotationibus, ubi allegare poterat ejusdem fabulæ v. 1734. *Elmsl.*

ὅπου] Ita MS. G. Ed. Ald. ὅπη. *Musg.*

47. πρὸς βίαν] Soph. Electr. 1489. *Musg.*

προς βίαν] Μετὰ βίας· Sophocl. — μηδὲ πρὸς βίαν Ἐμοῦ κολαστοῦ προστυχὼν φύσῃ φρένας. *Brodæus.*

49. κήρυκα — Εὐρυσθέως] Cujus nomen in ipsa fabula nusquam legitur. Copreum eum appellat præter alios Homerus Il. Ο'. 638. ὁ δ᾽ οἷον ἔπεφνε Μυκηναῖον Περιφήτην, Κοπρῆος φίλον υἱὸν, ὃς Εὐρυσθῆος ἀέθλων Ἀγγελίης οἴχνεσκε Βίῃ Ἡρακληείῃ. Ubi vid. Sch. minora a Brod. citata. *Elmsl.*

52. χ᾽ ὡ πέμψας σ᾽ ἀνὴρ tacite et præter necessitatem Barnesius. Animadvertat lector, hæc verba διὰ μέσου esse, ut verba ὅ τ᾽ Ἄργει Σθενέλου τύραννος infra v. 361. *Elmsl.*

Ὦ μῖσος] Ὦ μισητέ· O vir mihi odiosissime, utinam male pereas! Hom. Iliad. ο'. v. 639. Κοπρῆος φίλον υἱὸν, ὃς Εὐρυσθῆος ἄνακτος Ἀγγελίης οἴχνεσκε βίῃ Ἡρακληείῃ. Scholiast. Οὗτος δὲ ὁ Κοπρεὺς ἦν κῆρυξ Εὐρυσθέως, τοῦ τῶν Ἀργείων βασιλέως, ὃς τὰς παρ᾽ ἐκείνου ἐντολὰς ἔλεγε τῷ Ἡρακλεῖ, τῶν ἄθλων ἕνεκα ἔξωθεν τῆς πόλεως μένοντι· Δεδοικὼς γὰρ αὐτὸν ὁ Εὐρυσθεὺς οὐκ εἴα ἔνδον εἰσελθεῖν. *Brodæus.*

53. Ὡς πολλά μοι Reiskius. Ὃς πολλὰ δὴ P. E. *Elmsl.*

ΚΟΠΡΕΥΣ.

Ἠπου καθῆσθαι τήνδ᾽ ἕδραν καλὴν δοκεῖς,
Πόλιν τ᾽ ἀφῖχθαι ξύμμαχον, κακῶς φρονῶν.
Οὐ γάρ τις ἐστὶν, ὃς πάροιθ᾽ αἱρήσεται
Τὴν σὴν ἀχρείαν δύναμιν ἀντ᾽ Εὐρυσθέως.
Χώρει (τί μοχθεῖς ταῦτ᾽; ἀνίστασθαί σε χρὴ)
Εἰς Ἄργος, οὗ σε λεύσιμος μένει δίκη.
ΙΟ. Οὐ δῆτ᾽, ἐπεί μοι βωμὸς ἀρκέσει θεοῦ,

COPREUS.

Nempe pulchram sedem hunc te consedisse putas,
Et *ad* urbem sociam pervenisse, prave judicans?
Nullus enim est, qui antepositurus sit
Tuam imbecillem potentiam Eurystheo.
Vade? quid hæc laboras? Oportet te discedere
Ad Argos, ubi te expectat supplicium lapidationis.
Iol. Nequaquam, quoniam mihi opitulabitur ara Dei,

56. *σύμμαχον, καλῶς φρονῶν;*

54. *Ἐκ — ταὐτοῦ στόματος*] Scholiastes ad Hom. Iliad. *ό*. v. 639. tradit, Eurystheum Herculi mandata dedisse, non præsentem præsenti, neque enim intra urbem admittere præ formidine ausus est, sed per Coprea hunc internuncium. Paria docet Apollodorus Lib. II. c. 4. *Musg.*

55. *Ἠπου καθῆσθαι*, &c.] *Μῶν παρὰ τούτῳ τῷ βωμῷ ὀρθῶς σὺ καθίζεσθαι δοκεῖς; μῶν σὺ ταύτην σοι πόλιν, ὡς σύμμαχον, προσεληλυθέναι, καλῶς φρονῶν; Ἀλλὰ δὴ ἐμφανῶς μαίνῃ, ὅς τινα δήποτε τὴν σὴν ἀνωφελῆ καὶ ἀχρείαν καὶ ἀδύναμον δύναμιν ἀνθαιρήσεσθαι νομίζῃ ἀντὶ τῆς φιλίας τοῦ Εὐρυσθέως, τοῦ μέγα δυναμένου βασιλέως.* *Barnes.*

56. Ita *κακῶς φρονοῦντες*, Med. 252. Interrogative, necne, accipiantur particulæ *ἦ που*, parum aut nihil refert. Anglice verte, *I suppose*. Vide nostrum Hec. 763. Or. 429. 835. Phœn. 389. 1088. Alc. 200. Suppl. 164. 772. Iph. A. 670. Iph. T. 931. Bacch. 927. Hel. 575. 600. 791. 1465. Herc. 1092. El. 235. 630. Soph. Aj. 176. 382. 622. 850. 1008. 1229. *Elmsl.*

καλῶς φρονῶν;] Legendum cum Tyrwhitto, deleta etiam interrogationis nota, *κακῶς φρενῶν*. *Musg.*

57. *ὃς πάροιθ᾽ αἱρήσεται*] *Qui fractas res tuas Eurysthei potentiæ anteponat.* *Brodæus.*

59. *τί μοχθεῖς ταῦτ᾽; ἀνίστασθαί σε χρή*] Hæc verba, ni fallor, *διὰ μέσου* pronuntiat Copreus, Iolao interea trepidante, et fortasse ad remotiorem aræ partem fugiente. Vix opus est ut quemquam moneam, parentheseos notas () nunquam in Aldina, raro in recentissimis editionibus adhiberi. Delevit eas Barnesius ad vv. 912. 914. quem solum hujus fabulæ locum parentheseos notis inclusum exhibet ed. Genevensis, quam sua manu correctam typographo exprimendum dedit Barnesius. Ego vero has notas adhibui, ubicunque sententiam clariorem et faciliorem reddere videbantur. Exempli gratia, verba *ὑμεῖς τε παισὶ*, v. 309. lunulis inclusa exhibui, ut sine meo monitu cerneret lector verbum *προσείλθετε* ad *τέκνα* referendum esse. Sed nunquam utiliores sunt hæ notæ, quam cùm duo *τε* sibi respondentia, vel *μὲν* et *δὲ*, longiori intervallo separantur, interpositis aliis particulis, vel etiam, quod sæpe fieri solet, integra sententia. Vide nostræ fabulæ vv. 338. 912. *Elmsl.*

Ἐλευθέρα τε γαῖ', ἐν ᾗ βεβήκαμεν.
ΚΟ. Βούλει πόνον μοι τῆδε προσθεῖναι χερί;
ΙΟ. Οὔτοι βίᾳ γε μ', οὐδὲ τούσδ' ἄξεις λαβών.
ΚΟ. Γνώσει σύ. μάντις δ' ἦσθ' ἄρ' οὐ καλὸς τάδε.
ΙΟ. Οὐκ ἂν γένοιτο τοῦτ' ἐμοῦ ζῶντός ποτε.
ΚΟ. Ἄπαιρ'. ἐγὼ δὲ τούσδε, κἂν σὺ μὴ θέλῃς,
Ἄξω, κομίζων οὗπέρ εἰσ' Εὐρυσθέως.
ΙΟ. Ὦ τὰς Ἀθήνας δαρὸν οἰκοῦντες χρόνον,

Et libera terra, in quam ingressi sumus.
Cop. Vis addere huic meæ manui laborem?
Iol. Nunquam me, neque hos captos per vim abduces.
Cop. Cognosces: nec bonus vates quoad hæc fuisti.
Iol. Non fiet hoc me vivente unquam.
Cop. Discede: ego enim hos, quamvis tu nolis,
Abducam, Eurystheo traditurus, cujus sunt.
Iol. O qui Athenas longum habitatis tempus,

65. Γνώσῃ σύ. μάντις δ' οἶσθ' ἄρ' 68. νομίζων 69. Ὦ τὰς Ἀθηναίας

60. Levi mendo laborare videtur locus ex Oreste, quem ad hunc versum allegat Barnesius. V. 936. Μόλις δ' ἔπεισε μὴ πετρουμένους θανεῖν Τλήμων Ὀρέστης. Quæ scriptura, ni fallor, significat reum difficulter judicibus persuasisse, ut ne ipsi lapidati morerentur. Lege, πετρούμενος. *Elmsl.*

λεύσιμος δίκη] *Lapidatio.* vid. Orest. v. 436. et v. 607. Bacch. 351. *Musg.*

λεύσιμος μένει δίκη] Antiqua maleficorum pœna, obrui lapidibus, non modo adulterorum, ut Homerus de Paride, Λάϊνον ἕσσο χιτῶνα, sed et matricidarum, ut sæpe in Oreste: Λεύσιμος δίκη, est θάνατος λιθοβολιστικὸς, ἢ δίκη διὰ τῆς λιθοβολίας: sic Orest. v. 607. Σοὶ σῇ τ' ἀδελφῇ λεύσιμον δοῦναι δίκην. Alias hanc mortem dixit λεύσιμον πέτρωμα, ut Orest. v. 436. θανεῖν ὑπ' ἀστῶν λευσίμῳ πετρώματι. Et πετρούμενον θανεῖν pro *lapidari*, ut Orest. v. 936. Μόλις δ' ἔπεισε μὴ πετρουμένους θανεῖν. Quod Nonnus diceret — πετρήεντι καταχρύπτεσθαι χιτῶνι. *Barnes.*

61. Βωμὸς ἀρκέσει θεοῦ] Zenobius, ut testatur Brodæus, Herculis liberos πρὸς τὸν τοῦ Ἐλέου βωμὸν profugisse commemorat; idem facit et Apollodorus supra citatus in argumento Græco huic fabulæ præfixo. Quin Servius, illos sibi primos asylum, hoc est templum Misericordiæ, collocasse. *Barnes.*

64. Vim particularum οὔτοι—γε in hoc versu melius Anglice quam Latine explicare possum. *Surely you will not take us away by force. Elmsl.*

ΙΟ. Οὔτοι βίᾳ γέ μ' οὐδὲ τούσδ' ἄξεις λαβών.
ΚΟ. Γνώσῃ σύ· μάντις δ' οἶσθ' ἀρ' οὐ καλὸς τάδε.

Vertunt *cognosces: Neque bonus vates hæc nosti.* Sed hoc balbutire est. Mirum ni scripserit tragicus:

γνώσῃ σύ· μάντις δ' ἴσθ' ἀρ' οὐ καλὸς τάδ' ὤν.

Scito, te in hac quidem re non bene divinasse, quid futurum sit. Notum idioma, quo Euripides frequenter utitur. vide Brunck. in Eurip. Bacch. v. 184. *Jacobs.*

65. Mallem ἦσθα pro οἶσθα, aut ἴσθι et τάδ' ὤν. Reiskius. Priorem Reiskii conjecturam confirmant E. G. Permutantur ἦσθα, et οἶσθα etiam in Iph. A. 325. 344. Iph. T. 593. Passim autem legitur ἦσθ' ἄρα pro ἦσθα. Noster Or. 1684. Οὐ ψευδόμαντις ἦσθ' ἄρ', ἀλλ' ἐτήτυμος. Iph. T. 1310. Ἀλλ' ἔλεγον αἵδε (κἄμ' ἀπήλαυνον δόμων) Ὡς ἐκτὸς εἴης. σὺ δὲ κατ' οἶκον ἦσθ' ἄρα. Sic enim legendum opinor. *Elmsl.*

Ἀμύνεθ᾽. ἱκέται δ᾽ ὄντες ἀγοραίου Διὸς,
Βιαζόμεσθα, καὶ στέφη μιαίνεται,
Πόλει τ᾽ ὄνειδος, καὶ θεῶν ἀτιμία.

ΧΟΡΟΣ.

Ἔα, ἔα, τίς ἡ βοὴ βωμοῦ πέλας
Ἕστηκε; ποίαν ξυμφορὰν δείξει τάχα;=
ΙΟ. Ἴδετε τὸν γέροντ᾽ ἀμαλὸν ἐπὶ πέδῳ

Opem ferte. Jovis enim Agoræi cum simus supplices,
Vim patimur, et supplicum ramilana-velati polluuntur,
Urbi probrum, et Deorum contumelia.

CHORUS.

Ehem, ehem. Quisnam clamor prope aram
Excitatus auditur? quam calamitatem mox ostendet?
Iol. Aspicite *me* senem debilem, humi

74. συμφορὰν   75. τὸν γέροντα μᾶλλον

ἦσθ᾽ ἄρ᾽] Ita MSS. E. G. Ed. Ald. οἶσθ᾽ ἄρ᾽. Pari scommate Ægisthum illudit Orestes, Soph. Electr. v. 1510. *Musg.*

67. Ἄπαιρ᾽.] Hoc dicens, Iolaum violenter ab ara avellit et humi prosternit Copreus. *Elmsl.*

68. Κομίζων P. E. Sensus est, κομίζων (αὐτοὺς) Εὐρυσθεῖ, οὗπέρ εἰσι (δοῦλοι). Ita fere noster El. 855. ἔρχεται δέ σοι Κάρα 'πίδειξιν, οὐχὶ Γοργόνος, φέρων, Ἀλλ᾽ ὃν στυγεῖς Αἴγισθον. Interpretare, ἀλλ᾽ Αἰγίσθε, ὃν στυγεῖς. Quoties autem permutentur κομίζειν et νομίζειν, nihil attinet dicere. In versu ex Æschyli Choëphoris, quem ad v. 110. citat Brodæus, νομίζων male scripsit Brodæus, cum recte apud tragicum legatur κομίζων. *Elmsl.*

69. Ὦ τὰς Ἀθήνας edd. recentiores. Vide Aristoph. Eq. 159. *Elmsl.*

Ἀθήνας δαρὸν οἰκοῦντες χρόνον,] Athenienses Αὐτόχθονας notat, eoque nomine iis gratissimo ad auxilium suum magis illos excitandos putat. Vid. Joh. Meursii libellum de fortuna Athenarum, c. 1. et quæ nos ad Ion. v. 29. *Barnes.*

70. Si ἀγορὰ Marathone fuit, veri simile est Jovis Ἀγοραίου aram ibi fuisse. Ad Ἐλέου aram Athenis supplices consedisse Herculis liberos auctor est Apollodorus, quem vide ad v. 860. Herodotus V. 46. Οἱ γάρ μιν Σελινούσιοι ἐπαναστάντες ἀπέκτειναν καταφυγόντα ἐπὶ Διὸς ἀγοραίου βωμόν. *Elmsl.*

Hesychius: Ἀγοραίου Διός. βωμὸς Ἀθήνησι. Scholiastes ad Aristoph. Equit. v. 408. Ἀγοραῖος Ζεὺς ἵδρυται ἐν τῇ ἀγορᾷ καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. Verum, nisi alius fuit Marathone Jupiter Ἀγοραῖος, necesse est, ut sui oblitus sit Poëta, qui scenam ibi constituerit, v. 81. vid. et v. 849. *Musg.*

ἀγοραίου Διὸς,] Jupiter ita Atheniensibus dictus, quod in foro templum habuit, licet id paucis notatum: Hinc Æschyl. Eumenid. Ἀλλ᾽ ἐκράτησε Ζεὺς Ἀγοραῖος. Aristophan. Equit. fol. 212. Ἦ μή ποτ᾽ Ἀγοραίου Διὸς σπλάγχνοισι παραγενοίμην. Scholiast. Ἀγοραῖος Ζεὺς ἵδρυται ἐν τῇ Ἀγορᾷ καὶ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἤγουν Ἀθήνησιν. *Barnes.*

71. στέφη μιαίνεται,] Vide ad v. 125. *Elmsl.*

75. Vera hujus loci scriptura unice Hesychio debetur, cujus glossa ita se habet: Ἀμαλόν. ἁπαλὸν, ἀσθενῆ. Εὐριπίδης Ἡρακλείδαις δηλοῖ. Quæ verba primus, ni fallor, ad nostrum locum retulit Wesselingius Probabil. cap. 5. p. 38. ab Heathio indicatus. Retulerunt etiam Reiskius aliique. Τὸν γέροντα μέλεον conjecit Scaliger. *Elmsl.*

Χύμενον, ὦ τάλας.
ΧΟ. Πρὸς τοῦ ποτ' ἐν γῇ πτῶμα δύστηνον πίτνεις;
ΙΟ. Ὅδ', ὦ ξένοι, με, σοὺς ἀτιμάζων θεοὺς,
Ἕλκει βιαίως Ζηνὸς ἐκ προβωμίων.
ΧΟ. Ὅδ' ἐκ τίνος γῆς, ὦ γέρον, τετράπτολιν
Ξύνοικον ἦλθες λαόν; ἢ πέρα-

Fusum: O me, miserum!
Cho. A quonam *prostratus*, humi, casu misero jaces?
Iol. Iste, O hospites, me, contemnens tuos deos,
Trahit violenter ex vestibulo aræ Jovis.
Cho. Hiccine? ex qua terra, O senex, ex-quatuor-civitatibus-collectum
Simul habitantem populum venisti?

77. πιτνεῖς;

τὸν γέροντ' ἀ — μαλὸν] Sic optime emendant viri summi, Hemsterhusius et Wesselingius, viam monstrante Hesychio, qui sic: ἀμαλὸν, ἁπαλὸν, ἀσθενῆ. Εὐριπίδης Ἡρακλείδαις δηλοῖ. Phavorinus per duplex λ scribit, favente Ed. Ald. quæ γέροντα μᾶλλον hic exhibet. *Musg.*

Etiam Schultens ap. Reisk. ἀμαλὸν legit. Heathius ita versus digerit:

Ἴδετε τὸν γέροντ'
Ἀμαλὸν ἐπὶ πέδῳ.

ut sint penthemimeres trochaicæ. *Beck.*

77. Χύμενον,] Participium veteris aoristi, qui aliquoties apud Homerum legitur. Male ἐχύμην, ἐλύμην, ἐβλήμην, ἐλέγμην, et similia, ex præterito plusquam perfecto per ἀφαίρεσιν nata esse statuunt grammatici. Tantum inter χύμενος et κεχυμένος interest, quantum inter θέμενος et τεθειμένος. Usurpat hoc participium etiam Æsch. Choëph. 399. Eum. 263. et fortasse noster Herc. 1045. ubi vulgo κεχυμένος. *Elmsl.*

Χύμενον,] Virgil. *fusique per herbam indulgent vino.* Æneid. IX. v. 164. iterumque, v. 722. *fuso germanum corpore cernit.* *Musg.*

Aut κείμενον, aut κεχυμένον, leg. *Reisk.*

77. πίτνεις P. E. Πιτνῶ verbum circumflexum esse statuerunt grammatici, cujus aoristus esset ἔπιτνον. Hinc passim apud Euripidem reperias πιτνῶ, πιτνεῖς, πιτνεῖ, πιτνοῦσι, πιτνεῖν, πιτνῶν, πιτνὼν, πιτνοῦσα, πιτνοῦντες, πιτνόντες, et similia; nunquam πίτνω, πίτνεις, πίτνει, πίτνουσι, πίτνειν, πίτνων, πίτνουσα, πίτνοντες. Diversæ sunt ejusdem verbi formæ πίπτω et πίτνω, ut μένω, et μίμνω. Veram scripturam ab Heathio propositam, celato Heathii nomine adoptavit Brunckius apud Soph. Œd. C. 1754. Ω τέκνον Αἰγέως, προσπίτνομέν σοι. Quod paullo ante in eadem fabula, v. 1732. legitur, ἔπιτνε, præteritum imperfectum est. Apud nostrum Supplic. 701. πιτνόντων participium esse præsentis temporis ostendunt alia duo participia in eadem sententia, ἐκκυβιστώντων et λειπόντων. *Elmsl.*

80. Ζηνὸς ἐκ προβωμίων.] Si hæc ara Misericordiæ, quomodo hic Jovis dicitur? In Jovis Agoræi templo erat Misericordiæ ara; vel Jovis ara simul cum Misericordiæ ara erigebatur, vel Jovis nomine vocatur Misericordiæ ara, eo quod, ut Homerus ait. (Odyss. ζ'. v. 207. et ξ'. v. 58.) πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες Ξεῖνοί τε πτωχοί τε. Unde Ξένιος et Ἱκέσιος dicitur. Vid. quæ Scholiastes ad Hecub. v. 345. *Barnes.*

81. Notam interrogationis post ὅδ' habent omnes edd. præter Aldinam et Hervagianam primam. *Hiccine* omnes interpretes. Ὅδ' nostro loco δεῦρο significare monui ad Marklandi Suppl. 21. (*Quarterly Review,* VII. p. 446.) Vide nostræ fabulæ, vv. 49. 119. 929. Plura dabit Blomfieldius ad Æsch. Prom. 977. (940. Stanl.) p. 182. ed. secundæ. *Elmsl.*

τετράπτολιν] Atticæ pars erat Tetrapolis, ex quatuor oppidis [δήμοις] constans, quorum unum erat Marathon. Strabo Lib.

θεν ἁλίῳ πλάτᾳ
Κατέσχετ' ἐκλιπόντες Εὐβῶδ' ἀκτάν;
ΙΟ. Οὐ νησιώτην, ὦ ξένοι, τρίβω βίον,
'Αλλ' ἐκ Μυκηνῶν σὴν ἀφίγμεθα χθόνα.
ΧΟ. Ὄνομα τί σε, γέρον, Μυκηναῖος ὠ-
νόμαζεν λεώς;

An ex ulteriori loco, marino remo
Appulistis, relicto Euboico littore?
Iol. Non ago, O hospites, insularem vitam:
Sed ex Mycenis *ad* tuam terram venimus.
Cho. Quo nomine te, O senex Mycenæus
Appellat populus?

84. Εὐβοΐδ' ἀκτάν;

87, 88. ὠνόμαζε λαός;

VIII. p. 383. Ξοῦθος δὲ τὴν 'Ερεχθέως θυγατέρα γήμας ᾤκισε τὴν τετράπολιν τῆς 'Αττικῆς· Οἰνόην, Μαραθῶνα, Προβάλινθον καὶ Τρικόρυθον. Aristophanes Lysistr. v. 285. ad pugnam Marathoniam respiciens:

μὴ νῦν ἔτ' ἐν Τετραπτόλει τοὐμὸν τρόπαιον εἴη.

Commemorat quoque Diod. Sic. Lib. IV. c. 57. XII. c. 45. ut et Scholiastes Sophoclis ad Œd. Col. v. 689. *Musg.*

Τετράπτολιν ξύνοικον ἦλθες λαόν;] Ita olim Attica vocabatur Τετράπολις, ut testatur Strabo Lib. VIII. Ξοῦθος δὲ, τὴν 'Ερεχθέως θυγατέρα γήμας, ᾤκισε τὴν Τετράπολιν τῆς 'Αττικῆς, Οἰνόην, Μαραθῶνα, Προβάλινθον καὶ Τρικόρυθον. Sophocl. Scholiast. Διὸ Λακεδαιμόνιοι, τὴν λοιπὴν γῆν δῃοῦντες, τῆς μὲν Τετραπόλεως ἀπέσχοντο διὰ τοὺς 'Ηρακλείδας. Theseus vero, ut Plutarchus refert, συνῴκισε τοὺς τὴν 'Αττικὴν κατοικοῦντας εἰς ἓν ἄστυ, καὶ μιᾶς πόλεως ἕνα δῆμον ἀπέφηνε. *Brodæus.*

82. s. Ἠ πέραθεν] Minus recte Barnesius. Superiora verba de regionibus accipienda sunt, ex quibus terrestri itinere in Atticam veniendum erat. Sensus igitur est, *Terra marine huc advenistis?* *Elmsl.*

83. Πέραθεν] 'Εκ τοῦ πέραν. Hinc ἀντιπέραν et ἀντιπέρηθεν, πέρηθεν et περαιόθεν, scribitur et πέρας et πέρα. Vid. Lexica. Ibidem. 'Αλίῳ πλάτᾳ] Attice pro ἁλίᾳ, ab ἅλς mare: Πλάτα, remus, pro navis. Synecdoche. *Barnes.*

84. Κατέσχετ'.] *Huc appulistis.* Brodæus. Vide Cycl. 222. Hel. 1206. Metro convenientius esset κατέχετ', quod reponit Hermannus de Metris, p. 245. Sed vereor ut quisquam κατέχετε hac significatione unquam dixerit. Κατίσχετε tragicum dicturum fuisse arbitror, si verbum præsentis temporis postulasset sententia. Νῆα κατισχέμεναι Homerus Od. λ'. 455. Κατίσχει τὰς νῆας, Herodotus VIII. 40. Futurum, ni fallor, fuit κατασχήσω, non καθέξω. Κατίσχουσιν Thucydides VII. 33. κατασχήσουσιν, IV. 42. Adde Æschylum apud Strabonem X. p. 447. *Elmsl.*

85. Herodotus VI. 102. Ἦν γὰρ ὁ Μαραθὼν ἐπιτηδεώτατον χωρίον τῆς 'Αττικῆς ἐνιππεῦσαι, καὶ ἀγχοτάτω τῆς 'Ερετρίης. Ceterum Εὐβῶδ' pro Εὐβοΐδ' scripsi. Εὐβωΐς per Ω dixisse veteres Atticos plus uno argumento demonstrari potest. Primum, feminina in ΙΣ desinentia, nunquam brevem vocalem ante terminationem adsciscunt. Verbi caussa, non Νηρεΐς, sed Νηρηΐς dicimus. Deinde Εὐβωΐς aliquoties metro necessarium est. Soph. Trach. 237. 'Ακτή τις ἔστ' Εὐβωΐς, ἔνθ' ὁρίζεται. Ibid. 401. Εὐβωΐς. ὧν δ' ἔβλαστεν, οὐκ ἔχω λέγειν. Vulgo quidem utrobique legitur Εὐβοιίς. Sed diphthongum cujus subjunctiva vocalis sit I, alteri I nunquam præmittere Atticos, omnibus satis notum est. Nostro loco adhibetur crasis, adhibenda quoque in Ion. 60. El. 442. Rhadam. fr. 1. Sic etiam Soph. Trach. 74. et Ion Chius apud Strabonem I. p. 60. Plura hujus vocis exempla apud Atticos poëtas

ΙΟ. Τὸν Ἡράκλειον ἴστε που παραστάτην
Ἰόλαον. οὐ γὰρ σῶμ' ἀκήρυκτον τόδε.
ΧΟ. Οἶδ', εἰσακούσας καὶ πρίν. ἀλλὰ τοῦ ποτε
Ἐν χειρὶ σᾷ κομίζεις κόρους
Νεοτρεφεῖς, φράσον.
ΙΟ. Ἡρακλέους οἵδ' εἰσὶ παῖδες, ὦ ξένοι,
Ἱκέται σέθεν τε καὶ πόλεως ἀφιγμένοι.—
ΧΟ. Τί χρέος; ἢ λόγων πόλεος, ἔνεπέ μοι,

Iol. Herculeumne forte novistis armigerum
Iolaum? Nam hæc persona non *est* incelebris.
Cho. Novi et ante audito *ejus nomine.* Sed cujusnam in
Manu tua gestas pueros
Impuberes dic.
Iol. Herculis isti sunt filii, O hospites,
Supplices tui civitatis *huc* venientes.
Cho. Quam ob causam? dic mihi, an civitatis colloquium

89. ἴστέ που 90. Ἰόλαον; 91. ἀλλὰ ποῦ ποτ' ἐν 92. Ἐν omittit Aldus. 96. πόλεως ἔννεπέ μοι.

non reperi. Εὐβοϊκὸς per O habet noster Hel. 767. Τὰ Ναυπλίου τ' Εὐβοϊκὰ πυρπολήματα. Hoc ab Εὐβοεὺς fit. Nam ab Εὐβοιεὺς fieret Εὐβωϊκὸς, ut a στοιὰ στωϊκός. Photius: Εὐβοιεῖς, οὐκ Εὐβοεῖς. Opinor veteres utrumque dixisse. *Elmsl.*

85. Incertus Rhes. 697. Ἢ νησιώτην σποράδα κέκτηται βίον. *Elmsl.*

Εὐβοῒδ' ἀκτὰν;] Eubœam reliquisse eos conjicit, utpote Marathoni vicinam. *Musg.*

87. s. Ὠνόμαζεν λεώς P. E. Noster Iph. A. 281. Οὓς Ἐπειοὺς ὠνόμαζε πᾶς λεώς. *Elmsl.*

89. ἴστε που] *Nostis fortassc.* Brodæus. Minus recte interrogative Portus aliique omnes. Vide ad Marklandi Supplic. 116. *Elmsl.*

90. παραστάτην] Confer Ion. v. 192. Pausan. p. 17. *Musg.*

91. Ego τοῦ ποτε malim. *Cujusnam rei gratia.* Brodæus. *Cujus viri* recte H. Stephanus. Τοῦ ποτ' ἐν edd. recentiores. Ego præpositionem in sequentem versum rejeci. *Elmsl.*

Σῶμα τόδε] Pro Ἐγὼ, ὁ Ἰόλαος. Sic Ἡρακληείη βίη, Ἑρμιόνης δέμας et corpus Turni periphrastice dicuntur; ut supra diximus ad Iphig. Aul. v. 417. et Iphig. Taur. v. 1441. vid. infra v. 529. Iolaus autem fuit Herculis armiger et belli socius et auriga; ut patet ex poëmate, Herculis Scuti nomine insignito, Hesiodo attributo, v. 77, etc. Ὅς ῥά τοθ' ἡνίοχον προσέφη, κρατερὸν Ἰόλαον, etc. Pausanias quoque in Atticis, fol. 17. lin. 17. Ἀλκμήνης τε βωμὸς καὶ Ἰολάου πεποίηται, ὃς τὰ πολλὰ Ἡρακλεῖ συνεπόνησε τῶν ἔργων. Plutarchus in Pelopida: Λέγεται δὲ, καὶ τὸν Ἰόλεων, τοῦ Ἡρακλέους ἐρώμενον ὄντα, κοινωνεῖν τῶν ἄθλων καὶ παρασπίζειν. Quare recte illum Euripides hic vocat Ἡράκλειον παραστάτην, ἤγουν παρασπίζοντα, καὶ παρὰ πλευρᾷ ἱστάμενον ἐν τῷ πολέμῳ. *Barnes.*

92. s. Hæc verba tacite in senarium redegit Barnesius, Χερὶ σᾷ κομίζεις νεοτρεφεῖς κόρους, φράσον. Quem secutus est Musgravius. De anapæsto χερὶ σᾷ vide ad v. 1014. Versus 92. meæ ed. constat ex dipodia iambica et syzygia dochmiaca. Sic etiam, vv. 82. 103. Æsch. Suppl. 746. Παροίχομαι, πάτερ, δείματι. *Elmsl.*

τοῦ ποτ'.] Emendatio est Brodæi. Ed. Ald. ποῦ ποτ'. *Musg.*

τοῦ ποτ'] Ita legimus pro ποῦ ποτ' Aldino. Vide Henr. Stephanum; quam lectionem responsum confirmat: Τίνος εἰσὶν οἱ παῖδες; Ἡρακλέους. *Barnes.*

Μελόμενοι τυχεῖν;
ΙΟ. Μήτ' ἐκδοθῆναι, μήτε πρὸς βίαν θεῶν
Τῶν σῶν ἀποσπασθέντες εἰς Ἄργος μολεῖν.
ΚΟ. Ἀλλ' οὔτι τοῖς σοῖς δεσπόταις τάδ' ἀρκέσει,
Οἵ σου κρατοῦντες, ἐνθάδ' εὑρίσκουσί σε.
ΧΟ. Εἰκὸς θεῶν ἱκτῆρας αἰδεῖσθαι, ξένε,
Καὶ μὴ βιαίῳ χερὶ δαιμόνων
† Ἀπολείπειν σ' ἕδη.

Expetentes consequi?
Iol. Ne dedantur, neque per vim a Diis
Tuis avulsi Argos redeant.
Cop. Sed tuis dominis hæc non sufficient,
Qui imperium in te habentes, hic inveniunt te.
Cho. Convenit deorum vereri supplices, O hospes,
Neque violenta manu *decet*
Eos Deorum relinquere sedes:

97. Μελομένῳ τυχεῖν.

93. χερὶ Barnesio debetur, ut et νεοτρεφεῖς κόρους. Ed. Ald. χειρὶ et κόρους νεοτρεφεῖς. *Musg.*

96. Ab hoc versu antistrophum incipere censet Hermannus de Metris, p. 245. Si hæc antistrophica sunt, nihil est in stropha quod versui 99. nihil in antistropho quod versibus 91—95. respondeat. Non male post versum 77. collocaretur versus 72. Sed hæ sunt meræ conjecturæ.

Τί χρέος;] *Quid rei est?* Nos, *What is the matter?* Quo sensu usitatius est, Τί χρῆμα; Vid. ad v. 646. Sequentia verba vertunt interpretes, tamquam si pro ἢ legatur ἦ. Sed recte se habet ἤ. Sensus est, *Nisi caussam adventus tui potius civitatis magistratibus quam nobis aperiendam censes.* Confer Coprei verba infra, v. 117. Πόλεος de meo dedi, ἔνεπε ex emendatione Hermanni. *Elmsl.*

Verborum difficilium sensum Prev. edit hunc: "Veulent-ils, dis-moi, obtenir la faculté de parler aux citoyens?" *Beck.*

97. Μελόμενοι] Recte Musgravius, nulla Barnesiani Atticismi habita ratione. *Elmsl.*

Μελόμενοι] Canteri emendatio est. Ed. Ald. μελομένῳ. τυχεῖν autem in hac periodo accusativum χρέος subjectum habet, et genitivum λόγων. Prioris constructionis exemplum vide Phœn. v. 1653. *Musg.*

Μελομένῳ] Canterus et Scaliger μελόμενοι legunt: et certe multo satius ad ἱκέται referetur hæc vocula, quam ad μοι, ut cuivis conferenti videbitur; quum autem Attice μελομένῳ pro μελόμενοι scribi potest, nihil muto. *Barnes.*

Forte, τίνων — δεόμενοι τυχεῖν. Constructio est: τίνων τυχεῖν βουλόμενοι τῆς πόλεως, h. e. ὑπὸ, vel ἀπὸ τῆς πόλεως. aut etiam τίνος χρέους ἢ λόγων — βουλόμενοι (aut βουλομένῳ.) Nam perinde est. Si βουλομένῳ præferatur, ad τυχεῖν subint. part. ὥστε, et post βουλομένῳ verbum κλύειν. *Beck.*

Μελομένῳ non potest Attice poni pro μελόμενοι, quod putabat Barn. — Ad finem versus interrogationis nota ponenda. *Heath.*

98. s. Vide ad v. 222. *Elmsl.*

101. Hoc etiam versu, æque ac sequentibus, Chorum alloquitur Iolaus. *Heath.*

103. χειρὶ] Edd. omnes præter Aldinam et Hervagianam primam. *Elmsl.*

104. Ἀπολείπειν] *Despicere contem-*

Πότνια γὰρ δίκα τάδ' οὐ πείσεται.
ΚΟ. Ἔκπεμπέ νυν γῆς τῆσδε τοὺς Εὐρυσθέως,
Κοὐδὲν βιαίῳ τῇδε χρήσομαι χερί.
ΧΟ. Ἄθεον ἱκεσίαν † μεθεῖναι πόλει

Veneranda enim Dice hæc non tolerabit.
Copr. Ejice nunc ex *hac* terra hos Eurysthei *servos*,
Et non utar hac manu violenta.
Cho. Impium *est* civitatem negligere supplicem

106. ἔκπεμπε νῦν γῆς τούσδε 108. F. μεθεῖναι πάλιν vel μεθεῖναί τινι

nere. Brodæus. Ἀπολέπειν, *decorticare*, hoc est, ἀποτυλᾶν, *vi denudare suis supplicibus insessoribus.* Reiskius. Brodæi interpretationem cum vulgata scriptura conciliare nequeo. Reiskii conjecturam, qua nullam unquam ῥεισκιωδεστέραν vidi, Hermanno placuisse miror. Heathius vocativum ξένε et pronomen σ' ad Iolaum pertinere censet. Musgravius ἀπολείπειν σφ' ἕδη conjicit. Manifestum est, metro convenientius esse ἀπολιπεῖν quam ἀπολείπειν. Sed cum censeam poëtam neque ἀπολείπειν neque ἀπολιπεῖν scripsisse, vulgatam scripturam non muto. *Elmsl.*

ἀπολείπειν σ'.] Hoc si verum est, ad Iolaum convertitur oratio, quod admodum hoc loco invenustum est. Lego igitur: ἀπολείπειν σφ', *Æquum est vereri deorum supplices, O hospes, non, ut ii violenta manu Numinum sedes relinquant.* *Musg.*

Δαιμόνων ἀπολείπειν σ' ἕδη] Chorus, nuper Copreum allocutus, nunc ad Iolaum convertit orationem; neque te fas est Divum altaria remittere. Non enim justitia id patietur, ut, quæ homicidas aliquamdiu possunt altaria defendere, ea hospitibus et afflictis asylum non præbeant. *Barnes.*

106. τῆσδε P. E. Quæ mutatio, ni fallor, vim aliquam sententiæ addit, quasi dicat Copreus, Ἔκπεμπε γῆς τῆσδε τοὺς αὐτῇ μὴ προσήκοντας. Nullæ fere voces toties in vulgatis libris permutantur, quam pronominis τῆσδε casus. Exempla haud pauca in hac ipsa fabula reperiet lector. Quibus duo addam nostro loco simillima. Soph. Œd. C. 785. πόλις δέ σοι (malim, πόλις δὲ σὴ) Κακῶν ἄνατος τῆσδ' ἀπαλλαχθῇ χθονός. Τῶνδ' libri omnes ante Brunckium. Eurip. Hippol. 1148. Ποῖ γῆς ἄνακτα τῆσδε Θησέα μολὼν Εὕροιμ' ἄν. Τόνδε Cod. Flor. apud Valckenarium. *Elmsl.*

108. Major difficultas in verbis μεθεῖναι πόλει. Omnes interpretes ἄθεον cum πόλει conjungunt, vertentes, *Impium* est *civitatem negligere supplicem hospitum supplicationem.* Quasi vero μεθεῖναι *negligere* significet. Scilicet μεθεῖναι et παρεῖναι confundunt. Μεθεῖναι πόλει, ni magnopere fallor, nihil aliud significare potest quam *dedere* aut *tradere civitati*, Argivæ scilicet sive Mycenææ. Sed vehementer suspicor poëtam scripsisse μεθεῖναι πάλιν aut μεθεῖναί τινι, scriptorem autem codicis e quo nata sunt vulgata exemplaria, literarum compendio deceptum esse. Priori scripturæ accedit auctoritas ex Æsch. Suppl. 344. ΒΑ. Πῶς οὖν πρὸς ὑμᾶς εὐσεβὴς ἐγὼ πέλω; ΧΟ. Αἰτοῦσι μὴ 'κδῷς παισὶν Αἰγύπτου πάλιν. Πόλει pro πάλιν habent edd. omnes præter nuperam Gaisfordii apud Eurip. Suppl. 470. Sed nostro loco nihilo deterius esset μεθεῖναί τινι. Noster Med. 726. Μενεῖς ἄσυλος, κοὔ σε μὴ μεθῶ τινι. Ita Lascaris et Codd. plerique. Μεθῶ ποτε Aldus. Permutantur ποτὲ et πόλει in Phœn. 249. *Elmsl.*

Ἄθεον, ἱκεσίαν μεθεῖναι πόλει Ξένων πρὸς τὸ πᾶν] Ingeniose, uti solet, Canterus, et Scaligerum istius lectionis laudatorem habet, προστροπὰν legit; vel etiam προστρόπων, pro προστροπαίων, sed prius antefero: ni et προστροπαίαν legatur: id enim melius ad ἱκεσίαν referetur, quam προστροπήν. Nec vulgata lectio est prorsus respuenda. Hic enim est sensus: Ἄθεον μέν ἐστι τῇ πόλει πρὸς τὸ πᾶν, παντελῶς καὶ ἀβασανίστως μεθεῖναι καὶ ὀλιγωρεῖν. *Barnes.*

109. Malim, si divinare liceat, προστρό-

Ξένων προστροπάν.
ΚΟ. Καλὸν δέ γ᾽ ἔξω πραγμάτων ἔχειν πόδα,
Εὐϐουλίας τυχόντα τῆς ἀμείνονος.==
ΧΟ. Οὐκ οὖν τυράννῳ τῆσδε γῆς φράσαντά σε

Hospitum supplicationem.
Cop. Præclarum vero *est* extra negotia habere pedem,
Nactum imprudentiam meliorem.
Cho. Ergo regi hujus agri te declaratis

109. Ξένων πρὸς τὸ πᾶν 112. οὐκοῦν

πων vel προστροπάν. Canterus. Προστροπὰν primus edidit Musgravius. Æsch. Choëph. 18. Πυλάδη, σταθῶμεν ἐκποδὼν, ὡς ἂν σαφῶς Μάθω, γυναικῶν ἥτις ἥδε προστροπή. *Elmsl.*

προστροπάν.] Canteri emendatio est. Ed. Ald. πρὸς τὸ πᾶν. ἱκεσιαν, quod Barnesius non intellexisse videtur, ab ἱκέσιος adjectivo est, cujus exemplum vide Hecub. v. 345. infra v. 518. *Musg.*

109. s. ἄθεον ἱκεσίαν μεθεῖναι πόλει
ξένων ΠΡΟΣ ΤΟ ΠΑΝ

(qui versus inverso ordine leguntur in edit. Hervag. MDXXXVII.) non solum ingeniosissima verum etiam, si qua alia, verissima est Canteri emendatio

ξένων ΠΡΟΣΤΡΟΠΑΝ

Sophocl. Œdip. Col. 557. δύσμορ᾽ Οἰδίπου, τίνα

πόλεως ἐπέστης ΠΡΟΣΤΡΟΠΗΝ ἐμοῦ τ᾽ ἔχων.

προστροπαίοι λιταὶ sunt in eadem Tragœdia. v. 1309. et προστρέπειν, v. 50.

πρὸς νῦν θεῶν, ὦ ξεῖνε, μή μ᾽ ἀτιμάσῃς
τοιόνδ᾽ ἀλήτην, ὧν σε προστρέπω φράσαι.

Redeat hoc verbum postliminii jure in locum Maximi Tyrii, unde jamdiu exulat; qui locus est in Diss. VIII. 5. p. 138. T. I. ed. Reisk. Γυναικὶ Αἰγυπτίᾳ θρέμμα ἦν κροκοδείλου σκύλαξ. ἐμακάριζον οἱ Αἰγύπτιοι τὴν γυναῖκα ὡς τιθηνουμένην θεὸν. τινὲς δὲ αὐτῶν καὶ ΠΡΟΣΕΘΡΥΠΤΟΝΤΟ καὶ αὐτὴν καὶ τὸν τρόφιμον. Varie tentarunt vocem προσεθρύπτοντο, quam Reiskius tamen defendi posse existimabat, vertens: *landiebantur illi exquisitis lenociniis.* At vel hoc sensu admisso, qui an huic verbo tribui possit, fere dubito, nihilominus tamen corruptum videri debet. Requirit enim contextus aliquid quod majus sit atque fortius quam τὸ μακαρίζειν, ut satis apparet ex ipsis Maximi verbis: τινὲς δὲ αὐτῶν καὶ πρ. Manu ad veram lectionem ducit scriptura Codicis reg. qui προσετρίπτειτο habet. Lego igitur nulla fere mutatione: τινὲς δὲ αὐτῶν καὶ ΠΡΟΣΕΤΡΕΠΟΝΤΟ καὶ αὐτὴν καὶ τὸν τρόφιμον. *Jacobs.*

110. s. Hæc leguntur apud Stobæum LVIII. p. 374. ubi ante Grotium vulgo legebatur, Καλὸν δ᾽ ἔξω.

110. Huic simile adagium a Zenobio profertur III. 62. Ἐκτὸς πηλοῦ πόδας ἔχεις. ἐπὶ τῶν ἔξω κινδύνου καθεστώτων. Æschylus Choëph. 695. Ἔξω κομίζων ὀλεθρίου πηλοῦ πόδα. Idem Prom. 263. Ἐλαφρὸν, ὅστις πημάτων ἔξω πόδα Ἔχει, παραινεῖν νουθετεῖν τε τοὺς κακῶς Πράσσοντας. [Eurip. Hippol. 1288. Πήματος ἔξω πόδα τοῦδ᾽ ἀνέχεις.] Brodæus. *Elmsl.*

πόδα,] Confer Æsch. Prometh. v. 263. Choëph. v. 693. huic fab. v. 169. Suid. v. αἴρειν. *Musg.*

111. Εὐβουλίας—τῆς ἀμείνονος.] Exspectasses, γνώμης τῆς ἀμείνονος, vel τῆς ἀμείνονος sine substantivo. Herodotos VII. 16. Ἐπειδὴ τέτραψαι ἐπεὶ τὴν ἀμείνω. Quo sensu πρὸς τὸ κέρδιστον τραπεὶς γνώμης dixit Soph. Aj. 743. *Elmsl.*

Εὐβουλίας—τῆς ἀμείνονος.] Facile hoc intelligas, si εὔϐουλος non *prudens* tantum, sed *æquus, humanus, probus*, significat. Neque id sane vero absimile est; quandoquidem ἄβουλος apud Sophoclem non semel pro *crudeli, immiti*, ponitur. Sic Electr. 548. Trach. 143. *Musg.*

114. Θεῶν ἀφέλκειν] Interpretare, βωμῶν ἀφέλκειν. Sic infra v. 441. dicitur, τίς

Χρῆν ταῦτα τολμᾶν, (ἀλλὰ μὴ βίᾳ ξένους
Θεῶν ἀφέλκειν) γῆν σέβοντ' ἐλευθέραν;
ΚΟ. Τίς δ' ἐστὶ χώρας τῆσδε, καὶ πόλεως ἄναξ;
ΧΟ. Ἐσθλοῦ πατρὸς παῖς Δημοφῶν ὁ Θησέως.
ΚΟ. Πρὸς τόνδ' ἀγών τις ἆρα τοῦδε τοῦ λόγου
Μάλιστ' ἂν εἴη. τἄλλα δ' εἴρηται μάτην.
194. Trachinis mentionem satis illustrant Pausaniæ et Apollodori loca, quæ ad vv. 475. 860. allaturus sum. Achaiam autem hic intellige Thessalicam, aliter Φθιῶτιν appellatam, in qua Trachinem collocat Sophocles apud Strabonem IX. p. 433. Οὕτω καὶ Σοφοκλῆς τὴν Τραχινίαν (f. Τραχῖνα) Φθιῶτιν εἴρηκεν. Fortasse in fabula Φθιώτισιν, unde desumtum est fragmentum Brunckianum incertum CI. Sed plerique Trachinem extra Achaiæ fines in agro Maliaco sitam fuisse narrant. Vide omnino Herodotum VII. 198. seqq. Male Ἀχαιϊκὸν per diphthongum Barnesius. De qua scriptura vide ad v. 84. Æsch. Pers. 488. Κἀντεῦθεν ἡμᾶς γῆς Ἀχαιΐδος πέδον, Καὶ Θεσσαλῶν πόλισμ' ὑπεσπανισμένους Βορᾶς ἐδέξαντ'. Agitur de Xerxis in Asiam reditu post pugnam Salaminiam. Græciæ regiones ab eo peragratas hoc ordine recenset poëta: Bœotiam, Phocidem, Doridem, agrum Maliacum, Achaiam, Thessaliam, Magnesiam, Macedoniam. *Elmsl.*

Οὐ γάρ τι Τραχίς ἐστιν, οὐδ' Ἀχαϊκὸν] Sunt, inquit Henr. Stephanus, qui pro Τραχὶς reponant Τραχὶν, ut sit nomen civitatis, inquiunt. Sed ii, si Stephanum περὶ πόλεων consuluissent, nihil hic mutari deberi didicissent. Hæc ille. Et sane utroque modo scribitur, Τραχὶς et Τραχὶν, de qua urbe, præter eundem Stephanum περὶ πόλεων, adeundus Eustathius in Homer. fol. 320. lin. 19. et Lexicographi. Ceyx autem, Alcyones maritus, tunc temporis erat rex Trachinis, qui Eurysthei minis territus, cum Heraclidas defendere nequivisset, illos ad Athenas cum Iolao misit: Herculis enim amicus erat Ceyx. Vid. Hesiodi Scutum, v. 353. Τρηχῖνα δέ τοι παρελαύνω Ἐς Κήϋκα ἄνακτα· ὁ γὰρ δυνάμει τε καὶ αἰδοῖ Τρηχῖνος προβέβηκε. Hinc Ovid. Metamorph. Lib. XI. Fab. 8. — *Fraterno sanguine sontem (Pelea) Expulsumque domo patria* Trachinia *tellus Accipit. Hic regnum sine vi, sine cæde, regebat Lucifero Genitore satus, patriumque nitorem Ore ferens* Ceyx. *Barnes.*

196. Reisk. conjicit: οἷά περ καὶ νῦν λόγοις, *extollens Argos verbis, ut nunc quoque facis. Beck.*

Τὸ δ' Ἄργος ὀγκῶν, οἷάπερ καὶ νῦν λέγεις,] Forte τότ' Ἄργος legendum, quo referatur καὶ νῦν λέγεις. *Faeshe.*

198. Proculdubio scribendum κρανοῦσι. Æsch. Suppl. 615. Πανδημίᾳ γὰρ χερσὶ

Οὐκ οἶδ' Ἀθήνας τάσδ' ἐλευθέρας ἔτι.
Ἀλλ' οἶδ' ἐγὼ τὸ τῶνδε λῆμα καὶ φύσιν.
Θνήσκειν θελήσουσ'. ἡ γὰρ αἰσχύνη πάρος
Τοῦ ζῆν παρ' ἐσθλοῖς ἀνδράσιν νομίζεται.
Πόλιν μὲν ἀρκεῖ. καὶ γὰρ οὖν ἐπίφθονον
Λίαν ἐπαινεῖν ἐστι. πολλάκις δὲ δὴ

Non novi hasce Athenas liberas amplius *esse*.
Sed novi ego horum animum et ingenium:
Mori *potius* volent. Dedecus enim plus quam
Vita apud bonos viros putatur.
Satis de Urbe. Est enim invidiosum
Immodice prædicare: sæpe enim jam

201. *αἰσχύνη, βάρος* 202. *ἀνδράσι* 204. *Λίαν γ' ἐπαινεῖν*

δεξιωνύμοις Ἔφριξεν αἰθὴρ, τόνδε κραινόντων λόγον. Sæpe permutantur *κραίνω* et *κρίνω*. Infra v. 778. *κρίνεται* pro *κραίνεται* habet E. Κρίνειν pro *κραίνειν* habent omnes edd. in Androm. 980. Νυμφευμάτων μὲν τῶν ἐμῶν πατὴρ ἐμὸς Μέριμναν ἕξει, κοὐκ ἐμὸν κραίνειν τάδε. Sic enim legendum esse constat ex Suppl. 150. Τί δ' εἶπ' Ἀπόλλων, παρθένοις κραίνων γάμον; Noster Phœn. 1676. Ἔκριν' ὁ δαίμων, παρθέν', οὐχ ἃ σοὶ δοκεῖ. Vulgatam scripturam confirmat virginis responsum, Κἀκεῖνο κέκριται, μὴ 'φυβρίζεσθαι νεκρούς. Hic tamen locus a nostro diversus est. Pro verbis ἔκριν' ὁ δαίμων, eodem sensu metroque scribi posset, Ἔδοξε τῷ θεῷ. Ita Alc. 545. Σὺ τῇδε κρίνεις, Ἡράκλεις, κείνη δ' ἐγώ. Quem versum recte comparat Marklandus cum Suppl. 476. Σοὶ μὲν δοκείτω ταῦτ', ἐμοὶ δ' ἐναντία. *Elmsl.*

κρίνουσι] Malebat Barnesius *κραίνουσι*: sed nihil opus. vid. ad Rhes. v. 651. *Musg.*

κρινοῦσι mavult Heath. Ad *λόγους* supplet *κατὰ*, ut Troad. 921. *Beck.*

201. *αἰσχύνη*] In bonam partem accipi potest, pro dedecoris vitandi studio. Quo sensu dicitur *αἰδὼς* supra v. 6. Thucydides I. 84. Αἰδὼς σωφροσύνης πλεῖστον μετέχει, αἰσχύνης δὲ εὐψυχία.

πάρος] Soph. Œd. C. 418. Κᾆθ' οἱ κάκιστοι τῶνδ' ἀκούσαντες, πάρος Τοὐμοῦ πόθου προὔθεντο τὴν τυραννίδα; *Elmsl.*

βάρος] Emendat Tyrwhittus *πάρος*, conferens Ion. v. 485. Neque obstat, quod sic malum bono comparetur. Idem enim et infra videas v. 1012. *Musg.*

Jam Reisk. rescripserat *πάρος, nam verecundia*, studium decori, *potius ipsa vita est viris probis. Beck.*

203. Πόλιν μὲν ἀρκεῖ.] *Quod ad civitatem attinet, satis dictum est. Elmsl.*

Πόλιν μὲν ἀρκεῖ.] Notabilis Ἔλλειψις, est autem honesta aposiopesis; quia veretur homo ingenuus, ne magnæ urbi adulari videatur, cum justas esse laudes libaverit: hunc autem sensum Brodæus huic loco affingit: *Urbs sua satis virtute contenta est, nec alieno Præconio indiget.* Etiam hinc occasionem nactus est Euripid. patriam urbem laudandi; de qua re Nos supra v. 183. Troad. v. 220. et v. 966. *Barnes.*

204. s. Particulam *γε* solenni vitio a librariis additam bis delevi. Eandem sententiam habet noster Or. 1161. Βάρος τι κἂν τῷδ' ἐστὶν, αἰνεῖσθαι λίαν. Iph. A. 979. Αἰνούμενοι γὰρ ἀγαθοὶ, τρόπον τινὰ Μισοῦσι τοὺς αἰνοῦντας, ἢν αἰνῶσ' ἄγαν. *Elmsl.*

206. *τούσδε σώζειν βούλομαι φράζειν* scribit Reisk. *Beck.*

208. Πιτθεὺς μέν ἐστι Πέλοπος.] Pittheus, Pelopis filius, erat Æthræ pater, Æthra autem mater Thesei, qui erat pater Demophontis, ut Nos Supplic. v. 273. Hæc est Thesei atque Demophontis genealogia. *Barnes.*

Πέλοπος.]

Πέλοψ

Πιτθεὺς	Ἀλκμήνη
Αἴθρα	Ἡρακλῆς
Θησεὺς	Ἡρακλεῖδαι.
Δημοφῶν	

Scholiast. Flor. 1. 2.

Καὐτὸς βαρυνθεὶς οἶδ', ἄγαν αἰνούμενος.
Σοὶ δ' ὡς ἀνάγκη τούσδε, βούλομαι φράσαι,
Σώζειν, ἐπείπερ τῆσδε προστατεῖς χθονός.
Πιτθεὺς μέν ἐστι Πέλοπος. ἐκ δὲ Πιτθέως,
Αἴθρα. πατὴρ δ' ἐκ τῆσδε γεννᾶται σέθεν
Θησεύς. πάλιν δὲ τῶνδ' ἄνειμί σοι γένος.

Memini me quoque gravatum esse, quando nimium laudatus fuerim.
Quod autem *sit* necesse tibi, hoc volo dicere, hos
Servare, quandoquidem huic terræ præes.
Pittheus enim *filius* est Pelopis: ex Pittheo vero
Æthra: pater vero ex hac nascitur tuus
Theseus. Rursus vero *repeto tibi* horum genus.

205. ἄγαν γ' αἰνούμενος. 209. F. πατὴρ δὲ τῆσδε

209. Malim, πατὴρ δὲ τῆσδε, omissa præpositione, quam in hujusmodi locutionibus etiam metro repugnante plerumque addiderunt librarii. Vide Soph. Œd. T. 1062. Neque obstat, quod nostro loco, si deleretur præpositio, ambiguum esset utrum τῆσδε cum πατὴρ an cum γεννᾶται conjungendum esset. Ita enim loqui amant tragici. Noster Suppl. 144. Τῷ δ' ἐξέδωκας παῖδας Ἀργείων σέθεν. Noster Med. 1306. Παῖδες τεθνᾶσι χειρὶ μητρῴᾳ σέθεν. *Quod præfert Musgravius*, inquit Porsonus, Παῖδες σέθεν τεθνᾶσι μητρῴᾳ χερί, *non est varia lectio, sed ordo verborum e Scholiaste explicatus. Elmsl.*

210. ἄνυμι S. Quæ non est varia lectio, sed merus librarii error. *Redeo* aut *repeto* omnes interpretes. Imo, *repetam*. Εἶμι enim semper futurum est. Mœris, p. 16. Ἄπεισιν Ἀττικῶς. ἀπελεύσεται Ἑλληνικῶς. Ubi vide Piersonum scriptoresque ab eo laudatos. Futurum ἐλεύσομαι, quod usurpant Æsch. Prom. 853. Suppl. 531. Soph. Œd. C. 1206. Trach. 595. comicis et prosæ orationis scriptoribus fere inusitatum est. Corruptus videtur locus Lysiæ κατὰ τῶν Σιτοπωλῶν, p. 719. ed. Reisk. Ἀλλὰ γὰρ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, οἴομαι αὐτοὺς ἐπὶ μὲν τοῦτον τὸν λόγον οὐκ ἐλεύσεσθαι. Nec multo magis usitata sunt ἠρχόμην, ἔρχου, ἔρχωμαι, ἐρχοίμην, ἔρχεσθαι, ἐρχόμενος, pro quibus plerumque dixerunt Attici ᾖα, ἴθι, ἴω, ἴοιμι, ἰέναι, ἰών. Ἐπερχόμενον habet Æsch. Prom. 98. ἐρχομένα, Soph. Trach. 851. ἐπερχομένῳ, Aristoph. Nub. 311. ἐπήρχοντο, Thucydides IV. 120. προσήρχοντο, ibid. 121. ὑπερχόμενος, Plato Critone, p. 53. E. Xenophon de rep. Athen. II. 14. ἐξέρχοιτο, Xenophon Pæd. IV. 1, 1. ἐπεξερχόμενοι, Antipho, p. 623. ed. Reisk. ὑπέρχεσθαι, Andocides in Alcib. p. 122. Demosthenes in Aristocratem, p. 623. Altera totidem exempla apud Atticos scriptores hodie superstites reperiri posse vix crediderim. Legitur quidem apud Aristoph. Thesm. 504. Ὁ δ' ἀνὴρ περιήρχετ' ὠκυτόκει' ὠνούμενος. Sed suspicor poëtam scripsisse περιῄειν, vel potius περιῆῤῥεν. Ita Pherecrates apud Photium v. Περιέῤῥων: Ζητῶ περιέῤῥων αὐτὸν ἐξ ἑωθίνου. Ἔρχεσθαι, Æsch. Agam. 926. *Elmsl.*

ἄνειμι] MSS. Steph. ἄνυμι, sed male. Moschio apud Stobæum Eclog. Phys. c. 11. πρῶτον δ' ἄνειμι καὶ διαπτύξω λόγῳ. *Musg.*

πάλιν δὲ τῶνδ' ἄνειμί σοι γένος.] Ἄνειμι recte nos *adscendo* interpretati sumus, cum male antea Brodæus, ad commemorandum eorum tibi genus *transeo;* alii autem, simpliciter *commemoro, refero*. Jure quidem utramque sententiam Henricus Stephanus rejicit, sed nec ipse satis hunc locum assecutus videtur; quem ut plenius intelligas, sciendum est, Iolaum a Pittheo, Pelopis filio, descendisse ad Theseum, cujus erat filius ex Phyllide Demophon; at ut affines et consanguineos probet Herculis filios, rursus adscendit ab iis ad Alcmenam filiam Lysidicæ, quæ erat Pelopis filia; qui Pelops pater erat Pitthei, Thesei matris, Æthræ, patris: ac proinde Hercules et Theseus a

Ἡρακλέης ἦν Ζηνὸς Ἀλκμήνης τε παῖς.
Κείνη δὲ Πέλοπος θυγατρός. αὐτανεψίω
Πατὴρ ἂν εἴη σός τε καὶ τούτων γεγώς.
Γένους μὲν ἥκεις ὧδε τοῖσδε, Δημοφῶν.
Ἃ δ' ἐκτὸς ἤδη τοῦ προσήκοντός σε δεῖ
Τῖσαι λέγω σοι παισί. φημὶ γάρ ποτε
Ξύμπλους γενέσθαι, τῶνδ' ὑπασπίζων πατρὶ,

Hercules erat Jovis, et Alcmenæ filius:
Hæc vero Pelopis filia nata. *Ergo* consobrini
Fuerunt tuus pater, et horum pater.
Attingis igitur sic hos genere, O Demophon.
Quæ vero præterea extra cognationem te oportet
Persolvere filiis, dicam tibi: Aio enim quondam
Socius navigationis fuisse Theseo, cum horum Patri essem scutifer,

212. αὐτανεψίω 216. Τίσαι 217. Σύμπλους

matribus erant Pelopidæ, et consobrini. Vide præterea, quæ nos supra ad v. 37. de Heraclidarum et Theseidarum affinitate. Nihil ergo hic ἄνυμι pro ἀνύω, sed ἄνειμι, vel simpliciter ἀνατρέχω, vel ἀνελίσσω, ἀνέρχομαι, vel ἀνὰ γένος εἶμι. Jupiter ex Alcmena genuit Herculem, Alcmena autem illa fuit filia, ut diximus, Lysidicæ, Pelopis filiæ. Est hæc itaque Herculis et Heraclidarum genealogia. *Barnes.*

212. Πέλοπος θυγατρός.] Quam Lysidicen appellat Plutarchus Theseo, p. 4. A. a Brodæo ad v. 37. allegatus, Anaxo Apollodorus II. 4, 5. monente Musgravio. Vide Heynium ad Apollodorum, p. 129. ed. 1803.

Αὐτανεψίω ex Stiblini versione et Brodæi annotationibus primus edidit Portus. *Elmsl.*

Πέλοπος θυγατρὸς.] Nomen ei Lysidice erat. Plutarchus in Theseo, p. 7. Ed. Steph. Αἴθρα — ἦν Πιτθέως θυγάτηρ, Ἀλκμήνη δὲ Λυσιδίκης. Λυσιδίκη δὲ καὶ Πιτθεὺς ἀδελφοὶ, γεγονότες ἐξ Ἱπποδαμείας καὶ Πέλοπος. Alii ex Anaxo, Alcæi filia, creatam Alcmenam tradunt. Apollodor. Lib. II. c. 4. sect. 5. *Musg.*

213. γεγὼς pro γεγῶτε. *Elmsl.*

214. ἥκεις pro προσήκεις, monente Porsono ad Phœn. 372. *Elmsl.*

216. Suspicor Euripidem scripsisse, Τῖσαι λέγω σοι τοῖσδε, et infra vv. 250. 342. Ξὺν τοῖσδε. Vide vv. 24. 37. 53. 64. 67. 138. 141. 153. 154. 159. 172. 195. 206. 210. 213. 214. 217. 221. 230. Noster Phœn. 977. Ἐγὼ γὰρ οὔποτ' εἰς τόδ' εἶμι συμφορᾶς, Ὥστε σφαγέντα παῖδα προσθεῖναι πόλει. Τόνδε *pro* παῖδα *J. et Paraphrastes, non male*, inquit Porsonus. *Elmsl.*

217. Castiga ὑπασπίζειν, et Θησῆ, non Θησεῖ. Brodæus. Quem recte reprehendit Barnesius, quod non viderit ordinem horum verborum esse, φημὶ γάρ ποτε σύμπλους Θησεῖ γενέσθαι, τῶνδ' ὑπασπίζων πατρί. De hac fabula insignem nostri locum ex Herc. 408. hic apponam. Τὸν ἱππευτάν τ' Ἀμαζόνων στρατὸν Μαιῶτιν ἀμφὶ πολυπόταμον Ἔβα, δι' Εὔξεινον οἶδμα, λίμναν, (Τίν' οὐκ ἀφ' Ἑλλανίας Ἄγορον ἁλίσας φίλων;) Κόρας Ἀρείας πέπλων (vox corrupta) Χρυσεόστολον φάρος, Ζωστῆρος ὀλεθρίους ἄγρας. Τὰ κλεινὰ δ' Ἑλλὰς ἔλαβε βαρβάρου κόρας λάφυρα, καὶ Σώζετ' ἐν Μυκήναις. Vide etiam Apollodorum II. 5. 9. ejusque interpretem Heynium. Quare autem hanc expeditionem inter Herculis erga Theseum merita memoret Iolaus, docebit Hyginus, Fab. 30. cujus verba ita dubitanter corrigo: *Hippolyten Amazonum reginam, Martis et Otreræ filiam, interfecit: cui mortuæ aureum balteum detraxit, filiam Antiopam captivam Theseo donavit.* *Elmsl.*

217. s. Σύμπλους γενέσθαι Θησεῖ] Ὑπερασπιστὴς γὰρ ἦν Ἡρακλεῖ. Tzetzes in Lycophron. Ἀδμήτη, ἡ Εὐρυσθέως θυγάτηρ,

Ζωστῆρα Θησεῖ τὸν πολυκτόνον μέτα.
Ἅιδου τ' ἐρεμνῶν ἐξανήγαγεν μυχῶν
Πατέρα σόν. Ἑλλὰς πᾶσα τοῦτο μαρτυρεῖ.
Ὧν ἀντιδοῦναί σ' οἵδ' ἀπαιτοῦσιν χάριν,
Μήτ' ἐκδοθῆναι, μήτε πρὸς βίαν θεῶν
Τῶν σῶν ἀποσπασθέντες ἐκπεσεῖν χθονός.
Σοὶ γὰρ τόδ' αἰσχρὸν † χωρὶς, ἔν τε πόλει κακὸν,

Ad *petendum* baltheum, qui fuit causa-multarum-cædium.
Reduxit autem *idem* ex atris Plutonis recessibus
Patrem tuum. Hoc tota Græcia testatur,
Pro quibus reddere te isti vicissim postulant gratiam,
Ne dedantur, neque per vim a Diis
Tuis avulsi, expellantur *ex hoc* agro:
Tibi enim privatim hoc turpe *fuerit* et dehonestat in urbe

219. ἐρυμνῶν 221. ἀπαιτοῦσι

ἐπεθύμησε τὸν Ἱππολύτης κτήσασθαι ζωστῆρα· καὶ δὴ ἐνὶ πλοίῳ Ἡρακλῆς μετά τε Θησέως καὶ ἑτέρων εἰς Θεμισκύρας λιμένα ἦλθεν, καὶ Ἱππολύτη τὸν ζωστῆρα τούτῳ ὑπέσχετο δοῦναι. Consule Diodorum Siculum, Lib. V. et Zenobium in Parœmia: Οὐκ ἄνευ γε Θησέως. Hæc notavit Joh. Brodæus. Adde his Apollodorum in Biblioth. Lib. II. c. 4. §. 9. Natal. Comit. Mytholog. Lib. VII. c. 1. fol. 687. etc.

ὑπασπίζων] Recte manet, licet Johann. Brodæus errando corrigebat in ὑπασπίζειν. Ita enim se verba habent: ἐγὼ γάρ ποτε γενέσθαι φημὶ Θησεῖ σύμπλους, ὑπασπίζων τῷ Ἡρακλεῖ, πατρὶ τούτων τῶν παίδων. Οὗτος γὰρ Ἀρχηγέτης ἦν τοῦ στόλου, τοῦ μετὰ Ζωστῆρα τῆς Ἱππολύτης διακοσμηθέντος. *Barnes.*

219. ἐρεμνὸς] *Tenebricosus*, *niger*, alibi apud Euripidem non legitur. Bis apud Sophoclem, Ant. 700. Aj. 376. *Elmsl.*

ἐρεμνῶν] Barnesii emendatio est. Ed. Ald. ἐρυμνῶν. *Musg.*

Ἅδου τ' ἐρεμνῶν] Ita ego audacter repono pro ἐρυμνῶν, quod prius in omnibus libris male obtinebat, nec tamen ulli notatum. Ἐρυμνὸς enim, munitus, ab ἔρυμα, ἐρεμνὸς autem quasi ἐρεβεννὸς ab ἔρεβος. Ratio cuivis in promtu est. Nota hæc de Theseo historia; de qua tamen videsis Plutarchum in Theseo. *Barnes.*

Reisk. conjicit: ἐξανηγάγομεν μυχῶν. *Beck.*

222. Versus 222. et 223. a sciolo profecti sunt, qui putabat aliquid ad sententiam desiderari post versum 221. Sed delendi omnino sunt; nec damnum inde patietur Euripides, apud quem supra vv. 99. 100. iidem versus cum levi discrimine rectissime leguntur. Piersonus Verisim. p. 177. Utrobique verba θεῶν τῶν σῶν cum ἀποσπασθέντες conjungunt omnes interpretes, vertentes, *a diis tuis avulsi.* Nec male. Quamquam aliter accipi possunt hi versus, verbis scilicet θεῶν τῶν σῶν ad πρὸς βίαν relatis, eo sensu quo supra v. 79. dicitur, σοὺς ἀτιμάζων θεούς. Vide omnino ad v. 114. *Elmsl.*

Censet Piersonus, hunc et sequentem versum, qui supra etiam leguntur, v. 99, 100. a sciolo hic interpolatos esse, qui putabat, aliquid ad sensum desiderari post, v. 221. Mihi non liquet, cum locus sine illis quodammodo mancus sit, meis saltem auribus non satisfaciat. *Musg.*

πρὸς βίαν χερῶν] Conjicit Reisk. *neque per vim abstrahi, avelli a tuis manibus.* *Beck.*

224. Σύ] Castiga, σοὶ γὰρ τόδ' αἰσχρόν. Brodæus. Σοὶ edd. omnes. Magis observatione dignus est anapæstus in quinta sede. Versum ita refingit Erfurdtius ad Soph. Œd. T. 1492. Σοὶ γὰρ τόδ' αἰσχρὸν χωρὶς, ἔν τε τῇ πόλει. Malim, Σοὶ γὰρ τόδ' αἰσχρὸν, ἔν τε σῇ πόλει κακόν. Quamquam ne hoc quidem magnopere placet. Vul-

Ἱκέτας, ἀλήτας, ξυγγενεῖς, (οἴμοι κακῶν·
Βλέψον πρὸς αὐτοὺς, βλέψον) ἕλκεσθαι βίᾳ.
Ἀλλ' ἄντομαί σε, καὶ καταστέφω χεροῖν,
Καὶ πρὸς γενείου, μηδαμῶς ἀτιμάσῃς
Τοὺς Ἡρακλείους παῖδας εἰς χέρας λαβεῖν.
Γενοῦ δὲ τοῖσδε συγγενὴς, γενοῦ φίλος,
Πατὴρ, ἀδελφὸς, δεσπότης. ἅπαντα γὰρ
Ταῦτ' ἐστὶ κρείσσω, πλὴν ὑπ' Ἀργείοις πεσεῖν.
ΧΟ. Ὤικτειρ' ἀκούσας τῶνδε συμφορὰς, ἄναξ.

Supplices, exules, cognatos, (Hei mihi malorum *causa*:
Intuere eos, vide eos) trahi per vim.
Sed rogo te, et sertis colo, per tuas manus,
Et per mentum, ne negligas
Filios Herculis, in manus *tuas* accipiens.
Sis vero illis cognatus, sis amicus,
Pater, frater, dominus: omnia enim
Hæc sunt potiora, quam in Argivorum potestatem venire.
Cho. Misertus sum ego audiens hasce calamitates, O rex,

225. συγγενεῖς. 229. λαβών. 232. ταῦτ' ἐστι 233. τάσδε συμφορὰς

gatam scripturam, quamvis mendosam, non mutavi. *Elmsl.*

ἔν τε πόλει κακὸν,] Malim ἔν τε πόλει κακοῖ, *et apud civitatem tibi nocet. Musg.*

226. Βλέψον πρὸς αὐτοὺς, βλέψον] Eadem verba in Alc. 400. *Elmsl.*

227. καταστέφω χεροῖν,] Optime hæc verba illustrat noster Androm. 886. στεμμάτων δ' οὐχ ἥσσονας Σοῖς προστίθημι γόνασιν ὠλένας ἐμάς. Iph. A. 1216. Ἱκετηρίαν δὲ γόνασιν ἐξάπτω σέθεν Τὸ σῶμα τοὐμόν. Nostro loco male post καταστέφω interpungit Musgravius, χεροῖν pro πρὸς χεροῖν accepto. *Elmsl.*

καταστέφω] *Ramo supplici tango.* Hoc enim στέφειν et καταστέφειν dicunt Veteres. Sic infra, v. 441. τίς γὰρ ἄστεπτος θεῶν. Æschyl. Suppl. v. 349. αἰδοῦ σὺ πρύμναν πόλεος ὧδ' ἐστεμμένην. vid. etiam huj. fab. v. 125. Hinc Orestes, quod εἰρεσιώνην in promtu non haberet, λιτὰς ἐξάπτειν dicitur Orest. v. 377. Minime igitur necessarium est legere κατὰ στεφῶν χεροῖν, quod suadet Marklandus ad Suppl. v. 259. Distinguendum tantum post καταστέφω:

ἀλλ' ἄντομαί σε, καὶ καταστέφω, χεροῖν
καὶ πρὸς γενείου.

i. e. ἄντομαί σε πρὸς χεροῖν καὶ πρὸς γενείου. ubi eleganter ante prius substantivum subauditur præpositio. Sic Pindarus Pyth. VIII. Epod. ult. Διΐ, καὶ κρέοντι σὺν Αἰακῷ pro σὺν Διΐ καὶ κρέοντι Αἰακῷ. Manum obtestari solitos ostendit Hippol. v. 601. Iph. in Taur. v. 1069. *Musg.*

καταστέφω χεροῖν.] Supplices coronas manibus gestabant, quas patrocinantibus sibi obtulerunt. *Barnes.*

228. Καὶ πρὸς γενείου,] Quasi superiore versu præcedat, Ἀλλ' ἄντομαί σε πρὸς γονάτων. *Elmsl.*

Καὶ πρὸς γενείου,] Δέομαι subaudi, vel potius ἄντομαί σε repetendum διὰ κοινοῦ. *Musg.*

229. εἰς χέρας λαβεῖν, P. E. Noster Herc. 608. οὐκ ἀτιμάσω Θεοὺς προσειπεῖν πρῶτα τοὺς κατὰ στέγας. Vertit Portus, *Non dedignabor primum deos domesticos salutare.* Hinc nostri loci scripturam mutavi. Sensus est, *Ne dedigneris Herculis liberorum patrocinium suscipere. Elmsl.*

Τὴν δ' εὐγένειαν τῆς τύχης νικωμένην
Νῦν δὴ μάλιστ' εἰσεῖδον. οἵδε γὰρ πατρὸς
Ἐσθλοῦ γεγῶτες, δυστυχοῦσ' ἀναξίως.
ΔΗ. Τρισσαί μ' ἀναγκάζουσι συμφορᾶς ὁδοὶ,
Ἰόλαε, τούσδε μὴ παρώσασθαι ξένους.
Τὸ μὲν μέγιστον, Ζεὺς, ἐφ' οὗ σὺ βώμιος
Θακεῖς, νεοσσῶν τήνδ' ἔχων πανήγυριν.
Τὸ συγγενές τε, καὶ τὸ προυφείλειν καλῶς
Πράσσειν παρ' ἡμῶν τούσδε, πατρῴαν χάριν.

Nobilitatem vero a Fortuna vinci
Nunc maxime vidi. Isti enim e patre
Optimo nati, sunt infelices præter sua merita.
Dem. Tres calamitatis viæ me cogunt,
O Iolaë, non repellere tuos hospites:
Quod quidem maximum *est*, Jupiter, ad cujus aram tu
Sedes, hunc cœtum habens pullorum.
Deinde cognatio, et quod prius debeam, ut prospera
Fortuna hi per me utantur, patris causa.

235. ἰσεῖδον. 238. τοὺς σοὺς pro τούσδε 239. βωμίους 241. προὐφείλειν,

232. Noster Temenidis fr. 7. Οὐκ ἔστι κρεῖσσον ἄλλο, πλὴν κρατεῖν δορί. *Elmsl.*

233. Τῶνδε συμφορὰς P. E. Vide v. 153. et ad v. 106. Noster Med. 1230. Ὦ τλῆμον, ὥς σου ξυμφορὰς οἰκτείρομεν, Κόρη Κρέοντος. *Elmsl.*

234—236. Hæc leguntur apud Stobæum CVII. p. 566. *Elmsl.*

237. συμφορᾶς nostro loco τῆσδε τῆς συντυχίας significare videtur. *Elmsl.*

συμφορᾶς ὁδοὶ,] *Viæ, sive modi, quibus casus hic spectari potest.* Confert Brodæus Hecub. v. 752. Phœn. v. 925. Soph. Œd. Tyr. v. 67. *Musg.*

Τρισσαί μ' ἀναγκάζουσι συμφορὰς ὁδοὶ,] Ὁδοὶ, ἤγουν λόγοι. Ὁδοὶ, argumenta et rationes. Euripides in Hecuba: Ἐξιστορῆσαι σῶν ὁδὸν βουλευμάτων. Idem in Phœnissis: Ἄκουε δή νυν θεσφάτων ἐμῶν ὁδόν. Sophocles in Œdipo Tyranno, v. 67. Πολλὰς δ' ὁδοὺς ἐλθόντα φροντίδος πλάναις. Scholium: πολλὰς γνώμης ἐπιβουλὰς ἐν τῇ σκέψει πλανώμενος ἦλθον, etc. *Brodæus.*

συμφ. ὁδοὶ,] Heath. interpretatur: *decori s. convenientiæ argumenta. Beck.*

238. Τούσδε pro τοὺς σοὺς P. E. Vide v. 252. Vulgo ante Barnesium legebatur in Rhes. 275. Στείχει φίλος σοι, σύμμαχός τε τῇ σῇ γῇ. Quod ille ex ingenio reposuerat, σύμμαχός τε τῇδε γῇ, postea in omnibus codd. reperit Musgravius. In Suppl. 1194. recte, ni fallor, Musgravius, ὠφελεῖν τὰ σὰ, pro ὠφελεῖν τάδε. Permutantur enim τὰ σὰ et τάδε etiam in Phœn. 1291. *Elmsl.*

239. βώμιος S. edd. recentiores. Similis varietas infra v. 385. *Elmsl.*

βώμιος] Ita MSS. H. Steph. Ed. Ald. βωμίους. *Musg.*

240. πανήγυριν.] Numero ultra septuaginta fuisse docet Barnesius ex Apollodor. Lib. II. c. 7. *Musg.*

νεοσσῶν τήνδ' ἔχων πανήγυριν.] De Pueris νεοσσῶν nomine insignitis vid. quæ nos ad Troad. v. 753. Πανήγυριν autem vocat ob numerum Heraclidarum; erant enim ex Thestii filiabus tantum ultra sexaginta; præter Hyllum ex Dejanira, Agelaum ex Omphale, aliosque fere tredecim, quorum nomina habes in Apollodori Bibliotheca, Lib. II. c. 7. §. 8. *Barnes.*

241. s. His versibus continetur secun-

Τό τ' αἰσχρὸν, οὗπερ δεῖ μάλιστα φροντίσαι.
Εἰ γὰρ παρήσω τόνδε συλᾶσθαι βίᾳ
Ξένου πρὸς ἀνδρὸς βωμὸν, οὐκ ἐλευθέραν
Οἰκεῖν δοκήσω γαῖαν. Ἀργείοις δ' ὀκνῶ
Ἱκέτας προδοῦναι. καὶ τάδ' ἀγχόνης πέλας.
Ἀλλ' ὤφελες μὲν εὐτυχέστερον μολεῖν.
Ὅμως δὲ καὶ νῦν μὴ τρέσῃς ὅπως σέ τις

Denique ipsa turpitudo, de qua maxime oportet esse solicitum.
Si enim permittam hanc vi spoliari
Aram ab homine peregrino, non liberam
Videbor habitare terram, Argivis autem metuo
Prodere supplices; proxime autem ad suspendium accedit res.
Utinam vero tuus adventus fuisset felicior.
Sed tamen ne nunc quidem trepida, ne te aliquis

244. συλλᾶσθαι 245. οὐκ ἐλεύθερον

da συμφορᾶς ὁδὸς, sanguinis scilicet conjunctio, et beneficia ab Hercule in Theseum collata. Male autem, mea sententia, hæc conjungit Demopho, quæ diserte separavit Iolaus supra v. 215. Rectius fecisset poëta, si quatuor συμφορᾶς ὁδοὺς Demophonti tribuisset.

241. Verbum προυφείλω usurpant noster Iph. Taur. 524. Aristoph. Vesp. 3. (ubi legendum προυφείλεις) Lys. 648. Eandem significationem habere videtur cum simplici verbo ὀφείλω. *Elmsl.*

241. s. καλῶς Πράσσειν παρ' ἡμῶν τούσδε πατρῴαν χάριν.] Πράσσειν ἀντὶ τοῦ πάσχειν. Vid quæ nos ad Hecub. v. 612. *Barnes.*

242. Distinguendum:

πράσσειν παρ' ἡμῶν τούσδε, πατρῴαν χάριν.

Ut χάριν sit accusativus pendens, de quo vid. ad Helen. v. 76. *Musg.*

Reisk. πράσσειν jungit cum καλῶς, *jam a longo tempore deberi illis, ut beneficio nostro in bonis omnibus versentur, panis gratia. Beck.*

244—247. His quatuor versibus explicatur tertia συμφορᾶς ὁδὸς, scilicet τὸ αἰσχρόν. Duplicem autem turpitudinem hic memorat Demopho: unam, ut deorum altaria impune ab homine peregrino violentur: alteram, ut Herculis liberis opem implorantibus perfugii locus denegetur, ubi adversus hostium injurias in tuto sint. Illud quidem libera civitate indignum censet Demopho, hoc autem vix ipsa morte tolerabilius. Nulla igitur erat caussa quare hunc locum ita partim refingeret Musgravius: οὐκ ἐλεύθερον Οἰκεῖν δοκήσω γαῖαν, Ἀργείοις δ' ὄκνῳ Ἱκέτας προδοῦναι. Omnino retinendum ὀκνῶ. Verba ὀκνῶν προδοῦναι supra leguntur, v. 28. προδοῦναι γὰρ ὀκνοῦσα in Alc. 181. Ubique ὀκνῶ pro αἰσχύνομαι accipiendum est. *Elmsl.*

244. συλλᾶσθαι] Habet Aldus etiam in Iph. A. 1275. σκύλλοις, Tro. 575. et alia fortasse ejusmodi. Nostro loco συλᾶσθαι primus edidit Portus. Συλᾷσθαι mendose Canterus.

συλᾷσθαι mendose Canteriana ex Hervagiana tertia, in qua legitur συλλᾷσθαι. *Elmsl.*

245. οὐκ ἐλευθέραν P. E. Satis scio innumera esse adjectiva feminini generis, quæ nunc propriam terminationem exhibeant, nunc formam masculinam induant. Cujusmodi sunt in hac fabula ἀλίῳ, v. 83. βιαίῳ, vv. 103. 107. πατρῴους, v. 810. δίκαιον, v. 902. Pro quibus dicere potuit poëta, ἀλίᾳ, βιαίᾳ, πατρῴας, δικαίαν. Sed de horum numero non videtur esse ἐλεύθερος. Ἐλεύθερον nostro loco ex incuria scribæ natum est, ut ξένους θ' ὁμοῦ γυναῖκας, Suppl. 105. et alia permulta. Ἐλευθέρα femininum cum γῆ, γαῖα aut πόλις conjunctim supra legitur, vv. 62.

Ξὺν παισὶ βωμοῦ τοῦδ' ἀποσπάσει βίᾳ.
Σὺ δ' Ἄργος ἐλθὼν, ταῦτά τ' Εὐρυσθεῖ φράσον,
Πρὸς τοῖσδέ τ', εἴ τι τοισίδ' ἐγκαλεῖ ξένοις,
Δίκης κυρήσει. τούσδε δ' οὐκ ἄξεις ποτέ.
ΚΟ. Οὐκ ἦν δίκαιον ᾖ τε, καὶ νικῶ λόγῳ;
ΔΗ. Καὶ πῶς δίκαιον τὸν ἱκέτην ἄγειν βίᾳ;
ΚΟ. Οὐκ οὖν ἐμοὶ τόδ' αἰσχρὸν, ἀλλὰ σοὶ βλάβος;

Cum pueris avellat ab hac ara per vim.
Tu igitur reversus Argos, dic et ista Eurystheo:
Præterea vero, si quod crimen his hospitibus objiciendum habet,
Jus *suum* consequetur: hos vero *tu* nunquam *hinc* abduces.
Cop. Annon, si justum sit, et ratione vincam?
Dem. At quomodo justum *est* supplicem abducere vi?
Cop. Ergo mihi hoc turpe, non tibi damnum *feret.*

250. Σὺν παισὶ——ἀποσπάσῃ 251. Σὺδ' Sic etiam, vv. 258. 341. 373.
252. Πρὸς τοῖσδ' ἔτ' εἴ τι τοῖσίγ' 254. ᾗ τι καὶ 255. βία;
256. Οὔκουν——ἀλλὰ σὺ βλάβος.

114. infra v. 288. Adde κυρίους, v. 144. ʽΗράκλειος, v. 542. *Elmsl.*

246. ὄκνῳ, *præ metu.* Tertia ratio erat τὸ αἰσχρὸν, ne videretur præ metu supplices dedere. Vulgo male ὀκνῶ. *Musg.*

247. καὶ τάδ' ἀγχόνης πέλας.] *Et hoc periculo non caret.* Brodæus. *Idque prope laqueum* mortemque jam constitutos. Portus. Verte fere cum Musgravio, *Et hoc,* scilicet τὸ Ἀργείοις ἱκέτας προδοῦναι, *parum admodum a suspendio distat.* Aristoph. Ach. 125. a Brodæo citatus: τοῦτο δῆτ' οὐκ ἀγχόνη; Noster Alc. 232. Αἶ, αἶ, ἄξια καὶ σφαγᾶς τάδε, Καὶ πλεῖον ἢ βρόχῳ δέρην Οὐρανίῳ πελάσαι. Nostro loco nescio an melius esset, καὶ τόδ' ἀγχόνης πέλας. *Elmsl.*

καὶ τάδ'] Malim: κάρτα δ' ἀγχόνης πέλας. *Res autem parum admodum a suspendio distat.* Dicitur sic ἀγχόνη de re, quæ angit et cruciat aliquem. Aristoph. Acharn. v. 125. ταῦτα δῆτ' οὐκ ἀγχόνη; Æschines de falsa legatione: τοῦτο δὲ ἄρα ἦν ἀγχόνη καὶ λύπη τούτῳ. *Musg.*

καὶ τάδ' ἀγχόνης πέλας.] Καὶ ταῦτα, ἐν ἐσχάτῳ κινδύνῳ ὄντας. Joh. Brodæus paulo aliter hunc locum capit, nec prorsus inepte; dicit enim: *Et hoc periculo non caret. Tractum ab his, qui laqueo vitam finiunt.* Æschyl. in Eumenid. Νῦν ἀγχόνης μοι τέρματ', ἢ φάος βλέπειν. Aristoph. in Acharn. Ταῦτα δῆτ' οὐκ ἀγχόνη. *Hæc ille. Barnes.*

Reisk. emendat καὶ γὰρ ἀγχόνης. *Beck.*

250. ἀποσπάσει P. E. Μὴ δείσῃς ὡς (vel ὅπως), μὴ ἐλπίσῃς ὡς, et similia, futurum postulant. Ita noster infra v. 1052. Sic etiam Soph. El. 1309. Μήτηρ δ' ἐν οἴκοις, ἣν σὺ μὴ δείσῃς πόθ' ὡς Γέλωτι φαιδρὸν τοὐμὸν ὄψεται κάρα. Ibid. 1426. μηκέτ' ἐκφοβοῦ Μητρῷον ὥς σε λῆμ' ἀτιμάσει ποτέ. Xenophon Pæd. VI. 2. 30. Στρωμάτων δὲ ἐνδεηθέντες μὴ δείσητε ὡς οὐχ ἡδέως καθευδήσετε.

Soph. El. 963. Καὶ τῶνδε μέντοι μηκέτ' ἐλπίσῃς ὅπως Τεύξει πότ'. Adde nostræ fabulæ, v. 161. *Elmsl.*

252. Vera hujus versus scriptura Musgravio debetur. *Elmsl.*

τοῖσί γ'.] Legendum τοῖσιδ'. *Musg.*

Reisk. reponit: πρὸς τοῖσδ' ἀεί τι τοῖσδ' ἔτ' ἐγκαλεῖς. *Beck.*

254. ᾗ τι,] Malim ᾗ τε. [Sic et Heath.] *Musg.*

Reisk. scribit: καὶ νικᾷν λόγῳ, *si quidem possit aliquis demonstrationibus vincere. Beck.*

256. ἀλλὰ σοὶ βλάβος; edd. recentiores ex emendatione Brodæi. Sensus est, ἐμοὶ αἰσχρὸν τόδ' ἐστὶν, ἀλλ' οὐ σοὶ βλά-

ΔΗ. Ἔμοιγ᾽, ἐὰν σοι τούσδ᾽ ἐφέλκεσθαι μεθῶ.
ΚΟ. Σὺ δ᾽ ἐξόριζε, κᾆτ᾽ ἐκεῖθεν ἄξομεν.
ΔΗ. Σκαιὸς πέφυκας, τοῦ θεοῦ πλείω φρονῶν.
ΚΟ. Δεῦρ᾽, ὡς ἔοικε, τοῖς κακοῖσι φευκτέον.
ΔΗ. Ἅπασι κοινὸν ῥῦμα δαιμόνων ἕδρα.
ΚΟ. Ταῦτ᾽ οὐ δοκήσει τοῖς Μυκηναίοις ἴσως.
ΔΗ. Οὐκ οὖν ἐγὼ τῶν ἐνθάδ᾽ εἰμὶ κύριος;
ΚΟ. Βλάπτων γ᾽ ἐκείνους μηδὲν, ἢν σὺ σωφρονῇς.

Dem. Imo mihi, si patiar te istos abstrahere.
Cop. Tu igitur relega *eos* ex tuis finibus et tunc *eos* illinc abducemus.
Dem. Ineptus es, qui Deo plus sapis.
Cop. Huc (ut videtur) malis fugiendum *est.*
Dem. Omnibus *est* commune perfugium ara Deorum.
Cop. Hæc non videbuntur pariter Mycenæis.
Dem. Nonne ego hic loci sum dominus?
Cop. Nihil lædens *Mycæneos,* si sapis.

259. πλεῖον φρονῶν. 263. Οὐκοῦν ἐγὼ τῶνδ᾽ ἐνθάδ᾽ εἰμὶ κύριος. 264. Βλάπτων ἐκείνους μηδὲν, ἂν σὺ σωφρονῇς.

βος. Adhibita interrogatione, quam primus adhibui, particula negativa locum mutare debet. Nam οὐκ οὖν ἐμοὶ τόδ᾽ αἰσχρὸν interrogative dictum idem valet atque ἐμοὶ τόδ᾽ αἰσχρὸν sine interrogatione. Sic etiam idem significant ἀλλὰ σοὶ βλάβος cum interrogatione, et ἀλλ᾽ οὐ σοὶ βλάβος sine interrogatione. Minus necessaria est igitur scriptura a Musgravio proposita, Οὐκοῦν ἐμοὶ τόδ᾽ αἰσχρὸν, ἀλλ᾽ οὐ σοὶ, βλάβος. Discrimen quod inter οὐκοῦν et οὔκουν statuunt grammatici, verissimum est, si Plutarchi aut Luciani scripta pro veræ Græcitatis norma accipiantur. Apud veteres Atticos utraque particula semper propriam suam significationem servat. Ego ubique οὐκ οὖν scribo, adhibita, prout opus est, vel omissa interrogatione. *Elmsl.*

ἀλλά σοι βλάβος;] Interpres: *sed tibi damnum feret.* Atqui ut Demophontem ad dedendos Heraclidas perduceret, dicendum erat, *dedecus illud minime Demophonti nociturum.* Legendum utique:

οὐκοῦν ἐμοὶ τόδ᾽ αἰσχρὸν, ἀλλ᾽ οὐ σοὶ, βλάβος.

Apposite Demophontis responsio:

ἐμοί γ᾽, ἐάν σοι τούσδ᾽ ἐφέλκεσθαι μεθῶ. *Musg.*

Heath. οὐκοῦν tantum legit, et vertit: *Meum igitur erit hoc, quidquid sit turpitudinis* (si scilicet supplices abducam), *sed tibi erit damnum,* si scilicet eos protegas. *Beck.*

257. Ἔμοιγ᾽,] Supplendum, βλάβος ἐστί. Deinde μεθῶ *sinam* aut *patiar* vertunt omnes interpretes. Μεθιέναι *dimittere, tradere, dedere* significat. Sensus est, ἐάν σοι μεθῶ τούσδε, ἵνα ἐφέλκῃ αὐτούς. *Ut tecum Argos abducas eos. Elmsl.*

259. πλεῖον] MSS. E. G. πλείω. *Musg.*

Σκαιὸς πέφυκας, τοῦ θεοῦ πλεῖον φρονῶν.] Σκαιὸς καὶ σκολιὸς εἶ, ἐὰν οὐκ ἐμοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ θεῷ, ταύτην ἀπάτην προσάπτειν νομίζῃ· Θεὸς γὰρ τοῖς ἑαυτοῦ βωμοὺς προσερχομένοις σωτηρίαν εἴρηκεν, ἐγὼ δὲ ἐὰν, τοῦ θεοῦ ὑπηρέτης ὢν, τούτους ἐξορίζοιμι ἐντεῦθεν, ἵνα πόῤῥω τοῦ θεοῦ ὄντες ὑφ᾽ ὑμῶν ληφθῶσι, τί τοῦτό ἐστι, πλὴν σκαιότης καὶ θεομίσητος ἀπάτη, ἀναξία τε ἐμοῦ, καὶ θεοῦ, ὃς ὀρθὴν καὶ ἀληθῆ φιλεῖ διάνοιαν. *Barnes.*

261. Ἅπασι κοινὸν ῥῦμα δαιμόνων ἕδρα.] Ῥῦμα παρὰ τὸ ῥύω, ἤγουν φυλάσσω, σώζω, ἐλευθερῶ. Latine tutamen sonat, Asylum in hoc loco. Reponit Demophon Coprei quæstioni, *utrum Deorum aræ*

ΔΗ. Βλάπτεσθ', ἐμοῦ γε μὴ μιαίνοντος θεούς.
ΚΟ. Οὐ βούλομαί σε πόλεμον Ἀργείοις ἔχειν.
ΔΗ. Κἀγὼ τοιοῦτος. τῶνδε δ' οὐ μεθήσομαι.
ΚΟ. Ἄξω γε μέντοι τοὺς ἐμοὺς ἐγὼ λαβών.
ΔΗ. Οὐ τἄρ' ἐς Ἄργος ῥᾳδίως ἄπει πάλιν.
ΚΟ. Πειρώμενος δὴ τοῦτό γ' αὐτίκ' εἴσομαι.
ΔΗ. Κλάων ἄρ' ἅψει τῶνδε, κοὐκ ἐς ἀμβολάς.
ΧΟ. Μὴ, πρὸς θεῶν, κήρυκα τολμήσῃς θενεῖν.

Dem. Lædimini *ergo*, quod ego non polluam deos?
Cop. Non cupio te bellum movere Argivis.
Dem. Et ego sic sum affectus: istos vero non dimittam.
Cop. Ego tamen abducam meos correptos.
Dem. Haud igitur Argos facile redibis.
Cop. At periculum faciens, hoc cito sciam.
Dem. Plorans igitur hosce attinges, idque statim.
Cop. Ne per deos aude percutere præconem.

265. θεούς; 269. οὐκ ἆρ' —— πάλιν; 271. Κλαίων ἄρ' ἅψῃ 272. τολμήσεις θένειν.

essent refugia malorum, omnibus eas, inquit, *patere oportere; Piis*, ut Deorum amicis; etiam impiis, Deorum clementiam implorantibus; præsertim usquedum impietatis convicti ex lege fuerint; et a Diis ipsis rejecti. *Barnes.*

Ex Æschyl. Suppl. 84. ducta hæc ab Eurip. censet Abresch. Anim. ad Æsch. II. p. 141. *Beck.*

263. Οὐκοῦν ἐγὼ τῶν ἐνθάδ' εἰμὶ κύριος;] Vulgo τῶνδ' ἐνθάδ'. Simile mendum tacite correxit Brunckius apud Soph. Œd. C. 78. ubi vulgo legebatur, Τοῖσδ' ἐνθάδ' αὐτοῦ, μὴ κατ' ἄστυ, δημόταις. *Elmsl.*

Reisk. scribit: τῶν ἐνθάδ' εἰμὶ κ. sine δέ. *Beck.*

264. Βλάπτων γ' P. E. Particulam abesse vix patitur sententia. Vide ad Marklandi Iph. T. 807. *Elmsl.*

265. Notam interrogationis delevi. Βλάπτεσθ' enim imperativus est, secus atque ab omnibus interpretibus acceptum est. Vertit Portus, *Lædimini* ergo, *quod ego non polluam deos?* Imo, *Lædiminor, modo ego non polluam deos. Elmsl.*

269. Οὐ τἄρ' ἐς Ἄργος P. E. Notam interrogationis primus sustulit Portus. Οὐ τἄρα, id est, οὔτοι ἄρα, majorem habet vim quam οὐκ ἄρα. Οὐ τἄρα in initio senarii legitur apud Soph. Trach. 322. Phil. 1253. Eurip. Suppl. 506. Ion. 337. Telepho fr. 19. Οὐ τἄρ' Ὀδυσσεύς ἐστιν αἱμύλος μόνος. Χρεία διδάσκει, κἂν βραδύς τις ᾖ, σοφόν. In sequentibus οὐ τἄρα pro οὐκ ἆρα legendum arbitror. Soph. Œd. C. 408. Οὐ τἄρ' ἐμοῦ γε μὴ κρατήσωσίν ποτε. Phil. 106. Οὐ τἄρ' ἐκείνῳ γ' οὐδὲ προσμῖξαι θρασύ. Ubi θρασὺ pro ἀσφαλὲς usurpari monet Scholiastes. Ibid. 114. Οὐ τἄρ' ὁ πέρσων γ', ὡς ἐφάσκετ', εἴμ' ἐγώ. Ita sine interrogatione legendum. *Elmsl.*

ἄπει] Ἄπει, *abis*, pro *abibis*, præsens pro futuro. Vid. quæ nos ad Rhes. v. 447. *Barnes.*

271. κοὐκ ἐς ἀμβολάς.] Similia audit præco apud Æsch. Supplic. 932. Κλάοις ἄν, εἰ ψαύσειας, οὐ μάλ' εἰς μακράν. Si vera sunt quæ de ἐς dixi in Præfatione ad Soph. Œd. T. p. 9. nostro loco scribendum εἰς ἀμβολάς. Sed hodie suspicor tragicos in quinta senarii sede iambum spondeo prætulisse, saltem ubi diversam ejusdem vocis scripturam adhibendo brevem syllabam pro longa exhibere possent. De qua re alias plura dicam. *Elmsl.*

ΔΗ. Εἰ μή γ' ὁ κήρυξ σωφρονεῖν μαθήσεται.
ΧΟ. Ἄπελθε. καὶ σὺ τοῦδε μὴ θίγῃς, ἄναξ.
ΚΟ. Στείχω. μιᾶς γὰρ χειρὸς ἀσθενὴς μάχη.
Ἥξω δὲ πολλὴν Ἄρεος Ἀργείου λαβὼν
Πάγχαλκον αἰχμὴν δεῦρο. μυρίοι δέ με

Dem. Nisi profecto iste præco modeste se gerere discat.
Cho. Abi tu: tu vero, O rex, ne attingas hunc.
Cop. Abeo: unius enim manus infirma *est* pugna.
Veniam autem multum Martis Argivi adducens
Æreum cuspidem huc. Innumeri autem me

273. κῆρυξ Sic etiam vv. 648. 655.

ἐς ἀμβολάς.] Eadem locutio est Helen. v. 1297. Confer etiam v. 907. *Musg.*

κοὐκ ἐς ἀμβολάς.] Καὶ οὐκ ἀναβλήδην, ἀλλ' ἐν τάχει. *Barnes.*

272. Τολμήσῃς θενεῖν P. E. Quare τολμήσῃς reposuerim, nemo in Græcis literis mediocriter versatus requiret. Θενεῖν scripsi ex monitu doctissimi Blomfieldii ad Æsch. Theb. 378. qui primus omnium vidit ἔθενον aoristum esse verbi θείνω. Sententiam ejus confirmat incertus Rhes. 683. φίλιον ἄνδρα μὴ θένῃς. Ubi solœcum esset θένῃς a præsenti θένω natum. Quod ipse olim monui, ἔσχεθον aoristum esse, eodem argumento demonstrare possum. Noster Alcmæone fr. 12. 13. Γυναῖκες, ὀμρήθητε, μηδ' ἀθυμία Σχέθῃ τις ὑμᾶς. ταῦτα γὰρ σκεθρῶς ὁρᾶν Ἡμᾶς ἀνάγκη τοὺς νομίζοντας τέχνην. Ita legendum esse nullus dubito. Si verbum esset σχέθω, σχέθῃ in σχεθέτω mutandum esset. *Elmsl.*

Μὴ πρὸς θεῶν Κήρυκα τολμήσῃς θένειν.] Homer. Iliad. α'. v. 334. Χαίρετε, Κήρυκες, Διὸς ἄγγελοι, ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν. Scholiast. Κήρυκες] Ἄξιοι καὶ θεῶν· Ἄσυλον γὰρ καὶ θεῖον τὸ γένος τῶν κηρύκον· Ἑρμῆς γὰρ μιγεὶς Πανδρόσῳ, τῇ Κέκροπος θυγατρὶ, ἔσχεν υἱὸν ὀνόματι Κήρυκα, ἀφ' οὗ τὸ τῶν Κηρύκων γένος, ὡς ἱστορεῖ Πτολεμαῖος· ἢ ὅτι τὰς ἑορτὰς τῶν θεῶν ἀγγέλλουσιν, ἢ ὅτι ἀπὸ Ἑρμοῦ εἰσιν ὄντος ἀγγέλου Διός, Præterea omnium humaniorum gentium consensu ambassiatores, ut vulgo dicuntur, sive heraldi, seu magis Latine velis, caduceatores, feciales, legati, oratores, sacri semper sunt habiti et inviolabiles; quem characterem ut sibi indelebilem reddant, prudenter iis agendum, ne quid officio suo nimis freti temerarium, aut legibus contrarium, aggrediantur. Hæc docet nos Euripides, nempe ipsum oratorem violari posse et debere, si prius ipse legem violet: Κήρυκα τολμήσω θένειν, Εἰ μή γ' ὁ Κῆρυξ σωφρονεῖν μαθήσεται. Chorus autem utrique cònsulit: Caduceatori, ne quid mali patiatur, et regi, ne et ipse, licet ab effræni et petulanti legato irritatus, contra honorem suum et legem gentium in eum animadvertat; quare hunc *abire* jubet; illum *impune abire sinat*, suadet: Ἄπελθε· Καὶ σὺ τοῦδε μὴ θίγῃς, ἄναξ. Hæc habui ex Euripidis mente de legatis dicere, ad quæ fere alia referri debent; quanquam de hac re tractatum edidit Dominus Johan. Finett Miles, qui copiose de legatis et eorum officiis, aliisque ad hanc causam pertinentibus, Anglico sermone disseruit. *Barnes.*

276. Ἄρεως ex Brubachiana edd. nonnullæ. Ἄρεως ex Hervagiana tertia edd. nonnullæ. *Elmsl.*

279. s. Ἀλκάθου—τέρμασιν] Citat Brodæus Megarensem poëtam Theognidem, v. 771. ed. Blackwall. 751. Brunck. Φοῖβε ἄναξ, αὐτὸς μὲν ἐπύργωσας πόλιν ἄκρην, Ἀλκαθόῳ Πέλοπος παιδὶ χαριζόμενος. Ad quem locum inscriptionem veterem Megaris repertam allegat Brunckius, ubi Megarenses Ἀλκαθόου ναετῆρες appellantur. Multa de Alcathoo habet Pausanias libro primo in Megarorum descriptione. Personam ejus in Euripidis Protesilao fuisse discimus ex Photio et Suida, v. Πενθερά. *Elmsl.*

Ἀλκάθου — τέρμασιν] Intellige, *Megarensium finibus*, sic dictis ab Alcathoo, Pelopis filio, qui Megaris paullo ante regnavit. Vide Brodæo citatos, Pausaniam,

Μένουσιν ἀσπιστῆρες, Εὐρυσθεύς τ' ἄναξ
Αὐτὸς στρατηγῶν. Ἀλκάθου δ' ἐπ' ἐσχάτοις,
Καραδοκῶν τἀνθένδε, τέρμασιν μένει.
Λαμπρὸς δ', ἀκούσας σὴν ὕβριν, φανήσεται
Σοὶ καὶ πολίταις, γῇ τε τῇδε καὶ φυτοῖς.

Expectant clypeati *milites*, Eurystheusque rex
Ipse dux exercitus. Alcathoi vero ad extremos,
Expectans hinc *responsa*, fines manet.
Ubi autem audiêrit tuam insolentiam, terribilis apparebit
Tibi, et civibus, et huic terræ, et arboribus:

280. *τέρμασιν μένειν.*

p. 39. et 40. Theognid. v. 771. Ovid. Metam. Lib. VIII. v. 7. Tristium, Lib. I. Eleg. 9. *Musg.*

Ἀλκάθου δ' ἐπ' ἐσχάτοις, Καραδοκῶν τἀνθένδε, τέρμασιν μένει] Alcathoi ad extremos fines. Est notatio urbis Megarorum, Megaridis provinciæ capitis, quæ erat Achaiæ; urbs autem illa inter Athenas et Corinthum sita erat dicta Alcathoë quoque, ab Alcathoo, Pelopis filio, qui cædis Chrysippi fratris suspectus Megara venit, occisoque leone Cithæronio, qui multos, et in iis Megarei regis filium, Euippum, necaverat, adscitus Megareo gener in regno successit; de qua re vide Pausaniam in Atticis, fol. 39. lin. 14. Altera quoque ex Megarensium Arcibus Alcathoë vocatur, utpote ab Alcathoo ædificata, cujus cum jaceret fundamenta, diis, qui *Προδομεῖς*, vestibulares, dicuntur, primus omnium sacrificasse fertur. Ovid. Trist. Lib. I. *Et quos Alcathoës memorant a mœnibus ortos.* Et Metamorph. Fab. 1. v. 7. *Prætentatque sui vires Mavortis in urbe, Alcathoë, quam Nisus habet.* Theognis et ipse Megarensis, v. 771. *Φοῖβε ἄναξ, αὐτὸς μὲν ἐπύργωσας πόλιν ἄκρην, Ἀλκαθόῳ, Πέλοπος παιδὶ, χαριζόμενος.* Phœbus dicitur Alcathoi gratia in hac Arce ædificanda laborantem auream lyram deposuisse, unde ipsi muri vocales evasere: ut Ovid. Metamorph. Lib. VIII. testatur: *Regia turris erat vocalibus addita muris, In quibus auratam Proles Latonia fertur Deposuisse Lyram: saxo sonus ejus inhæsit.* Idem Pausanias memorat in Atticis, fol. 40. lin. 15. Quare Pomponii error notandus est, qui hæc dicit: *Alcathoë Nympha fuit amata ab Apolline quæ dedit nomen Arci Megarensium.* Pulchre autem, ut hoc quoque addam, poëta præstolantem Eurystheum fingit cum exercitu ad Atheniensium et Megarensium fines, ne contra decorum nimis festinanter inter Argivos et Athenienses pugna committi videretur. *Barnes.*

280. *Τέρμασιν μένει* dare voluisse videtur Hervagius ed. prima. Sed, ut sæpe accidit, eam literam quam delere voluit, retinuit, eam quam retinere voluit, delevit. Dedit igitur *τέρμασι μένειν* in prima ed. *τέρμασι μένει* rectius, nec tamen omnino recte, in secunda. *Τέρμασιν* ex Aldina revocavit Barnesius. *Μένει* scribendum monet Brodæus et scriptum habet G. *Elmsl.*

μένει.] Brodæi emendatio est, confirmata a MS. G. Ed. Ald. *μένειν.* *Musg.*

281. *Λαμπρὸς*] *Vehemens, rapidus, potens.* Aristoph. Equit. v. 428. *ἔξειμι γάρ σοι λαμπρὸς ἤδη καὶ μέγας καθιεὶς.* Ibid. v. 758. *πρὸς ταῦθ' ὅπως ἔσει πολὺς καὶ λαμπρὸς εἰς τὸν ἄνδρα.* *Musg.*

Λαμπρὸς δ', ἀκούσας σὴν ὕβριν, φανήσεται] *Ἐν τοῖς ὅπλοις λαμπρὸς, καὶ ὁλοσίδηρος, ὡς στίλβων παρ' Ὁμήρῳ, ὅθεν καὶ Ἄρεως ὄνομα στίλβων παρ' Ἀστρονόμοις. Ἐπεὶ — σμερδνὸν δ' ὅγε δέρκεται ὅσσοις Χρυσέης ἐκ κόρυθος· λαμπραὶ δ' ἀκτῖνες ἀπ' αὐτοῦ Αἴγλῆεν στίλβουσι.* *Barnes.*

282. *καὶ φυτοῖς.*] *Arboribus*, quas præcisurus erat, regionem depopulans. Brodæus. *Δενδροτομεῖν* vocant Thucydides, Lib. I. Diodorus Siculus XIII. 108. Musgravius. Res spectatoribus tempore belli Peloponnesii satis superque nota. *Elmsl.*

φυτοῖς.] Mos erat Veterum in hostilis

Μάτην γὰρ ἥβην ὧδέ γ' ἂν κεκτήμεθα
Πολλὴν ἐν Ἄργει, μή σε τιμωρούμενοι.
ΔΗ. Φθείρου. τὸ σὸν γὰρ Ἄργος οὐ δέδοικ' ἐγώ.
Ἐνθένδε δ' οὐκ ἔμελλες, αἰσχύνας ἐμὲ,
Ἄξειν βίᾳ τούσδ'. οὐ γὰρ Ἀργείων πόλιν
Ὑπήκοον τήνδ', ἀλλ' ἐλευθέραν ἔχω.—
ΧΟ. Ὥρα προνοεῖν, πρὶν ὅροις πελάσαι
Στρατὸν Ἀργείων. μάλα δ' ὀξὺς Ἄρης

Frustra enim haberemus juventutem adeo
Multam Argis, nisi te puniremus.
Dem. Abi in malam rem: tuum enim Argos non formido.
Hinc vero nunquam, me dedecorans,
Vi abduces hos. Non enim Argivorum urbi
Subditam hanc, sed liberam habeo.
Cho. Tempus *est* prospicere, priusquam ad fines appropinquet
Exercitus Argivorum: admodum enim acer Mars *est*

283. κεκτώμεθα 287. Ἀργείων πόλει

agri invasione, arbores exscindere; δενδροτομεῖν vocant Thucyd. Lib. I. Diod. Sic. Lib. XIII. c. 108. *Musg.*

283. Κεκτήμεθα Brunckius ad Soph. Phil. 119. Qui versus in edd. recentioribus recte legitur, Σοφός τ' ἂν αὐτὸς κἀγαθὸς κεκλῇ' ἅμα. Restituenda hæc optativi forma nostro, Iph. A. 404. Αἶ, αἶ, φίλους ἂν οὐχὶ κεκτῄμην τάλας. Vulgo, φίλους ἄρ' οὐχὶ κεκτήμην. Ita Aristoph. Plut. 991. Ἵνα τοὐμὸν ἱμάτιον φορῶν, μεμνῇτό μου. Μεμνῇτο etiam nonnulli libri apud Xenoph. Pæd. I. 6, 3. ubi edd. veteres mendose μιμνῷτο pro μεμνῷτο. Ceterum cum nostro loco conferendus Herodotus VII. 161. Μάτην γὰρ ἂν ὧδε πάραλον Ἑλλήνων στρατὸν πλεῖστον εἴημεν ἐκτημένοι, εἰ Συρηκοσίοισι ἐόντες Ἀθηναῖοι συγχωρήσαιμεν τῆς ἡγεμονίης. Plato Legg. V. p. 731. C. Τῶν γὰρ μεγίστων κακῶν οὐδεὶς οὐδαμοῦ οὐδὲν ἑκὼν κέκτητο ἄν ποτε. Legendum κεκτῇτο potius quam ἐκέκτητο. *Elmsl.*

Brunck. ad Soph. Phil. 119. male legi censet κεκτώμεθα, atque reponi vult κεκτήμεθα, quæ forma optativi præteriti passivi sæpe sit a librariis oblitterata. Cf. idem ad Aristoph. Lys. 235. 253. *Beck.*

285. Φθείρου.] Μετὰ φθορᾶς ἀπαλλάττου. Id est, *In malam rem, abi in malam crucem.* Aristoph. Plut. 598. 610. (Ach. 460.) Brodæus. Rectius, *Get you gone.* Vid. omnino nostr. Andr. 706. 713.

τὸ σὸν — Ἄργος.] *Argos illos quos tantopere prædicas.* Noster Hipp. 112. Τὴν σὴν δὲ Κύπριν πόλλ' ἐγὼ χαίρειν λέγω. *Elmsl.*

Φθείρου.] *Abi in malam rem.* ut Aristoph. Plut. v. 598. *Musg.*

Φθείρου.] Aristoph. Ἀλλὰ φθείρου, καὶ μὴ γρύζῃς. *Brodæus.*

287. Ἀργείων πόλιν P. E. Ordo est, οὐ γὰρ ἔχω τήνδε πόλιν ὑπήκοον Ἀργείων. Veteres libentius dixerunt ὑπήκοός σου quam ὑπήκοός σοι. Æsch. Pers. 234. Πᾶσα γὰρ γένοιτ' ἂν Ἑλλὰς βασιλέως ὑπήκοος. Herodotus VII. 111. Σάτραι δὲ οὐδενός κω ἀνθρώπων ὑπήκοοι ἐγένοντο. Similia sunt ὑπήκοοι τῶν Ἀσσυρίων apud Xenoph. Pæd. IV. 2, 1. ὑπήκοοι τῶν Μοσυνοίκων, Anab. V. 5, 1. et alia apud veteres passim. Dativus, quem sæpe adhibent recentiores, vulgo legitur apud Aristoph. Plut. 146. Ἅπαντα τῷ πλουτεῖν γάρ ἐσθ' ὑπήκοα. Sed hæc scriptura fortasse librariis debetur ad sui sæculi normam omnia refingentibus. *Elmsl.*

290. s. Ἀργείων — Μυκηναίων.] Argos et Mycenas, poëtarum more, confundit. vide Scholiasten Sophoclis ad Electr. v. 4. Strabonem Lib. VIII. p. 377. C. Notavit Brodæus ad v. 188. *Musg.*

Ὁ Μυκηναίων.
Ἐπὶ τοῖσι δὲ δὴ μᾶλλον ἔτ' ἢ πρίν.
Πᾶσι γὰρ οὗτος κήρυξι νόμος,
Δὶς τόσα πυργοῦν τῶν γιγνομένων.
Πόσα νιν λέξειν βασιλεῦσι δοκεῖς;
Ὡς δείν' ἔπαθεν, καὶ παρὰ μικρὸν
Ψυχὴν ἦλθεν διακναῖσαι.==
ΙΟ. Οὐκ ἔστι τοῦδε παισὶ κάλλιον γέρας,

Mycenæorum;
Ob hæc vero, multo magis quam antehac.
Omnibus enim præconibus hic *est mos*,
Ut bis tantum exaggerent *res* quam gestæ sint.
Quam multa putas ipsum regibus esse dicturum?
Quod sit atrocia passus, et pene
Venerit in periculum amittendæ vitæ.
Iol. Nullum est pulchrius decus liberis,

294. τῶν γινομένων. 295. δοκεῖς, 297. ἦλθε

292. μᾶλλον ἔτ' ἢ πρίν.] *Se præstabit acrem* supplet Portus. Potes etiam, ὥρα προνοεῖν. Quod si placet, verba μάλα δ' ὀξὺς Ἄρης ὁ Μυκηναίων parentheseos notis includantur. *Elmsl.*

293. Μισοκήρυκα fuisse Euripidem monuerunt tum alii, tum Marklandus ad Suppl. 409. Sed ovum ovo non est similius, quam hic noster Copreus, qui modo discessit, præconi Ægyptio apud Æschylum Supplicibus, nec facile dixeris uter eorum insolentius atque arrogantius se gerat. *Elmsl.*

294. πυργοῦν] *Augere, amplificare.* Brodæus. Præter propriam significationem, *turribus ac mœnibus instruere, ædificare*, πυργοῦν apud tragicos sæpe *μεγαλύνειν* significat. Ita dicunt Latini, *in altum extollere.* Nostro loco *exaggerare* significare videtur. Verbum *exstruere* sensu non dissimili usurpat A. Gellius XIII. 24. monente Forcellino: *Crimen unum vocibus multis atque sævis exstruere.* Nisi vertere mavis, *fingere, fabricari.* Aristoph. Ran. 1004. Ἀλλ' ὦ πρῶτος τῶν Ἑλλήνων πυργώσας ῥήματα σεμνά. *Elmsl.*

297. διακναῖσαι.] Interpretare, διολέσαι. *Elmsl.*

298—305. Hi octo versus leguntur apud Stobæum LXXXVIII. p. 498. Primus et secundus apud eundem LXXIX. p. 454. ubi additus legitur, Καὶ τοῖς τεκοῦσιν ἀξίαν τιμὴν νέμειν. Quem versum in sua ed. a superioribus separavit Grotius, καὶ in χρὴ mutato. Rectius δεῖ Valckenarius Diatrib. p. 228. Eodem titulo lemma *Euripidis in Heraclidis* de sede sua motum est, et fragmento proxime superiori affixum. *Elmsl.*

298. Οὐκ ἔστι παισὶ τούτου Stobæus Tit. LXXIX. Altero loco cum Euripidis edd. consentit. *Elmsl.*

οὐκ ἔστιν τοῦδε] Lego:

οὐκ ἔστιν οὐδὲν παισὶ κάλλιον γέρας.

Orest. v. 1.

οὐκ ἔστιν οὐδὲν δεινὸν ὧδ' εἰπεῖν ἔπος.

Musg.

Οὐκ ἔστι τοῦδε παισὶ κάλλιον γέρας] Hi duo versus a Stobæo citantur Florilegii capite 79. capite autem 88. toti octo versus proferuntur, eo, quo hic leguntur, ordine et iisdem verbis; de Grotiana editione loquor: Quanquam prior citatio legat παισὶ τοῦδε, cum altera habeat, ut nos legimus, τοῦδε παισί. Quod autem

Ἢ πατρὸς ἐσθλοῦ κἀγαθοῦ πεφυκέναι,
Γαμεῖν τ' ἀπ' ἐσθλῶν. ὃς δὲ νικηθεὶς πόθῳ,
Κακοῖς ἐκοινώνησεν, οὐκ ἐπαινέσω,
Τέκνοις ὄνειδος οὕνεχ' ἡδονῆς λιπεῖν.
Τὸ δυστυχὲς γὰρ ηὑγένει' ἀμύνεται
Τῆς δυσγενείας μᾶλλον. ἡμεῖς γὰρ κακῶν
Εἰς τοὔσχατον πέσοντες, ηὕρομεν φίλους
Καὶ ξυγγενεῖς τούσδ', οἳ, τοσῆσδ' οἰκουμένης
Ἑλληνίδος γῆς, τῶνδε προὔστησαν μόνοι.

Quam ex patre bono fortique natos esse,
Et uxores ducere e bonis. Qui vero, victus libidine,
Conjunxit *se* cum malis, *illum* ego non laudabo,
Quod relinquat liberis dedecus propter voluptatem.
Infelicitatem enim generis-nobilitas propulsat,
Magis quam generis ignobilitas. Nos enim malorum
In extrema lapsi, invenimus amicos
Et cognatos hos, qui, ex tanta populis-culta
Græciæ terra, hos soli tutati sunt.

303. ἡ ὑγένει' 305. εὕρομεν 307. προὔστησαν, Ita semper in similibus.

notat Henr. Stephanus de versu interposito, nihil ad nos attinet; non est enim hic locus illi versui; et Grotii editio Stobæi melius singularem illum versum locat et legit: Χρὴ τοῖς τεκοῦσιν ἀξίαν τιμὴν ἔχειν. *Barnes.*

299. Post hunc versum sequitur in antiquis Stobæi editionibus καὶ τοῖς τεκοῦσιν ἀξίαν τιμὴν νέμειν. Anthol. Tit. LXXIX. Sed recte hoc Grotius a præcedentibus separat, pro καὶ legens χρή. Confirmatque Stobæus ipse Tit. LXXXVIII. ubi integrum locum, omisso hoc versu, citat. *Musg.*

300. Γαμεῖν τ' ἀπ' ἐσθλῶν.] Ita passim loquuntur tragici. Noster Androm 966. ὡς φίλων μὲν ἂν Γήμαιμ' ἀπ' ἀνδρῶν. Ibid. 1268. Κᾆτ' οὖν γαμεῖν δῆτ' ἔκ τε γενναίων χρεὼν, Δοῦναί τ' ἐς ἐσθλοὺς, ὅστις εὖ βουλεύεται. Incertus Rhes. 168. Οὐκ ἐξ ἐμαυτοῦ μειζόνων γαμεῖν θέλω. Nostro loco γαμεῖ Hervagianæ primæ mendum typographicum primus in margine correxit Stiblinus, in textu Portus.

Κινηθεὶς Stobæi edd. nonnullæ, sed non Trincavellus. *Elmsl.*

Γαμεῖν τ' ἀπ' ἐσθλῶν.] Lego: γάμων τ' ἀπ' ἐσθλῶν, *et a fœminis honestis.* vid. Alcest. v. 972. Plut. Vit. Antonii in fine: ἐν ἔθει τοῖς Μακεδόνων βασιλεῦσιν ἐγάμει γάμους πλείονας p. 1750. Ed. H. Steph. *Musg.*

301. s. Ordo est, κακοῖς ἐκοινώνησεν, ὥστε λιπεῖν κ. τ. ἑ. *Elmsl.*

303. ἡ εὐγένει' Stob. Grot. LXXXVIII. p. 359. *Burn.*

304. R. P. Præf. ad Hecub. p. clxxiii. *Burn.*

305. Εἰς τοὔσχατον πλέοντες Stobæus.

ηὕρομεν P. E. Sic etiam ηὕρηκ', v. 535. ηὗρες, v. 957. Ηὐτύχει habet Aldus Hec. 18. ηὐτύχουν, v. 301. ἐπηύξατο, v. 542. ηὔφρανας, Or. 211. ηὔφρανε, v. 281. ηὔχου, v. 349. ηὐτύχησεν, v. 535. ηὐλαβεῖτο, v. 1058. ηὔχετο, Phœn. 1368. ἐξηύχουν (mendose pro ἐξηύχου) Med. 926. κατηύξατο, Alc. 163. προσηύξατο, v. 172. ηὐτρεπισμέναι, Iph. A. 1111. ηὔξω, Iph. T. 630. προσηυξάμην, Tro. 880. ηὔχετ', Hel. 1584. ηὐνάσθη, Ion. 17. ηὐνάσθην, v. 1484. His exceptis, diphthongum nunquam mutat Aldus. Cum Aldo plerumque consentiunt ceteræ editiones. Εὕρομεν, ut vulgo, nostro loco Stobæus. *Elmsl.*

Δότ', ὦ τέκν', αὐτοῖς χεῖρα δεξιὰν, δότε,
(Ὑμεῖς τε παισὶ) καὶ πέλας προσέλθετε.
Ὦ παῖδες, εἰς μὲν πεῖραν ἤλθομεν φίλων.
Ἢν δ' οὖν ποθ' ὑμῖν νόστος εἰς πάτραν φανῇ,
Καὶ δώματ' οἰκήσητε, καὶ τιμὰς πατρὸς,
Σωτῆρας ἀεὶ καὶ φίλους νομίζετε.
Καὶ μή ποτ' εἰς γῆν ἐχθρὸν αἴρεσθαι δόρυ,
Μεμνημένοι τῶνδ', ἀλλὰ φιλτάτην πόλιν
Πασῶν νομίζετ'. ἄξιοι δ' ὑμῖν σέβειν,

Date vos, pueri, eis dextram manum, date,
Et vos pueris; et prope accedite,
O pueri: periculum amicorum fecimus.
Si quando igitur contigerit vobis reditus in patriam,
Et domos habueritis et honores patris,
Putate semper *hos* servatores et amicos,
Et nunquam adversus *horum* terram tollite hastam hostilem,
Memores horum *beneficiorum*, sed charissimam civitatem
Omnium putate. Coli sane a vobis digni sunt.

310. ἔλθωμεν 311. ἡμῖν 313. αἰεὶ 316. ἄξιον γ' (sic) ὑμῖν

πεσόντες,] Stobæus Antholog. Tit. LXXXVIII. πλέοντες. *Musg.*

308. s. Soph. Œd. C. 1632. Δός μοι χερὸς σῆς πίστιν ἀρχαίαν τέκνοις, Ὑμεῖς τε, παῖδες, τῷδε. *Elmsl.*

308. δεξιὰν,] Dextras et a paciscentibus et a salutantibus mutuo datas quis nescit? vid. Virg. Æneid. I. v. 412. Nostrum Medea, v. 21. *Musg.*

Δότ', ὦ τέκν' αὐτοῖς χεῖρα δεξιὰν, δότε ὑμεῖς τε παισὶ] Dextera in fide et salutatione porrigitur. Virgil. Æneid. I. v. 412. — *Cur dextræ jungere Dextram non datur?* Aristophanes in Ranis: Ἔμβαλέ μοι τὴν Δεξιὰν καὶ δὸς κύσαι. Idem in Nebulis: Καὶ τὴν χεῖρα δὸς τὴν δεξιάν. Scholia: Ἔθος δ' ἐπὶ πίστει καὶ συνθήκαις βεβαίαις τὰς Δεξιὰς διδόναι ἀλλήλοις. Eustathius: Δεξιὰς δὲ πεποιθέναι λέγει, ἐπειδὴ ἐν τοῖς ὅρκοις οὐδὲν ἔλαττον εἰς πίστιν ἐλογίζετο καὶ τὸ τῶν δεξιῶν χειρῶν ἅπτεσθαι· ἦν γὰρ ἡ δεξίωσις σημεῖον φιλίας. Euripides in Medea: Ἀνακαλεῖ δὲ δεξιὰς πίστιν μεγίστην. Hinc Æschines Κατὰ Κτησιφῶντος illustratur: Καὶ ἀπὸ τῆς αὐτῆς τραπέζης ἔφαγες καὶ ἔπιες, καὶ ἔσπεισας, καὶ τὴν δεξιὰν ἀνέλαβες, ἄνδρα φίλον καὶ ξένον ποιούμενος, καὶ τοῦτον ἀπέκτεινας. *Brodæus.*

310. Sensus videtur ἤλθομεν postulare. Portus. Ἤλθομεν E. G. ut primus edidit Musgravius. *Venimus* omnes interpretes. *Elmsl.*

ἤλθομεν] Ita MSS. E. G. ut optime Æmilius Portus. Ed. Ald. ἔλθωμεν. *Musg.*

311. ὑμῖν tacite Barnesius. *Vobis* omnes interpretes. *Elmsl.*

312. Fieri potest ut post verba καὶ τιμὰς πατρὸς exciderit hujusmodi versiculus, Πάλιν λάβητε, τῆσδε κοιράνους χθονός. Quamquam verbum λάβητε suppleri potest ex altero verbo οἰκήσητε. De qua constructione consulendus omnino Brunckius ad Soph. Œd. T. 271. El. 435. et Dorvillius ad Charit. p. 394. a Brunckio allegatus. Exemplis adde nostræ fabulæ vv. 785. 833. 839. 1040. *Elmsl.*

314. αἴρεσθε Hervagiana secunda et sequentes ante Barnesium. Αἴρεσθαι recte Brubachiana. *Elmsl.*

315. Μεμνημένοι τῶνδ'.] *Memores horum* beneficiorum. *Elmsl.*

Οἳ γῆν τοσήνδε, καὶ Πελασγικὸν λεὼν,
Ἡμῶν ἀπηλλάξαντο πολεμίους ἔχειν,
Πτωχοὺς ἀλήτας εἰσορῶντες. ἀλλ' ὅμως
Οὐκ ἐξέδωκαν, οὐδ' ἀπήλασαν χθονός.
Ἐγὼ δὲ καὶ ζῶν, καὶ θανὼν, ὅτ' ἂν θάνω,
Πολλῷ σ' ἐπαίνῳ Θησέως, ὦ τᾶν, πέλας,

Qui terram tantam et Pelasgicum populum
Nostri vice habere hostes præoptarunt,
Videntes mendicos, errones: sed tamen
Non dediderunt, neque expulerunt ex *sua* terra.
Ego vero et vivens et mortuus, quando moriar,
O amice, magnis laudibus, accedens Theseo,

321. ὅταν θάνῃς, 322. ὦ τὰν

Post τῶνδ' distinguendum, non post μεμνημένοι, observavit Heath. *Beck.*

316. Non de nihilo est, quod Aldus ἄξιον γ' dedit, omisso posteriore accentu, quem primus addidit Canterus. Ceterum sententiæ convenientius est δὲ quam γε. Vide Alc. 445. 1079. Suppl. 1242. Ἄξιοι δ' igitur reposui. Quamquam legere etiam potes ἀξία δ', πόλις scilicet. Sed illud melius videtur. *Elmsl.*

ἄξιόν γ'.] Legendum, ni fallor, ἄξιοί γ'. MSS. E. G. omittunt γ'. *Musg.*

317. Πελασγικὸν] i. e. *Argivum.* Vid. Orest. v. 925. Æschyl. Suppl. v. 259. et seq. *Musg.*

Οἳ γῆν τοσήνδε,] Argos et Mycenas, clarissima tum Græciæ lumina. Πελασγικὸν λεὼν] Argivum, aut Peloponnesium. Stephanus: Πελασγία, ἡ χώρα τοῦ Ἄργους. Et Πελοπόννησος τρεῖς ἐπωνυμίας ἔχει· ἐπὶ μὲν γὰρ Ἄπεως τοῦ Φορωνέως ἐκαλεῖτο Ἀπία· ἐπὶ δὲ Πελασγοῦ, Πελασγία· ἐπὶ δὲ Ἄργου, ὁμωνύμως Ἄργος ἐκαλεῖτο. Ut autem Straboni, qui Homerum Thessaliam Πελασγικὸν Ἄργος appellare tradit, non repugno; ita et ipsum Ἄργος Peloponnesi oppidum, quod ἱππόβοτον ac δίψιον vocant, ab Euripide Πελασγικὸν quoque nominatum contendo. Hæc sunt ejus in Oreste verba: Ὦ γῆν Ἰνάχου κεκτημένοι, Πάλαι Πελασγοὶ, Δαναΐδαι δὲ δεύτερον. Et: Ἰὼ Πελασγὸν Ἄργος· Ac ejusdem in Phœnissis: Εἰς καιρὸν δ' ἔβης· Κινούμενον γὰρ τυγχάνει Πελασγικὸν Στράτευμα. Nec me ab ea opinione deducit libro quarto, capite quinto, Plinius. De Pelasgis vero sermonem habentes poëtæ, caute explicandi sunt. Nam Thessalia, Peloponnesus, Arcadia, Pelasgiæ (quod ea gens variis in locis pervagata sit) nomen retinuerunt. Habitarunt et maritimam Cariæ regionem Pelasgi, quæ lectorem monuisse satis sit. Hæc Joh. Brodæus. *Barnes.*

318. Monuit alicubi Kusterus ad Aristophanem, præpositionis ἀντὶ syllabam priorem semper produci. Quod vel nescivit Reiskius, vel, quod verius puto, Græcos Euripidis senarios spondeorum in paribus locis non minus patientes esse arbitratus est, quam Latinos Terentii aut Phædri. Sensus nostri loci satis perspicuus est, scriptura incertior. *Elmsl.*

Ἀντηλλάξαντο prima brevi, quod ne Jo. quidem Clericum, hodie si viveret, defensurum esse existimo, olim vix quisquam improbasset. Notum est Solonis distichon apud Diog. Laërt. I. 47. Αἶψα γὰρ ἂν φάτις ἧδε μετ' ἀνθρώποισι γένοιτο, Ἀττικὸς οὗτος ἀνὴρ τῶν Σαλαμῖν' ἀφέντων. Cujus scripturæ contra Isaacum Vossium τῶν Σαλαμιναφετῶν reponentem defensionem suscepit Tan. Faber, monente Menagio. *Et certe*, inquit Menagius, *quin secunda in* ἀφέντων, *propter liquidam mutæ junctam, corripi queat, nulla dubitatio est.* Nihil refert, verbi caussa, utrum in fine senarii collocetur ἔτνος an ἐντὸς, *patres* an *partes*. *Elmsl.*

ἀπηλλάξαντο] Superscribitur in meo Aldinæ exemplari ἀντηλλάξαντο. [quod et Reisk. reponi voluit.] Lego: ἐνηλλάξαντο,

Ὑψηλὸν ἀρῶ, καὶ λέγων τάδ', εὐφρανῶ,
Ὥς εὖ τ' ἐδέξω καὶ τέκνοισιν ἤρκεσας
Τοῖς Ἡρακλείοις, εὐγενὴς δ' ἀν' Ἑλλάδα
Σώζεις πατρῴαν δόξαν. ἐξ ἐσθλῶν δὲ φὺς,
Οὐδὲν κακίων τυγχάνεις γεγὼς πατρὸς,
Παύρων μετ' ἄλλων. ἕνα γὰρ ἐν πολλοῖς ἴσως

Extollam te; et hæc dicens illum delectabo,
Quod et humaniter exceperis *nos*, et opem tuleris liberis
Herculeis, et quod nobilis per Græciam
Servas paternam gloriam. Ex bonis enim cum natus sis,
Non es deterior patre,
Cum paucis aliis. Unum enim inter multos forte

323. Ὑψηλὸν αἴρω.

nobis mutabant, i. e. præ nobis malebant. Idem compositi usus Soph. Ajac. v. 208. et v. 1079. *Musg.*

321. ὅταν θάνω,] Primus edidit Hervagius ed. secunda. Sic etiam emendat Brodæus, qui pro vulgata scriptura exhibet ὅταν θάνοις. Noster Alc. 741. Θανεῖ γε μέντοι δυσκλεὴς, ὅταν θάνῃς. *Elmsl.*

θάνω,] Brodæi emendatio est. Ed. Ald. θάνῃς. *Musg.*

Ἐγὼ δὲ καὶ ζῶν,] Desideramus et Canteri et Brodæi diligentiam in hoc loco vertendo; neuter enim videtur assecutus, quid sibi vellet poëta. Itaque sic intelligendum puto: *Ego vero et vivus et mortuus (cum mortuus ero) multa te laude, O amice, apud* Theseum, *sive* Theseo *prope stans, apud Inferos* (id enim sibi vult Θησέως πέλας) *extollam te, et hæc dicens illum delectabo; scilicet* quod et humaniter tu, illius filius, exceperis nos, &c. Atque hoc modo sensus est planior et multo elegantior. Hanc notam in solidum debemus Johannis Miltoni codici. *Barnes.*

ὅταν θάνω frigere videtur Lennepio ad Phal. Epp. p. 114, 1. Itaque corrigit: ὅταν σθένω, vel ὡς ὢν σθένω: quæ formulæ tragicis usitatæ. v. Soph. El. 952. Antig. 91. &c. *Beck.*

ὅταν θάνω,] Doctissimus editor Lipsiensis oblitus est mentionem facere elegantissimæ emendationis Valckenærii in Præf. ad Phalaridis Epp. ed. Lennep. p. xv. Ἐγὼ δὲ καὶ ζῶν καὶ θανὼν, ὅσον σθένω, Conf. Andr. 814. Electr. 71. *Jacobs.*

322. Θησέως—πέλας,] *Thesei gnate.* Brodæus. *Æqualem Theseo.* Portus. *Accedens Theseo*, i. e. apud inferos. Barnesius. *Elmsl.*

Θησέως—πέλας,] Theseum ipsum fuisse, non Demophontem, qui Heraclidis asylum præbuerit, auctor est Diodor. Sic. Lib. IV. c. 57. Sed Pherecydem sequitur Euripides, ut patet ex Antonino Liberali, c. 33. *Musg.*

Θησέως ἄστρων πέλας legit Reisk. *Beck.*

323. Αἰρῶ Porsonus ad Med. 848. Dedi ἀρῶ, Porsono, ut opinor, non invito. Ex ἀείρω formatur futurum ἀερῶ, cujus duæ syllabæ priores in A longum coalescunt, eadem ratione qua ex τιμάετε fit τιμᾶτε, ex τὰ ἐμὰ τἀμά. Præter exempla hujus futuri a Porsono memorata, ἀπαροῦμεν legendum apud nostrum Med. 934. ἐπαρεῖ, Iph. A. 125. ἀροῦμεν, Iph. T. 117. Tro 1138. ἀρεῖται, Hel. 1597. ἐξεπαρεῖ apud Plutarchum Consolat. p. 102. F. Quorum nonnulla suis locis jam emendarunt viri docti. In Iphigenia priore in veram scripturam θυμὸν ἐπαρεῖ imprudens incidit Reiskius. Qui si rei metricæ paullo peritior fuisset, nunquam talem dipodiam anapæsticam exhibuisset, qualem conficiunt duæ longæ syllabæ tribus brevibus interpositis. Neque enim eum unquam suspicaturum fuisse arbitror, aliud esse futurum ἀρῶ ab αἴρω derivatum, aliud ab ἀείρω. Porsonum ἐπαρεῖ θυμὸν legisse monent Adversariorum ejus editores, p. 249. Adhuc juvenis scilicet ita legendum censuit, antequam veram hujus futuri rationem indagavit. *Elmsl.*

αἴρω,] Præsens pro futuro, ut πάρεστιν, Soph. Œd. Tyr. v. 785. *Musg.*

Εὕροις ἂν, ὅστις ἐστὶ μὴ χείρων πατρός.
ΧΟ. Ἀεί ποθ' ἥδε γαῖα τοῖς ἀμηχάνοις
Ξὺν τῷ δικαίῳ βούλεται προσωφελεῖν.
Τοίγαρ πόνους δὴ μυρίους ὑπὲρ φίλων
Ἤνεγκε. καὶ νῦν τόνδ' ἀγῶν' ὁρῶ πέλας.
ΔΗ. Σοί τ' εὖ λέλεκται, καὶ τὰ τῶνδ' αὐχῶ, γέρον,
Τοιαῦτ' ἔσεσθαι. μνημονεύσεται χάρις.
Κἀγὼ μὲν ἀστῶν ξύλλογον ποιήσομαι,
Τάξω θ' ὅπως ἂν τὸν Μυκηναίων στρατὸν
Πολλῇ δέχωμαι χειρὶ, (πρῶτα μὲν σκοποὺς
Πέμψω πρὸς αὐτὸν, μὴ λάθῃ με προσπεσὼν,

Invenias, qui non sit deterior patre.
Cho. Semper hæc terra calamitosis
In causa justa vult opem ferre.
Innumeros enim jam labores pro amicis
Tulit; et nunc hoc certamen video prope *nos esse.*
Dem. Et a te recte dictum est: et confido, senex, horum officia
Talia fore; in memoria habebitur hoc beneficium.
Et ego quidem civium conventum faciam,
Et ordinabo, ut Mycenæum exercitum
Possim excipere cum magnis copiis. Primum quidem speculatores
Mittam ad ipsum, ne me inscio *in nos* irruat.

329. ὅστίς ἐστι 331. Σὺν τῷ δικαίῳ 335. μνημονεύσεθ' ἡ χάρις. 336, σύλλογον 337. Τάξω δ'

325. Optime Musgravius, cum olim plene distingueretur post verba τοῖς Ἡρακλείοις, ita locum interpunxit, ut Iolai ad Theseum sermo etiam verba εὐγενὴς δ' ἀν' Ἑλλάδα σώζεις πατρῴαν δόξαν comprehenderet. Quo nuntio nihil umbræ Thesei gratius ad aures pervenire potuit. *Elmsl.*

327. Οὐδὲν κακίων τυγχάνεις γεγὼς πατρὸς,] Aperte hic poëta optimus Homerum fontem haurit, qui Odyss. β'. v. 276. ita canit: Παῦροι γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται· Οἱ πλέονες κακίους· παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους. Adi Erasmum in adagio: Ἀνδρῶν Ἡρώων τέκνα πήματα. *Brodæus*

328. Πολλῶν μετ' ἄλλων,] Imprudens dedit Grotius Excerptis, p. 317. *Commune paucis* recte in interpretatione. *Elmsl.*

330. τοῖς ἀμηχάνοις] Pro τοῖς ἀμηχανοῦσιν, omni ope destitutis. *Barnes.*

335. μνημονεύσεται χάρις P. E. Corruptam esse vulgatam scripturam patet ex elisione diphthongi. Articulus quidem sine ullo incommodo deleri potest, sed vereor ne graviori mendo locus laboret. An legendum, μνημονευτὸς ἡ χάρις, *dignum est hoc beneficium quod memoriæ commendetur?* Qua significatione dicitur ἀξιομνημόνευτος apud prosæ orationis scriptores. *Elmsl.*

μνημονεύσεθ' ἡ χάρις] Scaliger hic μνημονεύσει legit, non recte. *Barnes.*

337. Τάξω θ' P. E. Verbis κἀγὼ μὲν, v. 336. respondent σὺ δ', v. 341. *Elmsl.*

340. Ἄργει] Ita MSS. E. G. et sic etiam Scaliger, omissum tamen a Barnesio. Confer v. 290, 1. Ed. Ald. εἴργει. *Musg.*

Reisk. emendat: ταχὺς γὰρ ἕρπει, *nam celer it* (vel *ire debet*) *omnis opitulator:*

5

Ταχὺς γὰρ Ἄργει πᾶς ἀνὴρ βοηδρόμος)
Μάντεις θ' ἀθροίσας, θύσομαι. σὺ δ' εἰς δόμους
Ξὺν παισὶ χώρει, Ζηνὸς ἐσχάραν λιπών.
Εἰσὶν γάρ οἵ σου, κἂν ἐγὼ θυραῖος ὦ,
Μέριμναν ἕξουσ'. ἀλλ' ἴθ' εἰς δόμους, γέρον.
ΙΟ. Οὐκ ἂν λίποιμι βωμόν. ἑζώμεσθα δὴ
Ἱκέται μένοντες ἐνθάδ', εὖ πρᾶξαι πόλιν.
Ὅτ' ἂν δ' ἀγῶνος τοῦδ' ἀπαλλαχθῇς καλῶς,
Ἴμεν πρὸς οἴκους. θεοῖσι δ' οὐ κακίοσι
Χρώμεσθα συμμάχοισιν Ἀργείων, ἄναξ.
Τῶν μὲν γὰρ Ἥρα προστατεῖ, Διὸς δάμαρ,

(Quilibet enim vir Argis velox bellator est)
Et sacrificabo vates congregans. Tu vero in ædes
Cum pueris ingredere, relinquens aram Jovis.
Sunt enim qui tui, etiamsi ego foris fuero,
Curam habebunt. Quamobrem in ædes ito, senex.
Iol. Non relinquam aram; sedemus utique
Supplices, ut civitas bene rem gerat, hic manentes.
Ubi autem ab hoc certamine præclare abieris,
Tunc ibimus in ædes. Diis autem non deterioribus,
Quam Argivi, sociis utimur, O Rex.
Nam illis quidem præest Juno, conjunx Jovis,

340. Ταχὺς γὰρ εἴργει 341. Μάντεις τ' ἀθρήσας, 342. Σὺν παισὶ 343. θυραῖος ᾦ, 345. ἑζόμεσθα δὴ 346. πράξαι 347. Ὅταν δ'

nam propterea *βοηδρόμος* dictus est. *Beck.*

341. Μάντεις τ' ἀθρήσας etiam E. G. Μάντεις τ' ἀθροίσας primus edidit Barnesius ex emendatione H. Stephani et Canteri Nov. Lect. V. 29. Μάντεις θ' ἀθροίσας P. E. Contra ἄθροισον pro ἄθρησον habet Aldus in Iph. A. 1416. In Cycl. 378. ubi ἀθροίσας pro ἀθρήσας legendum esse censuerunt Stephanus et Canterus, vulgatam scripturam bene defendit Barnesius. *Elmsl.*

ἀθροίσας,] H. Stephani emendatio est. Ed. Ald. ἀθρήσας, nec variant MSS. *Musg.*

Μάντεις ἀθροίσας,] Ita pro ἀθρήσας hic legendum cum Cantero statuo, non autem cum illo ἀθρήσας in Cyclope item mutandum puto. Vid. Canterum Novar. Lection. Lib. V. c. 29. *Barnes.*

343. Θυραῖος ὦ,] Foris, absensque fuero. Sophocles Ajac. v. 804. Αἴαντος δ' ὅτι Θυραῖος εἴπερ ἐστὶν οὐ θαρσῶ πέρι. *Barnes.*

345. ἑζώμεσθα δὴ P. E. Contrarium vitium supra v. 33. emendavit Barnesius. Noster El. 107. Ἀλλ' εἰσορῶ γὰρ τήνδε προσπόλων τινὰ, Πηγαῖον ἄχθος ἐγκεκαρμένῳ κάρᾳ Φέρουσαν, ἑζώμεσθα, κἀκπυθώμεθα κ. τ. ἑ. Ubi ἑζώμεσθα *consistamus* sive *subsistamus* significat. Nostro loco verba ἑζώμεσθα—μένοντες per μείνωμεν—ἥμενοι explicanda videntur. *Elmsl.*

346. Vertit Portus, *Supplices expectantes hic, donec civitas rem feliciter gesserit.* Quæ interpretatio defendi potest ex Androm. 254. Ὡς τοῦτ' ἄραρε, κοὐ μενῶ πόσιν μολεῖν. Sed magis placet Musgravii versio, *Supplices, ut civitas bene rem gerat, hic manentes.* De qua vide ad v. 34. *Elmsl.*

Ἡμῶν δ' Ἀθάνα. φημὶ δ' εἰς εὐπραξίαν
Καὶ τοῦθ' ὑπάρχειν, θεῶν ἀμεινόνων τυχεῖν.
Νικωμένη γὰρ Παλλὰς οὐκ ἀνέξεται.==
ΧΟ. Εἰ σὺ μέγ' αὐχεῖς, ἕτεροι
Σοῦ πλέον οὐ μέλονται,
Ξεῖν' Ἀργόθεν ἐπελθών.
Μεγαληγορίαισι δέ γ' ἐμὰς
Φρένας οὐ φοβήσεις.
Μήπω ταῖς μεγάλαισιν οὕτω
Καὶ καλλιχόροις Ἀθάναις
Εἴη. σὺ δ' ἄφρων, ὅ τ' Ἄργει
Σθενέλου τύραννος.==
Ὃς πόλιν ἐλθὼν ἑτέραν

Nobis vero Minerva. Dico autem ad felicitatem
Et hoc deos habere præstantiores:
Pallas enim non patietur se vinci.
Cho. Si tu magnifice gloriaris, alii
Non *ideo* te plus curant,
Hospes, O Argis *huc* profecte.
Magniloquentia saltem meam
Mentem non terrebis.
Nunquam adeo magnis,
Et pulchre-choreas-agentibus Athenis *hoc*
Accidat; tu vero amens, et *ille*, qui Argis
Stheneli *filius, est* tyrannus:
Qui urbem profectus *in* aliam

351. Ἀθηνᾶ. 361. ὅτ' Ἄργει

348. Ἴμεν] Pro εἴσομεν, præsens pro futuro. vid. supra ad v. 269. *Barnes.*

350. Τῶν μὲν γὰρ Ἥρα προστατεῖ.] Ἀργείων δηλονότι. Vid. quæ nos ad Rhes. v. 372. et Troad. v. 965. *Barnes.*

351. Ἀθανα.] P. E. ex monitu Porsoni ad Or. 26. *Elmsl.*

354. ss. Iolaum per sequens Chori canticum in scena mansisse Prev. censet. *Beck.*

355. οὐ μέλομαί σου pro οὔ μοι μέλει σου, οὐ φροντίζω σου. Vide Valckenarium ad Phœn. 764. *Elmsl.*

356. Cum metrum antithetico minus respondeat, reponi potest Ἀργόθεν γ', ut versus saltem pherecrateus sit, etiamsi epitrito quarto opponatur diiambus. *Heath.*

362. Σθενέλου] Eurystheus Stheneli filius. Brodæus. Homerus Il. Τ. 123. Εὐρυσθεὺς, Σθενέλοιο πάϊς Περσηϊάδαο. *Elmsl.*

Σθενέλου] Pater is Eurysthei fuit. Apollod. Lib. II. c. 8. sect. 5. *Musg.*

Σθενέλου τύραννος.] Eurystheus, Stheneli filius, qui fuit Persei ex Andromeda. Hinc Ovidio dicitur Stheneleius, Epist. 9. *Quem non mille feræ, quem non Stheneleius hostis, Non potuit Juno vincere, vicit Amor.* Cum jam Hercules nascitu-

Οὐδὲν ἐλάσσον᾽ Ἄργους,
Θεῶν ἵκτορας ἀλάτας,
Καὶ ἐμᾶς χθονὸς ἀντεχομένους,
Ξένος ὢν βιαίως
Ἕλκεις, οὐ βασιλεῦσιν εἴξας,
Οὐκ ἄλλο δίκαιον εἰπών.
Ποῦ ταῦτα καλῶς ἂν εἴη
Παρά γ᾽ ευ φρονοῦσιν;==
Εἰρήνα μὲν ἔμοιγ᾽ ἀρέσκει.
Σὺ δ᾽, ὦ κακόφρων ἄναξ,
Λέγω, εἰ πόλιν ἥξεις,
Οὐχ οὕτως ἃ δοκεῖς κυρήσεις.
Οὐ σοὶ μόνῳ ἔγχος, οὐδ᾽ ἰ-

Non minorem Argis,
Deorum supplices exules,
Meæque terræ adhærentes,
Peregrinus existens, violenter
Trahis: non cedens regibus,
Neque quidquam aliud justi dicens.
Ubinam hæc honeste sint
Saltem apud sanæ mentis homines?
Pax mihi quidem placet.
Tu vero, O stulte rex,
Dico, si in terram venias,
Non sic, quæ putas, consequêris.
Non tibi soli hasta, neque

365. ἱκτῆρας 371. Πάραγ᾽ εὐφρονοῦσιν,

rus erat, Jupiter in concilio Deorum juravit, ut illo ipso die ex suo genere nasceretur, qui finitimis imperaret. Juno itaque in terram descendit, Argos petiit, Alcmenæ partum distulit, Archippen, Stheneli uxorem, septem tantum mensium fœtum parere coëgit, Eurystheum postea dictum. Qui ea ratione Argivorum regnum obtinuit, atque in Herculem imperium. *Barnes.*

365. In Æsch. Suppl. 661. verba Ζηνὸς ἵκτορας ἀγνοῦ verbis Ψῆφον δ᾽ εὔφρον᾽ ἔθεντο respondent. Confer nostræ fabulæ, v. 764. *Elmsl.*

ἱκτῆρας] Metrum postulare videtur ἵκτορας. Vide Æschyl. Suppl. 661. *Musg.*

371. Παρά γ᾽ εὖ φρονοῦσιν;] Barnesius. Notam interrogationis primus addidit Stiblinus, secundus Portus. Cum hoc loco conferenda verba πῶ τάδ᾽ ἐν χρηστοῖς πρέπει infra v. 511. Utrobique particula interrogativa πῶ non sine indignatione negat, ut sæpe apud tragicos. Soph. Œd. T. 390. Ἐπεὶ, φέρ᾽ εἰπὲ, ποῦ σὺ μάντις εἶ σαφής; Aj. 1100. Ποῦ σὺ στρατηγεῖς τοῦδε; πῶ δὲ σοὶ λεῶν Ἔξεστ᾽ ἀνάσσειν ὧν ὅδ᾽ ἤγετ᾽ οἴκοθεν; Noster Phœn. 558. κᾆτα ποῦ ᾽στιν ἡ δίκη; Vide omnino Porsonum ad Or. 793. *Elmsl.*

τέα κατάχαλκός ἐστιν.
Ἀλλ' οὐ πολέμων ἐραστὰς,
Μή μοι δορὶ συνταράξῃς
Τὰν εὖ χαρίτων ἔχουσαν
Πόλιν, ἀλλ' ἀνάσχου.—

Clypeus ære munitus est.
Sed non *sum* bellorum amans,
Ne Marte mihi collidas
Gratiis dilectam
Civitatem, sed inhibe te.

379 συναράξῃς 380. Τὰν εὐχαρίστων

373. Videtur scribendum σοί. Canterus. Imo, σὺ—κυρήσεις. *Elmsl.*

σὺ δ',] Canterus σοὶ δ'. *Musg.*

374. Εἰ πόλιν ἥξεις,] *Hostiliter* scilicet. De hac locutione consulendus Marklandus ad Suppl. 533. Soph. Trach. 259. Στρατὸν λαβὼν ἐπακτὸν, ἔρχεται πόλιν Τὴν Εὐρυτείαν. *Elmsl.*

375. Οὐχ οὕτως] Exquisita locutio, quæ omnes interpretes fugit. Sensus videtur esse, *non impune, non illæsus.* Noster Alc. 695. Ἄγαν ὑβρίζεις, καὶ νεανίας λόγους Ῥίπτων ἐς ἡμᾶς, οὐ βαλὼν οὕτως ἄπει. Herodotus I. 16. Ἀπὸ μέν νυν τούτων οὐκ ὡς ἤθελε ἀπήλλαξε, ἀλλὰ προσπταίσας μεγάλως. *Elmsl.*

οὕτως] Barnesius, errore typographico, οὕτω. *Musg.*

377. κατάχαλκος] Vid. Phœn. v. 108. *Musg.*

378. Ἀλλ' ὦ πολέμων ἐραστὰς,] *Sed, O belli avide,* Canteri emendationem in versione Latina adoptarunt Barnesius et Musgravius. Ego vero nihil mutandum censeo. Recte Portus, *Sed non* sum *amans bellorum. Elmsl.*

Ἀλλ' οὐ] Eleganter Canterus ἀλλ' ὦ. Neque obstat, quod ἐραστὰς scribatur, non ἐραστά. vid. Helen. v. 1399. *Musg.*

379. συνταράξῃς,] Barnesius in margine, probante Heathio, improbante vero Musgravio. *Elmsl.*

συναράξῃς,] *Collidas.* sic συνέπαισε, Hecub. v. 115. ξυνελαυνέμεν, Hom. Il. χ'. v. 129. Nulla igitur ratio erat, cur Barnesius reponi vellet συνταράξῃς. *Musg.*

380. Τὰν εὐχαρίστως ἔχουσαν] Edd. recentiores ex emendatione Brodæi. Τὰν εὖ χαρίτων ἔχουσαν P. E. ad Marklandi Supplic. 742. Noster Hippol. 464. Πόσους δοκεῖς δὴ καρτ' ἔχοντας εὖ φρενῶν, Νοσοῦνθ' ὁρῶντας λέκτρα, μὴ δοκεῖν ὁρᾶν. Ad quem locum citat Valckenarius similes nonnullas locutiones. Τὴν εὖ χαρίτων ἥκουσαν dixisset Herodotus. *Elmsl.*

εὐχαρίστως.] Brodæi emendatio est. Ed. Ald. εὐχαρίστων. *Musg.*

382. Qui Græcas tragœdias in quinos actus ad instar Latinarum distribuunt, rectius in nostra fabula procedunt quam in aliis plerisque. Sunt enim in ea quatuor Chori μέλη, eaque satis commodis intervallis posita. Actus igitur secundi hunc versum initium fecit Stiblinus, tertii, v. 630. quarti, v. 784. quinti, v. 928. *Elmsl.*

383. Ἥκεις ;] Cum nota interrogationis primus edidit Stiblinus. *Elmsl.*

385. λόγος.] Primus edidit Hervagius ed. secunda. Sic etiam legendum monet Brodæus. Ego σε pro γε dedi. Ita noster Hec. 1015. Ψεύσει σ' ὁδοῦ τῆσδ' ἐλπίς. Æsch. Pers. 472. Ὦ στυγνὲ δαῖμον, ὡς ἄρ' ἔψευσας φρενῶν Πέρσας. Soph. Œd. C. 628. εἴπερ μὴ θεοὶ ψεύσουσί με. Aj. 1382. καί μ' ἔψευσας ἐλπίδος πολύ. Ita passim. *Elmsl.*

λόγος.] H. Stephani emendatio est. Ed. Ald. λόγους. *Musg.*

Heath. mavult γ' ὁ κήρυκος λόγος. *Beck.*

386. ss. Retinendum esse τὰ πρὸς θεῶν patet ex Iph. T. 561. Ἀλλ' οὐ τὰ πρὸς θεῶν εὐτυχεῖ, δίκαιος ὤν. Contra vitiosum esse ἐστὶν ex eo apparet, quod rarissime ἐστὶ in initio versus legitur, nisi in initio sententiæ, vel saltem post aliquam pausam sive distinctionem. Dedi igitur εἴσιν;

ARGUMENTUM ACTUS SECUNDI.

Demophon, cognitis vatum responsis, Iolao refert, Eurystheum non procul abesse; sibi vero omnia, quæ ad pugnam sint necessaria, jam esse expedita. Virginem autem aliquam nobilem ab oraculis ad victimam posci; se vero neque suos, neque alienos immolaturum liberos; quare ipsum despicere debere, quomodo in hac parte Deorum postulationibus fiat satis. Iolaus, hac difficultate implicitus, se suosque deplorat, quos nuper in portu putabat, nunc iterum alto mari videt deferri. Tandem seipsum Eurystheo offerri vult, hac conditione, ut Herculis liberi salvi maneant. Virgo Macaria, Herculis filia, cum audiret, victoriam ea lege acquiri posse, ultro se fratrum et sororum causa victimam leto offert. Eam Iolaus a proposito dehortari, saltem, ut prius sortitionem una cum reliquis sororibus faciat: Ipsa hanc sibi gloriam propriam vult et integram; nec sorte designari, sed voluntate, ad mortem cupit. Hinc fratribus et sororibus cum sene valere jussis, studium iis veræ sapientiæ, ac pietatem gratitudinemque erga suos manes commendat. Chorus providentiæ Divinæ inscrutabilem varietatem notat; senemque consolatur, ut moderatius ferat gloriosam Macariæ mortem.

ΙΟ. Ὦ παῖ, τί μοι ξύννοιαν ὄμμασιν φέρων
Ἥκεις; νέον τι πολεμίων λέγεις πέρι;
Μέλλουσιν, ἢ πάρεισιν, ἢ τί πυνθάνει;
Οὐ γάρ τι μὴ ψεύσῃ σε κήρυκος λόγος.
Ὁ γὰρ στρατηγὸς, εὐτυχὴς τὰ πρὸς θεῶν,

Iol. O fili, quid mihi mœrorem oculis ferens
Venis? aliquid novi dicis de hostibus?
Cunctantur, an adsunt, aut quid audis?
Haud enim mendax fuerit præconis sermo, i. e. *Coprei.*
Imperator enim, felix quod ad Deos attinet,

382. σύννοιαν ὄμμασι 383. ἥκεις, 384. πυνθάνῃ; 385. ψεύσῃ γε κήρυκος λόγους.

veniet, quod miror Musgravio in mentem non venisse. Utrum vero verba εἰς τὰς Ἀθήνας cum εἶσιν conjungenda sint, an cum verbis οὐ σμικρὸν φρονῶν, non usquequaque certum est. Ego Portum et Barnesium sequor, propter illud nostri Hippol. 6. Σφάλλω δ' ὅσοι φρονοῦσιν εἰς ἡμᾶς μέγα. *Elmsl.*

386. τὰ πρὸς θεῶν,] Legendum, ni fallor:

— εὐτυχὴς τὰ πρόσθεν ὤν,
ᾄσσει, σάφ' οἶδα, καὶ μάλ' οὐ σμικρὸν φρονῶν,
εἰς τὰς Ἀθήνας — —

Tyrwhittus, qui jam olim τὰ πρόσθεν ὢν reposuerat, retinebat tamen ἔστιν, cum φρονῶν connectens, ἔστιν οὐ σμικρὸν φρονῶν. *Musg.*

Ὁ γὰρ στρατηγὸς] Johann. Brodæus male hæc verba de Demophonte dicta putat; quum ad Eurystheum omnino sint referenda. Hic enim sensus loci: Certe præconis istius minæ incassum non factæ; Illius enim Dominus est potens belli dux, nec leviter in Athenas irascitur: sed Deus solet superbos spiritus mutilare; quod speramus jam facturum. *Barnes.*

386. Vulgo legitur:

Ὁ γὰρ στρατηγὸς εὐτυχὴς τὰ πρὸς θεῶν
ἐστὶν, σάφ' οἶδα, καὶ μάλ' οὐ σμικρὸν φρονῶν
εἰς τὰς Ἀθήνας· ἀλλὰ τῶν φρονημάτων
ὁ Ζεὺς κολαστὴς τῶν ἄγαν ὑπερφρόνων.

in quibus versibus nihili sunt verba τὰ

Εἶσιν, σάφ' οἶδα, καὶ μάλ' οὐ σμικρὸν φρονῶν
Εἰς τὰς Ἀθήνας. ἀλλὰ τῶν φρονημάτων
Ὁ Ζεὺς κολαστὴς τῶν ἄγαν ὑπερφρόνων.
ΔΗ. Ἥκει στράτευμ' Ἀργεῖον, Εὐρυσθεύς τ' ἄναξ.
Ἐγώ νιν αὐτὸς εἶδον. ἄνδρα γὰρ χρεὼν,

Festinabit, bene scio, nec parvos animos gerens
Adversus Athenas. Sed spiritus
Nimis superbos Jupiter punit.
Dem. Venit exercitus Argivus, et Eurystheus rex:
Ego eum ipse vidi: oportet enim virum

387. Ἔστιν σάφ' οἶδα. 391. ἄνδρα δὲ χρεὼν

πρὸς θεῶν, quæ solito acumine restituit Tyrwhittus, scribens:

εὐτυχὴς τὰ πρόσθεν ὤν.

quam veram et germanam scripturam esse, nullus dubito. *Jacobs.*

387. καὶ μάλ' οὐ σμικρὸν φρονῶν] In his verbis nonnihil hæreo. Sententia postulare videtur ut particula καὶ propriam suam vim servet. Εὐτυχὴς τὰ πρὸς θεῶν, καὶ οὐ σμικρὸν φρονῶν. Sed in καὶ μάλα, καὶ λίαν, et similibus, omnino παρέλκειν videtur καί. Incertus Rhes. 85. Καὶ μὴν ὅδ' Αἰνέας καὶ μάλα σπουδῇ ποδὸς Στείχει. Quidquid de hoc statuatur, hinc emendandus Soph. Aj. 1120. Ὁ τοξότης ἔοικεν οὐ σμικρὸν φρονεῖν. Æsch. Pers. 784. Ξέρξης δ' ἐμὸς παῖς ὢν νέος νέον φρονεῖ. Vulgo σμικρὰ et νέα. *Elmsl.*

Quatuor sola tragicorum loca reperi, quæ ad ἐστὶν hoc loco defendendum allegari possent. I. Æsch. Agam. 1240. Τοιαῦτα τολμᾷ θῆλυς. ἄρσενος φονεύς Ἔστιν. Malim, Τοιαῦτα τολμᾷ. θῆλυς ἄρσενος φονεὺς Ἔσται. Sed magis Æschyleum videtur, Τοιαῦτα τολμᾷ θῆλυς ἄρσενος φονεύς. Εἶεν. τί νιν καλοῦσα δυσφιλὲς δάκος Τύχοιμ' ἄν; Sæpe occurrit εἶεν hoc modo ante interrogationem adhibitum. Ita noster Phœn. 863. Εἶεν, πάρεσμεν. τί μ' ἐκάλεις σπουδῇ, Κρέον; Ibid. 1631. Εἶεν. τί δράσω δῆθ' ὁ δυσδαίμων ἐγώ; Hippol. 297. Εἶεν. τί σιγᾷς; οὐκ ἐχρῆν σιγᾶν, τέκνον. Suppl. 1114. Εἶεν. τί δὴ χρὴ τὸν ταλαίπωρόν με δρᾶν; Iph. A. 454. Εἶεν. τί φήσω πρὸς δάμαρτα τὴν ἐμήν; Ion. 756. Εἶεν. τί δρῶμεν, θάνατος ὢν κεῖται πέρι. Adde Hec. 313. Med. 387. Iph. A. 1185. Tro. 938. 991. Ion. 275. Herc. 448. El. 907. II. Choëph. 91. Ἦ τοῦτο φάσκω τοὔπος, ὡς νόμος βροτοῖς Ἔστ', ἀντιδοῦναι κ. τ. ἑ. Lego, Ἦ τοῦτο φάσκω τοὔπος, ὡς νόμος βροτοῖς, Ἔσθλ' ἀντιδοῦναι τοῖσι πέμπουσιν τάδε Στέφη, δόσιν τε τῶν καλῶν (vulgo κακῶν) ἐπαξίαν; Legi etiam posset, Εὖ τ' ἀντιδοῦναι. Obiter moneo apud Aristoph. Eq. 1206. pro barbaro vocabulo ὑπεραναιδεσθήσομαι legendum esse ὑπεραναιδευθήσομαι. III. Eurip. Herc. 1282. Κεκλημένῳ δὲ φωτὶ μακαρίῳ ποτε Αἱ μεταβολαὶ λυπηρόν. ᾧ δ' ἀεὶ κακῶς Ἔστ', οὐδὲν ἀλγεῖ συγγενῶν (συγγενῶς edd. recentiores) δύστηνος ὤν. Nihilo deterius esset, ᾧ δ' ἀεὶ κακῶς Ἦν. Sed quid sibi vult illud συγγενῶν vel συγγενῶς? IV. Theseo fr. 5. Τὸ δ' αὖ τέταρτον ἦν μὲν εἰς ὀρθὸν μία, Λοξαὶ δ' ἐπ' (f. ἀπ') αὐτῆς τρεῖς κατεστηριγμέναι Εἰσίν. Agitur de litera E. quæ in nomine ΘΗΣΕΥΣ quartum locum obtinet. Hic etiam non male legeretur præteritum ἦσαν. Vide tamen an etiam minori mutatione res expediri possit, legendo, τρεῖς κατεστηριγμέναι Εἰς ἕν. Quamquam hoc libentius admitterem, si Euripidis ætate litera E talem formam [K] habuisset. Nostro loco si retinetur εἶσιν, legendum videtur σάφ' ἴσθι. De qua varietate consulendus Blomfieldius ad Æsch. Prom. 513. (503. Stanl.) *Elmsl.*

Hoc versu Musgravius tentavit ἄσσει σάφ' οἶδα. Mihi verisimilius est, Tragicum scripsisse:

ἥξει, σάφ' οἶδα, καὶ μάλ' οὐ σμικρὸν φρονῶν,
εἰς τὰς Ἀθήνας.

Magno spiritu elatus Athenas veniet.

Jacobs.

388. Hic versus:

Ὅστις στρατηγεῖν φησ' ἐπίστασθαι καλῶς,
Οὐκ ἀγγέλοισι τοὺς ἐναντίους ὁρᾶν.
Πεδία μὲν οὖν γῆς εἰς τάδ' οὐκ ἐφῆκέ πω·
Στρατὸν, λεπαίαν δ' ὀφρύην καθήμενος,
Σκοπεῖ (δόκησιν δὴ τάδ' ἂν λέγοιμί σοι)

Qui dicit se recte bellum administrare scire,
Non per nuncios videre hostes.
In hos tamen terræ campos nondum immisit
Exercitum, collis supercilio considens
Speculatur. Hoc tibi ex conjectura dico,

394. εἰς τόδ' 395. Λεπάραν δ' ὀφρύην 396. τόδ' ἂν λέγοιμί σοι.

ὁ Ζεὺς κολαστὴς τῶν ἄγαν ὑπερφρόνων.

sine auctoris nomine legitur ap. Stobæum Tit. XXII. p. 186. Gesn. p. 112. Grotii. *Jacobs.*

389. Legitur hic versus apud Stobæum XXII. p. 188. Imitatur noster Æschylum Pers. 829. Ζεύς τοι κολαστὴς τῶν ὑπερκόπων ἄγαν Φρονημάτων ἔπεστιν, εὔθυνος βαρύς. *Elmsl.*

Vid. Apostol. xiii. 1. Heath. in Add. ad Barnes. Fr. Incert. *Burn.*

391. ἄνδρα γὰρ χρεὼν,] P. E. Δὲ *et* γὰρ *facillime permutantur*, inquit Porsonus ad Med. 34. *quamquam facilius* δὲ *in* γὰρ *quam* γὰρ *in* δὲ *migrat.* Vide v. 404. *Elmsl.*

394. εἰς τάδ'] Primus edidit Hervagius ed. secunda. Sic etiam emendat Brodæus. Consentit S. et, ut opinor, E. Alterum enim cod. cum Aldo consentire ait Musgravius. *Elmsl.*

εἰς τάδ'] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. et MS. G. εἰς τόδ'.

Πεδία] Erat enim Marathon, teste Herodoto, ἐπιτηδεώτατον χωρίον ἐνιππεῦσαι, VI. 102. *Musg.*

Admodum obscura sunt et procul dubio vitiata, quæ leguntur inde a versu hoc.

πεδία μὲν οὖν γῆς εἰς τάδ' οὐκ ἐφῆκέ πω
στρατὸν, λεπαίαν δ' ὀφρύην καθήμενος,
σκοπεῖ· δόκησιν δὴ τόδ' ἂν λέγοιμί σοι,
ποίᾳ προσάξει στρατόπεδον τανῦν δορὸς,
ἐν ἀσφαλεῖ τε τῇδ' ἱδρύσεται χθονός.

Ex hac narratione Eurystheus exercitum nondum in campum demisisse, sed in montibus ita collocasse intelligitur, ut Demophoon, rerum bellicarum non imperitus, conjecturam posset facere, ex qua parte impetum in Atticam facturus esset. Hactenus omnia expedita sunt, sed hæremus in verbis

τανῦν δορὸς
ἐν ἀσφαλεῖ τε τῇδ' ἱδρύσεται χθονός.

quorum obscuritas multis conjecturis locum fecit. Videtur autem librariis, ut veram et sinceram hujus loci lectionem corrumperent, et recentioribus criticis, ut in ea restituenda frustra laborarent, fraudi fuisse hoc, quod, cum Demophoon se suspicionem habere dicat, qua via Eurystheus in Atticam penetraturus sit, sibi persuaderent, in iis, quæ modo posuimus verbis, explicatiorem hujus suspicionis significationem contineri. Quod mihi secus videtur; nec certe opus erat, ut Demophoon rem disertius exponeret, quam satis habebat verbo indicasse. Leni mutatione utrumque versum sic restitui posse suspicor:

— δόκησιν δή τιν' ἂν λέγοιμί σοι
ποίᾳ προσάξει στρατόπεδον· τανῦν δ' ὅρους
ἐν ἀσφαλεῖ γε τῆς δ' ἱδρύεται χθονός.

Jam tibi aliquam suspicionem dicere possim, qua parte exercitum in planitiem demissurus sit. Nunc quidem collocatus est, in finibus, in tuta terræ nostræ parte. Quo admisso, Demophoon conjecturam suam verbo significasse, non explicuisse videri debet. Oratio autem sic continuanda est: λεπαίαν ὀφρύην καθήμενος σκοπεῖ καὶ ἱδρύεται ἐν ἀσφαλεῖ χθονὸς τόπῳ, ἐν ὅροις δηλονότι. *Jacobs.*

Ποίᾳ προσάξει στρατόπεδόν τ' ἄνευ δορὸς,
'Εν ἀσφαλεῖ τε τῆσδ' ἱδρύσεται χθονός.
Καὶ τἀμὰ μέντοι πάντ' ἄραρ' ἤδη καλῶς.
Πόλις τ' ἐν ὅπλοις, σφάγιά θ' ἡτοιμασμένα

Qua via nunc exercitum armatum sine prælio adducat,
Et in tuto collocat hic agri.
Mea quidem omnia recte sunt jam constituta,
Et urbs in armis, et hostiæ paratæ

397. Ποία προσάξει στρατόπεδον τανῦν δορὸς, 398. τῇδ' ἱδρύσετε 399. ἄρηρ'

395. Μεπάραν.] Legendum λεπάραν. *In aspero jugo castrametatus.* Brodæus. Qui scripsisse videtur, Λεπάραν — λεπαίαν. Λεπαίαν δ' ὀφρύην primus edidit Stiblinus, secundus Barnesius, qui hanc emendationem a Porto quoque memoratam pro sua venditare videtur. Vertit Stiblinus, *Montosis insidens jugis.* Λεπαῖος legitur etiam in Hippol. 1243. Iph. T. 325. Canterum Λεπάραν in textu retinuisse non miror, Portum miror. Canterus enim ed. Stiblinianam vix unquam inspexisse videtur, Portus eam satis diligenter usurpavit. Vertit Portus, *In Lepara colle considens.* Si rogas ubinam gentium sit Lepara collis, respondeo, *Lepara nomen proprium montis in finibus Atticæ et Megarensium.* Quæ verba in suo ed. Brubachianæ exemplari calamo annotata reperit Reiskius. Scilicet viros doctos fefellit Λεπάραν in Aldina per Λ. majusculum scriptum. Quod ad ὀφρύην attinet, huc respexit Photius, monente Musgravio: 'Οφρύην. τὸ μετέωρον. Εὐριπίδης. Monet idem hanc vocem sæpius usurpari ab Herodoto IV. 181. seqq. *Elmsl.*

λεπαίαν] Barnesii emendatio est, cui magnam speciem dant Hippol. v. 1243. Iphig. Taur. v. 325. Ed. Ald. Λεπάραν, tanquam proprium loci nomen esset.

ὀφρύη] Frequentat hanc vocem Herodotus. vid. Lib. IV. 181. et seq. Ex Euripide citat Phot. Lex MS. *Musg.*

λεπαίαν δ' ὀφρύην] Λεπαίαν, quod olim in λεπάραν corruptum degeneravit, in locum suum restituo; est enim frequens apud Euripidem vocabulum, ut λεπαία νάπη, Iphigen. Taur. et λεπαίας χθονὸς, et 'Ιδαῖον λέπας, i. e. Montem Idæ. 'Οφρύη autem pro ὀφρὺς, *supercilium*, et per figuram, montis prominentia. *Barnes.*

396. Δόκησιν δὴ τάδ' ἂν λέγοιμί σοι S. Hæc verba διὰ μέσου esse primus monuit Brodæus, qui recte vertit, *uti et suspicor.* Confert Tyrwhittus Bacch. 619. Κᾆθ' ὁ Βρόμιος (ὥς ἔμοιγε φαίνεται, δόξαν λέγω) Φῶς ἐποίησεν κατ' αὐλήν. *Elmsl.*

δὴ τόδ'] MSS. Steph. δὴ τάδ'. Notat Tyrwhittus, δόκησιν δὴ τόδ' ἂν λέγοιμί σοι idem esse, ac δόξαν λέγω in Bacch. v. 619. Herodotus VII. 186. δόκησιν δεῖ λέγειν. *Musg.*

Reisk. suspicatur: δόκησιν ἐμὴν τόδ' ἂν — *Dico autem hoc tibi ut conjecturam meam, non ut rem certo exploratam.* *Beck.*

Legendum δόκησιν et ποίᾳ, ut constructio sit: σκόπει, ποίᾳ ὁδῷ προσάξει. δόκησιν per appositionem τῷ τόδε subjunctum est. Ita autem vertendum: *Ut hoc tibi quidem quasi suspicionem meam dicam.* *Heath.*

397. Ποίᾳ] Primus edidit Portus. *Qua via* Brodæus et Stiblinus. τ' ἄνευ δορὸς] Musgravii emendationem adoptavi. Idem significat ἄτερ Χαλυβδικοῦ supra v. 162. *Elmsl.*

δορός,] Reisk. legit ὅροις. *Beck.*

398. τῇδ' ἱδρύσεται S. edd. recentiores. Τῆσδ' recte Tyrwhittus, consentiente E. *Elmsl.*

Ex voce ἀσφαλεῖ apparet, quomodo Demophoon Eurysthei consilium interpretatus sit: credidisse enim, non pugnæ occasionem quæri, sed tutam exercitui stationem. Hinc pro τανῦν δορὸς repono τ' ἄνευ δορὸς:

ποίᾳ προσάξει στρατόπεδον τ' ἄνευ δορὸς,
ἐν ἀσφαλεῖ τε τῇδ' ἱδρύσεται χθονός.

Ἕστηκεν, οἷς χρὴ ταῦτα τέμνεσθαι θεῶν.
Θυηπολεῖται δ' ἄστυ μάντεων ὕπο,
Τροπαῖά τ' ἐχθρῶν, καὶ πόλει σωτήρια.
Χρησμῶν δ' ἀοιδοὺς πάντας εἰς ἓν ἁλίσας,

Sunt, quibus Diis has oportet immolari.
Lustratur autem civitas a vatibus.
Averrunca hostium et urbi salutifera.
Omnes autem vates oraculorum congregans in unum,

403. τρόπαιά τ' —— σωτηρία.

ἄνευ δορὸς, *sine Marte.* Æschyl. Eumen. v. 289. κτήσεται δ' ἄνευ δορός. Sophocles apud Stobæum Tit. LXIII. ἄνευ δορὸς, ἄνευ σιδήρου. τῆδε. χθονὸς, ut ἐνταῦθα τῆς Βοιάτων ἀπήνεγκε, Pausan. p. 207. vid. et Hecub. 1265. In diversum hic abit Tyrwhittus, ita legens:

πεία προσάξει στρατόπεδον τὰ νῦν ὁδῷ
ἐν ἀσφαλεῖ τε τῆσδ' ἱδρύσεται χθονός.

Pro τῆδ' etiam MS. E. τῆσδ'. ἱδρύσεται MSS. Steph. debetur, nam Ed. Ald. ἱδρύσετε. *Musg.*

τῆσδε scribit Reisk. *Beck.*

399. ἄρα ρ' P. E. De hoc verbo vide Valckenarium ad Hippol. 1093. et Brunckium ad Med. 323. *Elmsl.*

ἄραρ' hic quoque, ut in aliis locis, legi jubet Brunck. ad Med. 323. Amat enim Euripides Doricam hanc formam. *Beck.*

401. οἷς χρὴ ταῦτα τέμνεσθαι θεῶν.] Æsch. Pers. 202. σὺν θυηπόλῳ χερὶ βωμῷ προσέστην, ἀποτρόποισι δαίμοσι θῦσαι θέλουσα πέλανον, ὧν τέλη τάδε. Herodotus I. 118. Σῶστρα τοῦ παιδὸς γὰρ μέλλω θύειν τοῖσι θεῶν τιμὴ αὕτη προσκέεται. *Elmsl.*

οἷς χρὴ ταῦτα τέμνεσθαι θεῶν.] Erant enim propria, quæ [certis] Diis immolarentur, animalia: Caper Baccho, Jovi juvencus, Neptuno taurus, mactatur [Junoni vacca candida, &c.] Aristides: Καὶ θύειν μὲν, ἃ μὴ χρὴ, δυσσεβὲς ἡγούμεθα. Aristophan. in Acharn. Ἀλλ' οὐχὶ χοῖρος τῇ Ἀφροδίτῃ θύεται. Necesse quoque putabant aruspices, ut eximia ac integra essent, οὐ λελωβημένα, ἢ κόλουρα, i. e. mutila; nec caudam haberent aculeatam, nec linguam nigram, nec aurem fissam, [nec testes elisos.] Ea Græci ἄρτια, ἄτομα et τέλεια vocabant et τελήεντα. Ut Hom. τεληέσσας Ἑκατόμβας et Αἰγῶν τε τελειῶν. Hinc Aristophan. citata modo fabula: Οὐχὶ θύσιμός ἐστι; Κέρκον οὐκ ἔχει. Scholiast. Τὰ γὰρ κόλουρα ἐν ταῖς ἱερουργίαις οὐ θύετο, καὶ καθόλου, ὅπερ ἂν ᾖ μὴ τέλεον καὶ ὑγιὲς, οὐ θύεται τοῖς θεοῖς. *Brodæo.*

402. s. Horum versuum sedes immutanda est, ut vidit etiam Tyrwhittus. Musgravius. Mihi quidem nihilo deterior videtur vulgatus ordo. Σφάγια, v. 400. memorata tum demum sacrificanda erant, cum ad manus cum Eurysthei exercitu veniendum erat. Sed interea victimas ad omnes urbis aras immolabant haruspices, quas τροπαῖά τ' ἐχθρῶν καὶ πόλει σωτήρια recte appellari quis dubitet? Θυηπολεῖται δ' ἄστυ.] Id est, μάντεις κατ' ἄστυ θυηπολοῦσι. Hoc adde exemplis ad Soph. Œd. T. 1094. allatis. *Elmsl.*

Θυηπολεῖται δ' — Τροπαῖά τ'] Horum versuum sedes intermutanda est, ut vidit etiam Tyrwhittus. *Musg.*

403. Τροπαῖά τ' (sic) Hervagiana prima. Τρόπαιά τ' Hervagiana secunda et sequentes omnes. Recte, modo recte legatur infra v. 867. Ὦ Ζεῦ τροπαῖε. Notum et grammaticorum monitum, Atticos non τρόπαιον sed τροπαῖον dixisse. Quod si de τροπαῖον verum est, verum etiam esse puto de τροπαῖος. Non me fugit operam eos perdere qui de singularum vocum accentibus nimis curiose disputent, quippe quorum notitiam solis grammaticis Alexandrinis debeamus, natis quidem illis potius ad obscurandam quam ad illustrandam veterem linguam Græcam. Ubi vero in προσῳδίᾳ cujuslibet vocis fluctuant hodierna librorum exemplaria, operæ pretium est eam scripturam quæ melior videatur, ubique repræsentare. Τροπαῖον προπερισπωμένως habet

Ἤλεγξα, καὶ βέβηλα, καὶ κεκρυμμένα,
Λόγια παλαιὰ, τῇδε γῇ σωτήρια.
Καὶ τῶν μὲν ἄλλων διάφορ' ἐστὶ θεσφάτων
Πόλλ'. ἓν δὲ πάντων γνῶμα ταυτὸν ἐμπρέπει.
Σφάξαι κελεύουσίν με παρθένον κόρη

Exploravi et vulgata et arcana
Vetera oracula, salutaria huic terræ.
Et *in* cæteris quidem *rebus* diversa sunt oraculorum
Multa. Una vero *in re* omnium eadem eminet sententia.
Mactare jubent me virginem puellam

408. ταὐτὸν 409. παρθένον κόρην

Aldus in Androm. 761. τροπαῖα, ibid. 695. Τροπαῖ' igitur dedi infra v. 786.

Σωτήρια, quod habet Brodæus in annotationibus, primus in textum admisit Barnesius. *Elmsl.*

Τροπαῖά τ' ἐχθρῶν καὶ πόλει σωτήρια] Subaudi θυηπολήματα, quod verbum virtualiter continetur in θυηπολεῖτε.. Potest etiam hic locus ad σφάγια referri, et alia, quæ præcesserunt: ταῦτα μέν ἐστι τῶν ἐχθρῶν τρόπαια, ἤγουν ἀποτρόπαια, τοῖς τε φίλοις σωτήρια, ἤγουν τῇ πόλει ἡμῶν. Quare neque σωτηρία pro substantivo hic sumendum, neque τρόπαια pro tropæis, sed ut supra et in Latina quoque versione exposuimus. Sic dicitur Ζεὺς τρόπαιος. De tropæis autem vid. quæ nos ad Heraclid. v. 934. *Barnes.*

Τροπαῖα κ. τ. λ.] Hunc versum, cum Tyrwhitto et Musgravio transposuit Prevostus. *Beck.*

404. Χρησμῶν γὰρ ἀοιδοὺς Hervagiana prima et sequentes ante Barnesium, qui Aldinam scripturam revocavit. Χρησμῶν γὰρ ᾠδοὺς e v. 489. emendarat Duportus. Ἁλίσας primam producit apud nostrum Herc. 412. monente Musgravio. Deinde apud veteres non minus usitatum est ἁλίζω quam συναλίζω. Participium ἁλίσας ter minimum in libro primo usurpat Herodotus, capp. 77. 80. 119. Significat ἀθροίσας, quod in simili locutione adhibet noster supra v. 341. Utrumque ἁλίζω et συναλίζω usurpat Xenophon, obsoletorum et poëticorum vocabulorum sectator omnium Atticorum studiosissimus. Illud habet Anab. II. 4, 3. VI. 3, 3. hoc Pæd. I. 2, 15. 4, 14. Anab. VII. 3, 48. Hellen. I. 1, 30. Hesychius v. Ἀλίσας duo diversa verba ἁλίζω et ἀλίνδω confundit, nisi glossa ejus ita scribenda est: Ἀλίσας. κονίσας, κυλίσας, καταβαλών. Ἁλίσας. συναθροίσας, συναγαγών. Ἀλίσας tenui spiritu primam corripit, secundam producit. Aristoph. Nub. 32. Ἄπαγε τὸν ἵππον ἐξαλίσας οἴκαδε. *Elmsl.*

Imo, Hervagiana secunda et tertia cum sequentibus ante Barnesium. Cum Aldina consentiunt Hervagiana prima et Brubachiana. *Elmsl. Addend.*

Χρησμῶν — ἀοιδοὺς] De genere hoc hominum videndus Aristoph. Avibus, v. 961. et seq. Equit. v. 957. et seq. ubi imposturas eorum et secreta vaticinia facete deridet.

εἰς ἓν ἁλίσας.] Barnesius, auctore Scaligero, συναλίσας. Sed ἁλίσας, contra quam creditum est, priorem producit. Noster Herc. Fur. v. 413. ἀγορὸν ἁλίσας φίλων. cui respondet in antistropha βίοτον, οὐδ' ἔβα πάλιν, Callimachus Fragm. LXXXVI.

εἰς τὸ πρὸ τείχους ἱερὸν ἁλέες δεῦτε.

Macrobius Saturnal. Lib. I. c. 17. ἢ ὅτι συναλισθέντος πολλοῦ πυρὸς περιπολεῖ, *ut ait Empedocles:*

εὕνεκ' ἂν ἁλισθεὶς μέγαν οὐρανὸν ἀμφιπολεύει.

Musg.

Χρησμῶν δ' ἀοιδοὺς] Ita quum Aldi editio recte habeat, restituo; puto vero, alias editiones ex aliis per negligentiam primo corruptas in χρησμῶν γὰρ ἀοιδοὺς, quem locum Duportus corrigere volens ᾠδοὺς legebat, et profecto idem hemistichium post legitur, v. 480. χρησμῶν γὰρ ᾠδοὺς φησὶ σημαίνειν ὅδε. Sed, ut dixi, quia γὰρ in hoc

Δήμητρος, ἥτις ἐστὶ πατρὸς εὐγενοῦς.
Ἐγὼ δ' ἔχω μὲν, ὡς ὁρᾷς, προθυμίαν
Τοσήνδ' ἐς ὑμᾶς. παῖδα δ' οὔτ' ἐμὴν κτενῶ,
Οὔτ' ἄλλον ἀστῶν τῶν ἐμῶν ἀναγκάσω
Ἄκοντ'. ἑκὼν δὲ τίς κακῶς οὕτω φρονεῖ,

Cereri, quæ sit ex patre nobili nata,
Ego vero habeo quidem, ut vides, promptitudinem
Tantam erga vos: filiam vero neque meam occidam,
Neque alium civium meorum cogam
Nolentem. Volens vero quis adeo desipit,

410. Δήμητρίγ', ἥτίς ἐστι 412. κτανῶ, 414. ἑκὼν δέ τις

loco sedem nullam habere potest, δὲ autem optimam, Aldi lectio hic retinenda. Unico verbo dicitur χρητμῳδός. Ibid. Συναλίσας] Ita scribo Scaligeri auctoritate, et quia ἁλίσας, priorem cum habeat brevem, versui sufficere non potuit; et quoniam συναλίσας frequentius in hac significatione occurrat: Herodot. in Euterpe: ἐς μίην πόλιν τὰς γυναῖκας συναλίσαντα, i. e. συναγαγόντα. Xenoph. Pæd. Lib. I. Καὶ πεζοὺς πολλοὺς καὶ ἱππέας συναλίσας. Hesych. συναλιζόμενος, συναλισθεὶς, συναθροισθείς. Thema ἅλις. *Barnes.*

405. Oraculorum occultorum meminit Herodotus V. 91. *Musg.*

408. Γνῶμα habet etiam Soph. Trach. 593. γνώματος, Æsch. Agam. 1361. *Elmsl.*

Schol. Triclin. Soph. Antig. 181. Trach. 602. Heath. inter Eurip. incert. p. 189. c. 1. *Burn.*

Γνῶμα] Poëtica vox pro γνώμη, unde γνωματεύω, *sententiose loquor.* Ibid. ταὐτὸν] Idem, quod τὸ αὐτὸν, ut τοιοῦτον, τοσοῦτον, τηλικοῦτον τό. Vid. quæ nos ad Troad. v. 965. Ibid. Ἐμπρέπει] Διαπρέπει· αὕτη ἡ μία γνώμη ἐν πάσαις ἄλλαις, ταῖς διαφόροις, διαπρέπει· Οὐ γὰρ ταύτην διαφόρως λαλοῦσιν, ἀλλ' ὡς ἐκ μιᾶς φωνῆς τὸ αὐτὸ πάντες λαλοῦσιν. *Barnes.*

γνῶμα] Τὸ γνῶμα καὶ Αἰσχύλος, (Agam. 1363.) κἀγὼ τοιούτου γνώματος κοινωνὸς ὤν. Fl. 1. 2. *Scholiast.*

409. Κόρη Δήμητρος, Barnesius ad v. 600. Vulgatam scripturam, quam agnoscere videtur argumenti scriptor, corruptam esse ostendit particula γε ad hiatum evitandum insèrta. Vitio non valde diverso vulgo legitur in Tro. 772. Οὐ γάρ ποτ' αὐχῶ Ζῆνα γ' ἐκφῦναι σ' ἐγὼ, modo scripserit poëta Ζηνὸς ἐκφῦναί σ', ut conjecit Reiskius. Sed præstare videtur altera Reiskii emendatio Ζῆνά γ' ἐκφῦσαί σ'. Nam particula γε, quæ nostro loco plane supervacanea est, in Troasi vim sententiæ addit. Deinde nostro loco displicet παρθένον κόρην, quas voces conjunctas alibi nusquam reperi. Κόρη Δήμητρί τ' mavult Piersonus Verisim. 179. Sed solam Proserpinam nominat poëta, v. 601. nec facile dixeris quare Cereri immolanda sit virgo, quam deam peculiari religione Marathone coli nemo unquam dixit. Præterea κόρη absolute pro Proserpina dictum a tragico sermone alienum videtur. Namque in Suppl. 34. unde verba Κόρης τε καὶ Δήμητρος citat Piersonus, præcedunt verba δυοῖν θεαῖν. *Elmsl.*

Cum Troadum loco confer Med. 597. *Elmsl. Addend.*

Barnesius (infra ad v. 601.) pro κόρην Δήμητρί γ' reponi jubet κόρη Δήμητρος, i. e. Proserpinæ. Malit Piersonus Κόρη Δήμητρί τ'. Utrumvis ferri potest: neutrum necessarium esse.

πατρὸς.] Malim ματρὸς. rationes vide ad v. 491. *Musg.*

412. κτενῶ P. E. Κτανῶ Atticis abjudicat Porsonus ad Or. 930. *Elmsl.*

414. ἑκὼν δὲ τίς primus edidit Portus, ante quem notam interrogationis post τέκνα v. seq. adhibuerat Stiblinus. *Elmsl.*

Ὅστις τὰ φίλτατ' ἐκ χερῶν δώσει τέκνα;
Καὶ νῦν πικρὰς ἂν ξυστάσεις ἂν εἰσίδοις,
Τῶν μὲν λεγόντων ὡς δίκαιον ἦν ξένοις
Ἱκέταις ἀρήγειν, τῶν δὲ μωρίαν ἐμοῦ
Κατηγορούντων. ἢν δὲ μὴ δράσω τόδε,

Qui charissimos liberos ex manibus *ad necem* dare velit?
Et nunc discordantium cœtus videas;
Horum quidem dicentium, quod æquum sit hospitibus
Supplicibus opem ferre; aliorum vero stultitiam meam
Accusantium. Nisi vero hoc compescuero,

415. τέκνα. 416. Καὶ νῦν πικρὸν ὄν, συστάσεις 417. δίκαιον ἦ 418. μωρίαν ἐμὴν

416. Etsi virorum doctorum, qui ante me huic fabulæ emendandæ operam dederunt, infelices conjecturas plerumque memorare supersedeo, operæ pretium est attendere quomodo verba πικρὸν ὂν eorum ingenium exercuerint. *Videtur scribendum πικρόνων, aut potius πικρονόων*, inquit Canterus. Πονηρῶν Scaligeri emendatione posthabita, πολιτῶν conjicit Barnesius. Πικρόν γ' ὄν, *quæ res sane peracerba est*, mavult Reiskius, διχοφρόνων Heathius, διχονόων vel διχοφρόνων Musgravius. Recte πικρὰς ἂν E. Alter cod. Parisiensis πικρὰν ἂν habet.

ξυστάσεις sunt κύκλοι, ὁμιλίαι, *cœtus, conventus*. Noster Androm. 1077. εἰς δὲ συστάσεις Κύκλους τ' ἐχώρει λαὸς οἰκήτωρ θεοῦ. *Elmsl.*

πικρὸν ὄν] MS. E. πικρὰς ἄν. MS. G. πικρὰν ἄν. Barnesio placet πολιτῶν, quod nimis a vulgata recedit. Canterus emendabat πικρόνων, vel πικρονόων. Sed non soli πικρόνοι hæc inter se disceptabant. Legendum forte διχονόων, vel διχοφρόνων. Exstat vox διχόφρων, Æschyl. Sept. Theb. 905. *Musg.*

Καὶ νῦν, πικρὸν ὂν] Miror, Henricum Stephanum, cum aperta sit hic versus injuria, nihil ad hunc locum mutivisse; ne dicam ex MSS. opem tulisse. Canterus in hac parte non solita felicitate sua utitur: πικρόνων enim legit, quod nec exstat, nec, si exstaret, Versui morem gereret; quare ipse addit; vel potius πικρονόων. Sed πικρόνοος est verbum novum, nec Euripideum, nec locum hic haberet; de meliori enim, hoc est, saniori, civium parte prius τῶν sumitur; quare nec Josephi Scaligeri lectio magis arridet, πονηρῶν. Ego itaque mallem omnino πολιτῶν, licet nullos codices prætendere velim: Καὶ νῦν πολιτῶν ἑταιρίας καὶ συνελεύσεις ἂν ἴδοις, τῶν μὲν ταῦτα, τῶν δὲ ἄλλως λεγόντων. Quare et in marginem ad manus exhibui; nondum enim satis audeo in textum admittere; licet paulo post, nempe v. 423. et v. 437. eadem vox occurrens, magis confirmet. *Barnes.*

διχοφρονῶν est conjectura Heath.

Reisk. πικρόν γ' ὄν, *quæ res sane peracerba est.*

Sequitur Prev. lectionem codicis a Musgr. laudati πικρὰς ἂν—"tu verrois d'amères assemblées." *Beck.*

416. ss. καὶ νῦν πικρὸν ὢν συστάσεις ἂν εἰσίδοις,
τῶν μὲν λεγόντων, ὡς δίκαιον ἦ ξένοις
ἱκέταις ἀρήγειν, τῶν δὲ μωρίαν ἐμὴν
κατηγορούντων· ἢν δὲ μὴ δράσω τόδε
οἰκεῖος ἤδη πόλεμος ἐξαρτύεται.

In primo horum versuum manifestum est vitium, medicina non item. Recte judicavit Barnesius, Canterum in hoc loco tentando solita felicitate usum non esse, qui πικρόνων vel πικρονόων scribendum existimaret. Nec multo feliciora sunt ceterorum conamina, quorum ii, qui πονηρῶν legendum sunt suspicati, longissime a vero abfuisse videntur; alii, minori cum sensus detrimento, aut πολιτῶν, aut διχονόων, aut διχοφρόνων emendarunt. Hoc mihi intelligere videor, de iis hoc loco civibus agi, qui juvenibus et qui præterea armis ferendis pares erant, ad prœlium eductis, in urbe relicti essent; unde fere suspicor in antiquis membranis obtinuisse

καὶ νῦν γερόντων συστάσεις ἂν εἰσίδοις.

Οἰκεῖος ἤδη πόλεμος ἐξαρτύεται.
Ταῦτ' οὖν ὅρα σὺ, καὶ ξυνεξεύρισχ' ὅπως
Αὐτοί τε σωθήσεσθε καὶ πέδον τόδε,
Κἀγὼ πολίταις μὴ διαβληθήσομαι.
Οὐ γὰρ τυραννίδ' ὥστε βαρβάρων ἔχω,

Bellum domesticum jam præparatur.
Hæc igitur tu vide, et simul excogita, quomodo
Ipsique servemini, et hæc regio,
Et ego non civium gratia excidam.
Non enim tyrannidem ut barbarorum obtineo:

421. *συνεξεύρισχ'*, quod etiam a vulgatæ lectionis ductibus proxime abest. In sequentibus

ἢν δὲ μὴ δράσω τόδε,

Vera fortasse est conjectura Musgravii:

ἢν δὲ μὴ σχάσω τόδε.

Nisi hoc inhibuero; quamvis non satis apparet, quomodo Demophoon hos civium suorum sermones inhibere potuerit. Dicam quod sentio. Haruspicum sententia, qui ad Deorum animos Atheniensibus conciliandos virginis sanguine opus esse dixerant, nondum in vulgus erat edita, cum Demophoon Atheniensium senes *de bello contra Argivos suscepto* in varias partes sermocinantes audiret, ita ut alii quidem pietatem, in tuendis supplicibus demonstratam, laudibus efferrent, alii contra stultitiæ regem arguerent, quod peregrinorum hominum causa civitatem in periculum adduxisset. Hinc se vereri dicit Demophoon, si, animis in hunc modum commotis, horrendam oraculi formulam in publicum ederet; ne res in civile erumpat bellum. Quæ si recte a nobis sunt posita, non improbabile fortasse videbitur, tragicum scripsisse:

ἢν δὲ νῦν φράσω τόδε,
οἰκεῖος ἤδη πόλεμος ἐξαρτύεται.

Jacobs.

417. *δίκαιον ἦν* P. E. Ἦν nostro loco, ut alibi passim, *ἐστὶ* significat. Subjunctivus *ᾖ* solœcus est. *Elmsl.*

418. *μωρίαν ἐμοῦ* P. E. ad Marklandi Iph. T. 919. Verba accusandi genitivum personæ, ut loquuntur grammatici, accusativum autem rei postulant. Noster Or. 28. *Φοίβου δ' ἀδικίαν μὲν τί δεῖ κατηγορεῖν;* Hippol. 1060. Ἡ *δέλτος ἥδε, κλῆρον οὐ δεδεγμένη, Κατηγορεῖ σου πιστά.* Ion. 931. *Τί φής; τίνα λόγον Λοξίου κατηγορεῖς;* Unde malim in Syleo fr. 4. *Τό τ' εἶδος αὖτ' αὐθαδίαν κατηγορεῖ Σιγῶντος.* Vertendum igitur nostro loco, *stultitiæ me accusantium*, non cum Porto aliisque, *stultitiam meam accusantium.* Syleus satyricum drama fuisse videtur, in quo fortasse stare posset hujusmodi senarius, *Τό τ' εἶδος αὖτ' αὐθαδίαν κατηγορεῖ.* Conjecit Musgravius, *Τό τ' ἦθος αὐτόθεν τι σοῦ κατηγορεῖ Σιγῶντος.* Malim, *αὐθαδές τι.* Sed verum videtur, * * *τό γ' εἶδος αὐτό σου κατηγορεῖ.* Deest primus pes. *Elmsl.*

419. *ἢν δὲ μὴ δράσω τόδε,*] *Nisi rem ita composuero, ut utrique parti satisfaciam.* Vel, *Nisi cavero ne cui ut filiam suam immolet auctor sim.* Brodæus. Hæc interpretatio melior videtur. *Διὰ μέσου* collocanda sunt verba *καὶ νῦν πικρὰς ἂν—κατηγορούντων.* *Elmsl.*

δράσω τόδε,] Lego *σχάσω τόδε. nisi hoc inhibuero.* vid. Troad. v. 812. *Musg.*

τόδε ad nihil aliud referri potest, quam ad *ξένοις ἱκέταις ἀρήγειν.* Sed tum falsus plane oritur sensus. Itaque legendum: *ἢν δὲ μὴν δράσω τόδε.* — Ex Heath.

Beck.

424. s. Atossa apud Æsch. Pers. 211. *εὖ γὰρ ἴστε, παῖς ἐμὸς, Πράξας μὲν εὖ, θαυμαστὸς ἂν γένοιτ' ἀνὴρ, Κακῶς δὲ πράξας, οὐχ ὑπεύθυνος πόλει, Σωθεὶς δ' ὁμοίως τῆσδε κοιρανεῖ χθονός.* *Elmsl.*

Οὐ γὰρ τυραννίδ' ὥστε βαρβάρων ἔχω,]

Ἀλλ' ἢν δίκαια δρῶ, δίκαια πείσομαι.
ΧΟ. Ἀλλ' ἦ πρόθυμον οὖσαν οὐκ ἐᾷ θεὸς
Ξένοις ἀρήγειν τήνδε χρῄζουσαν πόλιν;
ΙΟ. Ὦ τέκν', ἔοιγμεν ναυτίλοισιν, οἵτινες
Χειμῶνος ἐκφυγόντες ἄγριον μένος,
Εἰς χεῖρα γῇ ξυνῆψαν, εἶτα χερσόθεν
Πνοαῖσιν ἠλάθησαν εἰς πόντον πάλιν.
Οὕτω δὲ χἡμεῖς τῆσδ' ἀπωθούμεσθα γῆς,

Sed si justa faciam, justa patiar.
Cho. An ergo promptam existentem non sinit deus
Hospitibus opem ferre hanc civitatem quamvis cupientem?
Iol. O filii, similes sumus navigantibus, qui
Cum effugerunt sævam tempestatis vim,
Et appulerunt ad terram prope, deinde a littore
Flatibus rejecti sunt rursus in mare.
Sic et nos depellimur ex hac terra,

427. πόλιν. 430. συνῆψαν. 431. πνοιαῖσιν 432. χ' ἡμεῖς τῆσδ' ἀπωθούμεθα

Apud barbaros omnia suo arbitrio statuunt reges. Cum multa sunt genera regni, unum est, quod Παμβασιλεία appellatur, quasi dicas *regnum numeris omnibus absolutum.* Plutarchus: Πέρσαι μὲν αὐτοκρατῆ βασιλείαν καὶ ἀνυπεύθυνον ἔχουσι. *Brodæus.*

425. Ἀλλ' ἢν δίκαια, etc.] Certum est, quod ait Johannes Brodæus, priscos illos reges legibus non fuisse solutos. Et æque certum est, bonos reges et prudentes nec esse sine legibus, nec esse velle; si enim Deo similes esse volunt, et ejus vicarii, boni esse justique subditis suis debent, ut Deus esse solet: aliter enim Diabolo similes fiunt, illiusque partes agunt. Divina igitur M. Antonini vox: *Licet legibus soluti simus, attamen legibus vivimus.* Recte itaque Pindarus cecinit: *Quis igitur imperantem compressurus imperio est? Lex nempe, mortalium immortaliumque regina omnium.* Vid. Cœl. Rhodig. Lib. VIII. c. 1. et Claud. Salmasium contra J. Miltonum in sua Regia Defensione. *Barnes.*

426. Ἀλλ' ἦ] *Sane* aut *profecto* plerique interpretes. *An ergo* cum interrogatione recte Musgravius. Vide Æsch. Agam. 284. Choëph. 218. 772. Suppl. 320. 920. Soph. El. 879. Eurip. Phœn. 1718. Hippol. 861. 936. (ubi consulendi Valckenarius et Monkius) Alc. 58. 832. Iph. A. 847. Iph. T. 1171. Bacch. 910. Hel. 490. Ion. 755. Herc. 1119. incertum Rhes. 36. *Elmsl.*

428. Atticos ἔοιγμεν et εἴξασι pro ἐοίκαμεν et ἐοίκασι dixisse nemini ignotum est. Præter nostrum locum, ἔοιγμεν occurrit infra v. 681. Cycl. 99. et apud Soph. Aj. 1239. Quid pro ἐοίκατε dixerint ego quidem nescio. De εἴξασι consulendi Ruhnkenius ad Timæum, p. 98. et Piersonus ad Mœrin, p. 148. *Elmsl.*

ἔοιγμεν] Pro ἐοίκαμεν. Vid. Cyclop. v. 99. *Musg.*

430. ὡς χεῖρα γῇ συνῆψαν,] *Simul ac manu terram tetigerant,* Valckenarius ad Phœn. 1409. Nota est locutio εἰς χεῖρας ἰέναι τινὶ, *ad manus cum aliquo venire.* Nostro loco de terra loquitur poëta tanquam de persona. Dicitur εἰς λόγους συνάπτειν in Phœn. 714. Ὡς εἰς λόγους ξυνῆψα Πολυνείκει μολών. Nihil igitur muto. *Elmsl.*

Εἰς χεῖρα] Proverbialis, saltem familiaris apud Græcos locutio erat εἰς χεῖρα pro *in conspectum, prope.* Xenophon, εἰς χεῖρας τοῖς κρείττοσιν ἰέναι, p. 239. D. Polyb. τοὺς προεστῶτας αὐτῶν εἰς τὰς χεῖρας λαμβάνων, p. 71. vid. et p. 345. et p. 383.

Ἤδη πρὸς ἀκταῖς ὄντες, ὡς σεσωσμένοι.
Οἴμοι, τί δῆτ' ἔτερψας ὦ τάλαινά με
Ἐλπὶς τότ', οὐ μέλλουσα διατελεῖν χάριν;
Ξυγγνωστὰ γάρ τοι καὶ τὰ τοῦδ', εἰ μὴ θέλει
Κτείνειν πολιτῶν παῖδας. αἰνέσαι δ' ἔχω
Καὶ τάνθάδ'. εἰ θεοῖσι δὴ δοκεῖ τάδε
Πράσσειν ἔμ', οὔτοι σοί γ' ἀπόλλυται χάρις.
Ὦ παῖδες, ὑμῖν δ' οὐκ ἔχω τί χρήσομαι.

Jam existentes ad littus, tanquam salvi.
Hei mihi! Quid igitur me oblectâsti, O misera
Spes tunc, cum non esses ad exitum perductura beneficium *hoc*?
Veniam enim merentur et hujus *res*, si nolit
Occidere civium filias: laudo autem
Et *officia mihi præstita* hic, si modo Diis placet hæc
Pati me: non sane vobis peribit gratia.
O filii, vobis vero quid consulam non habeo.

436. συγγνωστὰ——θέλοι 437. αἰνέσας δ' ἔχω 439. F. οὔτοι σή γ'

E. Arrian. ἐν χερσὶν εἶναι Δαρεῖον, p. 70. Minime igitur legendum cum Valckenærio ὡς χεῖρα. *Musg.*

Valck. ad Phœn. 1409. ὡς χεῖρα γῇ συνῆψαν, *simulac terram manu tetigerunt*, probante Heath. *Beck.*

431. Πνοαῖσιν] Edd. omnes præter Aldinam et Hervagianam primam. Πνοιαὶ edd. omnes in Androm. 478. Tro. 876. Altera scriptura melior mihi videtur. Quamvis enim ποιὰ, ῥοιὰ, στοιὰ, χροιὰ, et alia fortasse nonnulla, apud veteres saltem Atticos rectius per diphthongum quam per simplicem vocalem scribantur, diversam fuisse horum rationem ostendit rectus casus singularis, qui in his semper in A desinit, in illo semper in H, nisi in Doricis Chori canticis. Neque unquam, quod sciam, apud tragicos aut comicos metro repugnat πνοὴ priore correpta. Contra ποιὰ priorem producit apud Eurip. Cycl. 333. Aristoph. Eq. 606. ῥοιὰ, *malum Punicum*, apud Aristoph. Pac. 1001. στοιὰ, Eccl. 676. 684. 686. χροιὰ apud Eurip. Bacch. 449. et alibi. Male igitur, ni fallor, Porsonus in Or. 145. pro Aldina scriptura ἆ ἆ σύριγγος ὅπως πνοὰ, ἆ ἆ σύριγγος ὡς πνοιὰ dedit. Versus antitheticus est, Ὀλεῖς, εἰ βλέφαρα κινήσεις. Metrum est syzygia dochmiaca bacchio subjecta. Satis bene sibi respondent syzygiæ dochmiacæ ῥιγγὸς ὅπως πνοὰ et βλέφαρα κινήσεις. Πνοιαῖς metro repugnante olim legebatur apud Æsch. Suppl. 142. *Elmsl.*

ἠλάθησαν] Ab ἐλάω, pro ἐλαύνω, fit ἤλακα, et ἤλαμαι, (Attice ἐλήλαμαι) unde ἠλάθην: invenitur et ἤλασμαι, unde ἐλασθεὶς, etc. *Barnes.*

432. ἀπωθούμεσθα] Edd. recentiores. *Elmsl.*

436. Ξυγγνωτὰ] Scribendum, si vera sunt quæ ad Soph. Œd. T. 361. dixi. Sed apud Euripidem alteram scripturam tantum non ubique exhibent hodierni libri. Quid si statuamus utramque formam apud veteres in usu fuisse? Eodem modo fortasse dirimenda grammaticorum lis de κλαυτὸς et κλαυστός.

εἰ μὴ θέλει P. E. In vulgata scriptura, supplendum ξυγγνωστὰ ἂν εἴη, in nostra, ξυγγνωστά ἐστι. Cum de re certa loquatur Iolaus, melius sententiæ convenit ἐστὶ quam ἂν εἴη. *Elmsl.*

437. αἰνέσαι δ' ἔχω] Valckenarius ad Phœn. 712. qui monet αἰνεῖν ἔχω infra occurrere, v. 486. *Elmsl.*

Ποῖ τρεψόμεσθα; τίς γὰρ ἄστεπτος θεῶν;
Ποῖον δὲ γαίας ἕρκος οὐκ ἀφίγμεθα;
Ὀλούμεθ', ὦ τέκν'. ἐκδοθησόμεσθα δή.
Κἀμοῦ μὲν οὐδὲν, εἴ με χρὴ θανεῖν, μέλει,
Πλὴν εἴ τι τέρψω τοὺς ἐμοὺς ἐχθροὺς θανών.
Ὑμᾶς δὲ κλάω καὶ κατοικτείρω, τέκνα,
Καὶ τὴν γεραιὰν μητέρ' Ἀλκμήνην πατρός.
Ὦ δυστάλαινα τοῦ μακροῦ βίου σέθεν,
Τλήμων δὲ κἀγὼ, πολλὰ μοχθήσας μάτην,
Χρῆν, χρῆν ἄρ' ἡμᾶς, ἀνδρὸς εἰς ἐχθροῦ χέρας

Quo nos vertemus? Quis enim Deorum non sertis supplicatoriis aditus est?
Ad quod etiam terræ propugnaculum non venimus?
Peribimus, O filii; dedemur.
Et ego quidem, si me oportet mori, nihil curo;
Nisi si quid oblectabo meos inimicos moriens.
Vos vero deploro et miseror, O filii,
Et Alcmenam vetulam matrem patris.
O infelix propter longam vitam tuam!
Miser et ego, qui frustra multum laboravi!
Oportebat igitur, oportebat nos in hominis inimici manus

442. ἕρκος   446. κλαίω,

Valck. ad Phœn. 712. reponit: αἰνέσαι δ' ἔχω. Heath. autem distinguit:

αἰνέσας δ' ἔχω
Καὶ τἀνθάδ'· εἰ θεοῖσι δὴ δοκεῖ τάδε
Πράσσειν ἔμ', οὔ τοί σοί γ' ἀπόλλυται χάρις.

Laudo vero urbis hujus erga nos propensionem; siquidem diis visum est, me tali fortuna uti, gratia tibi debita non proinde periit. *Beck.*

438. s. Verba εἰ θεοῖσι δὴ δοκεῖ τάδε πράσσειν ἔμ' ad sequentia referenda esse primus monuit Heathius. *Elmsl.*

439. An legendum, οὔτοι σή γ' ἀπόλλυται χάρις; Quamquam parum refert. *Elmsl.*

441. ἄστεπτος] Quem Deorum supplices precati non sumus; quem non coronavimus? Artemidorus Oneirocrit. β'. στεφανοῦν τοὺς θεοὺς ἄνθεσι καὶ κλάδοις τοῖς προσήκουσι καὶ νενομισμένοις. *Brodæus.*

442. Ἕρκος edd. recentiores. *Elmsl.*

Ποῖον δὲ γαίας ἕρκος] *Quam ad urbem?* Sunt autem ambita septaque mœnibus oppida. Joh. Brodæus. Alii per septum et per id asylum exponunt, haud æque bene. *Barnes.*

444. Κἀμοὶ S. edd. recentiores. Recte se habet κἀμοῦ. Ita noster Med. 347. Τοὐμοῦ γὰρ οὔ μοι φρόντις, εἰ φευξούμεθα. Κείνους δὲ κλάω ξυμφορᾷ κεχρημένους. *Elmsl.*

Κἀμοὶ] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. κἀμοῦ. *Musg.*

448. Noster Hec. 655. Τί δ', ὦ τάλαινα σῆς κακογλώσσου βοῆς. Med. 1024. Ὦ δυστάλαινα τῆς ἐμῆς αὐθαδίας. *Elmsl.*

Ὦ δυστάλαινα τοῦ μακροῦ βίου σέθεν,] Subaudi ἕνεκα. Ita verum est, *Vivaces homines amicis suis et fortunis superstites fore;* unde et illud: Ὃν φιλεῖ θεὸς, θνήσκει νέος. Μακρὸς γὰρ βίος εὐεπηρέαστος. *Barnes.*

450. Herodotus I. 8. Χρῆν γὰρ Κανδαύλῃ γενέσθαι κακῶς. *Elmsl.*

452. Ἀλλ' οἶσθ' ὅ μοι ξύμπραξον;] Vide ad Œd. T. 543.

Πεσόντας, αἰσχρῶς καὶ κακῶς λιπεῖν βίον.
Ἀλλ' οἶσθ' ὅ μοι ξύμπραξον; (οὐχ ἅπασα γὰρ
Πέφευγεν ἐλπὶς τῶνδέ μοι σωτηρίας)
Ἔμ' ἔκδος Ἀργείοισιν ἀντὶ τῶνδ', ἄναξ,
Καὶ μήτε κινδύνευε, σωθήτω τέ μοι
Τέκν'. οὐ φιλεῖν δεῖ τὴν ἐμὴν ψυχήν. ἴτω.
Μάλιστα δ' Εὐρυσθεύς με βούλοιτ' ἂν λαβὼν,
Τὸν Ἡράκλειον ξύμμαχον, καθυβρίσαι.
Σκαιὸς γὰρ ἀνήρ. τοῖς σοφοῖς δ' εὐκτὸν, σοφῷ
Ἔχθραν ξυνάπτειν, μὴ ἀμαθεῖ φρονήματι.

Delapsos, turpiter et misere amittere vitam.
Sed fac mihi nostin' quid? Non enim omnino
Excidit mihi spes horum salutis.
Me dedito Argivis pro istis pueris, O rex,
Et non subeas tu periculum, et serventur mihi
Liberi *isti*. Non oportet *me* amare meam animam: eat.
Eurystheus enim vellet, me præcipue tenens,
Herculeum socium contumelia afficere:
Vecors enim vir est. Sapientibus vero *est* optandum, ut cum sapiente
Inimicitias susceptas gerant, non cum amentis imperito spiritu:

452. *σύμπραξον; οὐχ ἅπασι γὰρ* 458. *σύμμαχον,* 459. *ἀνήρ.* 460. *συνάπτειν, μὴ 'μαθεῖ*

οὐχ ἅπασι γάρ] *Non prorsus, non omnibus modis.* Brodæus. Πᾶσι pro *παντάπασι* habet Soph. Œd. T. 40. Νῦν τ', ὦ κράτιστον πᾶσιν Οἰδίπου κάρα. Œd. C. 1446. Ἀνάξιαι γὰρ πᾶσίν ἐστε δυστυχεῖν. Nostro loco *ἅπασα* S. et edd. recentiores ante Musgravium, qui ex Aldina *ἅπασι* revocavit. Ἅπασα mavult Porsonus Advers. p. 268. *Elmsl.*

452. *σύμπραξον;*] Vid. ad Hecub. v. 225. *ἅπασι*] MSS. Steph. *ἅπασα*, ut deinceps in editis vulgatum est. Male. vid. Soph. Œd. Col. v. 1516. Herodian. Lib. III. c. 45. *ἅπασι γὰρ ἤθελε τοὺς παῖδας — διαίτης χρηστῆς ἀπολαύειν.* *Musg.*

Ἀλλ' *οἶσθ', ὅ μοι σύμπραξον;*] Hic locus apertissime Atticæ huic formæ patrocinatur; nisi enim *σύμπραξον* legatur, versus haud stabit; ejusdem loci est: Οἶσθ' οὖν, ὃ δρᾶσον, de quo ad Hecub. v. 225. Scholiastes. Vid. etiam, quæ Nos ad Cyclop. v. 131. et Iphigen. Aul. v. 725. *Barnes.*

456. Ἴτω] Οὕτω γινέσθω. *Barnes.*

457. Vid. R. P. Præf. ad Hecub. p. clxxiv. *Burn.*

459. *ἀνήρ.* P. E. *Elmsl.*

459. s. *τοῖς σοφοῖς εὐκτὸν σοφῷ Ἔχθραν συνάπτειν, μὴ ἀμαθεῖ φρονήματι*] Ita ego semper optare solebam, ut sapientes potius iratos habeam, quam stultos; Hi enim placabiles sunt, et rationi cedunt, et miserationi certe victi quiescunt, nihilque dolo, aut inhoneste, aut ultra rationem, quærunt; at stulti sunt semper immodici, nec excusationi fidem habebunt, nec resipiscenti ignoscent ulli, nec satisfactionem accipient, nec rationi obtemperabunt, nec vi victi a dolis et calumniis absistent; nec honoris, nec æquitatis, nec pietatis, nec humanitatis ratione ulla habita, et famæ et saluti nostræ maculas inurent, et insidias struent. Implacabiles denique et injustos, et crudeles et cœcos et surdos se præbent; adeo denique totos Eurystheos, ut ne Herculea illos virtus conciliare possit. Præterea, quod dicit Joh. Brodæus, pos-

Πολλῆς γὰρ αἰδοῦς κἀτυχὴς τις ἂν τύχοι.
ΧΟ. Ὦ πρέσβυ, μή νυν τήνδ' ἐπαιτιῶ πόλιν.
Τάχ' ἂν γὰρ ἡμῖν κέρδος, ἀλλ' ὅμως κακὸν
Γένοιτ' ὄνειδος, ὡς ξένους προυδώκαμεν.
ΔΗ. Γενναῖα μὲν τάδ' εἶπας, ἀλλ' ἀμήχανα.
Οὐ σοῦ χατίζων, δεῦρ' ἄναξ στρατηλατεῖ,
(Τί γὰρ γέροντος ἀνδρὸς Εὐρυσθεῖ πλέον
Θανόντος;) ἀλλὰ τούσδε βούλεται κτανεῖν.

Multam enim clementiam etiam infelix quis consequatur.
Cho. O senex, ne nunc civitatem culpa.
Fortasse enim nobis *hoc quidem* prodesset: sed tamen turpe
Probrum esset, quod hospites *supplices* prodidissemus.
Dem. Generosa quidem hæc dixisti: sed quæ fieri nequeunt.
Non *enim* tui indigens rex huc ducit exercitum:
Quid enim Eurystheo lucri *accederet, te* homine sene
Mortuo? sed hos vult interficere.

461. Πολλῆς γὰρ αἰδοῦς, καὶ τύχης, τίς ἂν τύχῃ; 462. μὴ νῦν

sumus sapientum inimicorum sermonibus mores nostros excolere, vitamque emendare; et illorum exemplo sapienter agere. Πολλῆς γὰρ αἰδοῦς καὶ τύχης, ἤγουν πάσης τῆς εὐκαιρίας, ὡς τύχοι, πρὸς τὸ ἀποκαταλλάττεσθαι, ἐπιτυγχάνοι τις. *Barnes.*

460. Quæ hic μὴ 'μαθεῖ habent edd. omnes, infra v. 882. μὴ ἀποτίσασθαι plene scriptum exhibent. Pronuntiandum puto, μάμαθεῖ, μἀποτίσασθαι. Signum elisionis in his locum habere non debet. Nullam enim vocalem in initio vocis elidunt Attici nisi E, eamque tantum in certis quibusdam vocibus. Μὴ ἀδικεῖν plene scriptum habet Aldus in Hec. 1231. μὴ ἀντὶ, Androm. 800. μὴ ἀδίκει, Cycl. 271. μὴ ἀποδέξηται, Hel. 832. μὴ ἀποδώσω, ibid. 1011. Talia in codd. plerumque plene scripta exhiberi auctor est Valckenarius ad Hippol. 1001.

Κἀτυχὴς τις ἂν τύχῃ minus recte Grotius Excerpt. p. 954. probante Heathio. Vertit Grotius, *Reverenda res est sobriæ menti miser.* Αἰδὼς hic *clementiam* significat, ut ἀναίδεια *crudelitatem* in Herc. 164. Θρασὺς, *crudelis*, infra v. 978. Ceterum permutantur δίκη et τύχη etiam apud Soph. Ant. 387. Τί δ' ἔστι; ποίᾳ ξύμμετρος προύβην τύχῃ; Apud nostrum Iph. A. 1437. non male conjicit Canterus ἀτυχήσεις pro ἀδικήσῃ. *Elmsl.*

461. Antipho, p. 618. Πῶς οὖν ταύτην ἐλεεῖν ἄξιόν ἐστιν, ἢ αἰδοῦς τυγχάνειν παρ' ὑμῶν, ἢ ἄλλου του; Et paullo post p. 619. Καὶ μὴ τυχοῦσα μήτ' αἰδοῦς μήτ' ἐλέου μήτ' αἰσχύνης μηδεμιᾶς παρ' ὑμῶν, τῆς δικαιοτάτης ἂν τύχοι τιμωρίας. *Elmsl.*

καὶ τύχης.] MS. G. καὶ Δίκης. Legendum, ut monet etiam Tyrwhittus, κἀτυχὴς τις ἂν τύχοι. *Musg.*

Heathio placet conjectura Grotii: κἀτυχὴς τις ἂν τύχῃ. *Beck.*

466. Miror Eurystheum absolute ἄνακτα a Demophonte appellari. Ita quidem de Lyco loquitur Amphitryo Herc. 587. Πολλοὺς πένητας, ὀλβίους δὲ τῷ λόγῳ Δοκοῦντας εἶναι, ξυμμάχους ἄναξ ἔχει. Sed Lycum vere dominum appellare poterat Amphitryo, minime Eurystheum Demophon. *Elmsl.*

471. Doricum λύμας in senario manere passi sunt omnes editores. Sic etiam ἑτοίμα infra v. 503. In Hel. 589. ubi male vulgo legitur, λύπας ἄλις ἔχων, λύπας non est genitivus Doricus, sed accusativus pluralis ab imperitis librariis invectus, ut τὰς συμφορὰς pro τῆς ξυμφορᾶς, Suppl. 742. *Elmsl.*

Δεινὸν γὰρ ἐχθροῖς βλαστάνοντες εὐγενεῖς,
Νεανίαι τε, καὶ πατρὸς μεμνημένοι
Λύμης. ἃ κεῖνον πάντα προσκοπεῖν χρεών.
Ἀλλ' εἴ τιν' ἄλλην οἶσθα καιριωτέραν
Βουλὴν, ἑτοίμαζ', ὡς ἔγωγ' ἀμήχανος
Χρησμῶν ἀκούσας εἰμὶ, καὶ φόβου πλέως.
ΜΑ. Ξένοι, θράσος μοι μηδὲν ἐξόδοις ἐμαῖς
Προσθῆτε. (πρῶτον γὰρ τόδ' ἐξαιτήσομαι)

Formidabilis enim *res est* hostibus, germinum-instar-surgentes generosi.
Fortesque *filii*, et patris memores
Injuriæ. Quæ omnia illum oportet prævidere.
Sed si quod aliud opportunius nôsti
Consilium, *hoc* appara, quia ego consilii inops
Oraculis auditis sum et metu plenus.
Mac. Hospites, audaciam mihi nullam ob meum egressum,
Imputate: primum enim hoc deprecabor.

471. λύμας. 475. F. θράσος μὲν μηδὲν 476. πρόσθητε.

475. Quod supra ad v. 49. de Copreo monui, idem hic de Macaria monendum est, cujus nomen in ipsa fabula nusquam obvium e scriptoribus mythologicis in indicem personarum intulerunt grammatici. Ejus historiam præter alios narrat Pausanias I. c. 32. p. 79. a Barnesio ad v. 35. allegatus: Ἔστι δὲ ἐν τῷ Μαραθῶνι πηγὴ καλουμένη Μακαρία, καὶ τοιάδε ἐς αὐτὴν λέγουσιν. Ἡρακλῆς ὡς ἐκ Τίρυνθος (Vide v. 164.) ἔφευγεν Εὐρυσθέα, παρὰ Κήϋκα φίλον ὄντα μετοικίζεται βασιλεύοντα Τραχῖνος. ἐπεὶ δὲ ἀπελθόντος ἐξ ἀνθρώπων Ἡρακλέους, ἐζήτει τοὺς παῖδας Εὐρυσθεὺς, ἐς Ἀθήνας πέμπει σφᾶς ὁ Τραχίνιος, ἀσθένειάν τε λέγων τὴν αὑτοῦ (Vid. v. 194.), καὶ Θησέα οὐκ ἀδύνατον εἶναι τιμωρεῖν. Ἀφικόμενοι δὲ οἱ παῖδες ἱκέται, πρῶτον τότε Πελοποννήσιοι ποιοῦσι πόλεμον πρὸς Ἀθηναίους, Θησέως σφᾶς οὐκ ἐκδόντος αἰτοῦντι Εὐρυσθεῖ. λέγουσι δὲ Ἀθηναίοις γενέσθαι χρησμὸν, τῶν παίδων ἀποθανεῖν χρῆναι τῶν Ἡρακλέους τινὰ ἐθελοντὴν, ἐπεὶ ἄλλως γε οὐκ εἶναι νίκην σφίσιν. ἐνταῦθα ἡ Μακαρία Δηϊανείρας καὶ Ἡρακλέους θυγάτηρ ἀποσφάξασα ἑαυτὴν, ἔδωκεν Ἀθηναίοις τε κρατῆσαι τῷ πολέμῳ, καὶ τῇ πηγῇ τὸ ὄνομα ἀφ' ἑαυτῆς. Vide etiam Schol. ad Aristoph. Eq. 1148. *Elmsl.*

Ξένοι, θράσος μοι, etc.] Verba Macariæ, Herculis et Dejaniræ filiæ, Hyllique, uti supra diximus, germanæ sororis; de qua Viragine vid. Cœl. Rhodig. Antiq. Lection. Lib. XIII. c. 7. et Erasmum in Proverbio: Βάλλ' εἰς Μακαρίαν: ut et Zenobium; item Eustathium in Homer. fol. 1405. lin. 66. Καὶ βάλλ' ἐς Μακαρίαν· ἤγουν ἄπαγε εἰς ὄλεθρον, ἢ εἰς ᾅδου· ἐπειδὴ οἱ νεκροὶ Μακαρῖται λέγονται· ἢ καὶ ἄλλως, ἐπεὶ Μακαρία, Ἡρακλέος θυγάτηρ ὅτε Ἀθηναίοις Εὐρυσθεὺς ἐπεστράτευσεν, ἑαυτὴν ἐπέδωκεν εἰς σφαγὴν ὑπὲρ σωτηρίας τῶν Πατριωτῶν. *Barnes.*

476. Προσθῆτε P. E. Quod de τρόπαιον et τροπαῖον supra dixi ad v. 403. hic de πρόσθητε et προσθῆτε dictum velim. Cum enim fluctuent libri inter hanc et illam scripturam, officium est editoris operam dare ut saltem eadem προσῳδία ubique adhibeatur. Veteres προσθῆτε et similia προπερισπωμένως dixisse ex analogia fere certum est. Antiqua enim forma fuit προσθέητε. Omnes Euripidis editiones προσθῶ habent, Iph. A. 540. προσθῇς, Alc. 1067. προσθῶμεν, Suppl. 958. Quod ad significationem attinet, conferendus noster Hippol. 954. Οὐκ ἂν πιθοίμην τοῖσι σοῖς κόμποις

Γυναικὶ γὰρ σιγή τε καὶ τὸ σωφρονεῖν
Κάλλιστον, εἴσω θ' ἥσυχον μένειν δόμων.
Τῶν σῶν δ' ἀκούσασ', Ἰόλεως, στεναγμάτων,
Ἐξῆλθον, οὐ ταχθεῖσα πρεσβεύειν γένους,
Ἀλλ' εἰμὶ γάρ πως πρόσφορος, μέλει δέ μοι
Μάλιστ' ἀδελφῶν τῶνδε, κἀμαυτῆς πέρι
Θέλω πυθέσθαι, μὴ 'πὶ τοῖς πάλαι κακοῖς
Προσκείμενόν τι πῆμα σὴν δάκνει φρένα.

Mulieri enim silentium, et modestia,
Et manere quietam in ædibus, pulcherrimum *est*.
Tuos vero audiens, O Iolaë, gemitus,
Egressa sum, non jussa *quidem* legationem obire generis:
Sed tamen aliquo modo sum idonea; curæ enim mihi sunt
Maxime fratres isti, et de me ipsa
Volo audire, num ad pristina mala
Accedens aliquod malum tuam mordeat mentem.

478. εἴσω δ'

ἐγὼ Θεοῖσι προσθεὶς ἀμαθίαν φρονεῖν κακῶς. Androm. 217. εἶτ' ἀπληστίαν λέχους Πάσαις γυναιξὶ προστιθεῖσ' ἂν ηὑρέθης.

Πρῶτον μὲν τόδ' mavult Porsonus ad Med. 139. 140. propter particulam γὰρ parvo intervallo bis adhibitam. Exemplis a Porsono allatis adde hujus fabulæ vv. 385. 386. 523. 524. Si μὲν nostro loco necessarium esset propter δὲ, v. 479. mallem superiore versu θράσος μὲν μηδέν. Nec minus recte diceretur θράσος μηδὲν ἐξόδοις ἐμαῖς προσθῆτε, quam θράσος μοὶ μηδὲν προσθῆτε ἕνεκα ἐξόδων ἐμῶν. Hoc enim valet dativus ἐξόδοις ἐμαῖς. *Elmsl.*

476. Προσθῆτε.] Προσβάλλειν eodem sensu usurpat Soph. El. 973. Λόγῳ γε μὴν εὔκλειαν οὐχ ὁρᾷς ὅσην Σαυτῇ τε κἀμοὶ προσβαλεῖς, πεισθεῖσ' ἐμοί; *Elmsl.*

478. Εἴσω θ' P. E. *Elmsl.*

481. Minus recte interpungeretur, ἀλλ', εἰμὶ γάρ κ. τ. ε. Dicere enim potuisset poëta, si per metrum licuisset, ἀλλὰ γάρ εἰμι. Ante γὰρ autem nemo unquam interpunxit. Noster Phœn. 1328. Ἀλλὰ γὰρ Κρέοντα λεύσσω τόνδε δεῦρο συννεφῆ Πρὸς δόμους στείχοντα, παύσω τοὺς παρεστῶτας γόους. Herodotus V. 3. Ἀλλὰ γὰρ τοῦτο ἄπορόν σφι καὶ ἀμήχανον μή κοτε ἐγγένηται, εἰσὶ δὴ κατὰ τοῦτο ἀσθενέες. In his locutionibus, particulæ ἀλλὰ γὰρ significant ἀλλ' ἐπεί. Apud Herodotum vulgo plenius distinguitur post ἐγγένηται, quod vitium sæpe apud eum reperio. Idem I. 14. Ἀλλ' οὐδὲν γὰρ μέγα ἔργον ἀπ' αὐτοῦ ἄλλο ἐγένετο, βασιλεύσαντος δυῶν δέοντα τεσσεράκοντα ἔτεα, τοῦτον μὲν παρήσομεν, τοσαῦτα ἐπιμνησθέντες. Quæ verba vulgo in duas periodos divisa sunt, plena distinctione post ἔτεα adhibita. Idem IX. 27. Ἀλλ' οὐ γὰρ ἐν τῷ τοιῷδε τάξιος εἵνεκα στασιάζειν πρέπει, ἄρτιοί εἰμεν πείθεσθαι ὑμῖν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, ἵνα δοκέει ἐπιτηδεώτατον ἡμέας εἶναι ἑστάναι, καὶ κατ' οὕστινας. Hic etiam post πρέπει plene distinguitur in vulgatis libris. Idem IX. 109. Ἀλλὰ πόλις τε ἐδίδου καὶ χρυσὸν ἄπλετον, καὶ στρατὸν τοῦ ἔμελλε οὐδεὶς ἄρξειν ἀλλ' ἢ ἐκείνη. Περσικὸν δὲ κάρτα ὁ στρατὸς δῶρον. ἀλλ' οὐ γὰρ ἔπειθε, διδοῖ τὸ φᾶρος. ἡ δὲ περιχαρὴς ἐοῦσα τῷ δώρῳ, ἐφόρεέ τε καὶ ἀγάλλετο. Interdum omnino reticetur γὰρ, ut supra v. 378. Ita Noster Phœn. 99. Ἀλλ' οὔτις ἀστῶν τοῖσδε χρίμπτεται δόμοις, Κέδρου παλαιὰν κλίμακ' ἐκπέρα ποδί.

Malim, πρόσφορος πυθέσθαι. Propior scilicet ostio templi, quam avia aut sorores. *Elmsl.*

πρόσφορος,] *Apta, idonea.* subaudiendum

ΙΟ. Ὦ παῖ, μάλιστά σ' οὐ νεωστὶ δὴ τέκνων
Τῶν Ἡρακλείων ἐνδίκως αἰνεῖν ἔχω.
Ἡμῖν δὲ δόξας εὖ προχωρῆσαι δόμος,
Πάλιν μεθέστηκ' αὖθις εἰς ἀμήχανα.
Χρησμῶν γὰρ ᾠδούς φησι σημαίνειν ὅδε,
Οὐ ταῦρον, οὐδὲ μόσχον, ἀλλὰ παρθένον
Σφάξαι κελεύειν, πατρὸς ἥτις εὐγενοῦς,
Εἰ χρῆν μὲν ἡμᾶς, χρῆν δὲ τήνδ' εἶναι πόλιν.

Iol. O filia, te præcipue, non tunc primum, liberos
Inter Herculeos jure laudare possum.
Cum vero nobis visa esset domus bene processisse,
Rursus relapsa est in periculum inexplicabile.
Oraculorum enim vates hicce ait una voce,
Non taurum neque vitulum, sed virginem
Mactare jubere, patre quæ sit nobili *orta*,
Si *velimus* nos, et hanc urbem esse salvam.

488. εἰς ἀμήχανον. 491. Σφάξαι κελεύειν μητρὸς, ἥτις εὐγενὴς,

autem πρεσβεύειν. Sic Pindarus πρόσφορος ἀναγεῖσθαι, Olymp. IX. Epod. 3. Hesychius: πρόσφορον, ἐπιτήδειον, ἁρμόζον, οἰκεῖον. *Musg.*

482. κἀμαυτῆς πέρι] Sensus est, οὐ μόνον περὶ τούτων, ἀλλὰ καὶ περὶ ἐμαυτῆς. Ita paullo post v. 568. κἀμοὶ significat οὐ μόνον σοὶ, ἀλλὰ καὶ ἐμοί. *Elmsl.*

483. Μὴ pro εἰ, *num, an, utrum.* Noster Tro. 177. Οἴμοι, τρομερὰ σκηνὰς ἔλιπον Τάσδ' Ἀγαμέμνονος, ἐπακουσομένη, Βασίλεια, σέθεν, Μή με κτείνειν Δόξ' Ἀργείων κεῖται μελέαν.

Soph. Antig. 1253. Ἀλλ' εἰσόμεσθα μή τι καὶ κατάσχετον Κρυφῇ καλύπτει καρδίᾳ θυμουμένῃ. Interrogative pro μῶν idem Œd. C. 1502. Μή τις Διὸς κεραυνὸς, ἤ τις ὀμβρία Χάλαζ' ἐπιῤῥάξασα; Ibid. 359. Ἥκεις γὰρ οὐ κενή γε, τοῦτ' ἐγὼ σαφῶς Ἔξοιδα. μὴ οὐχὶ δεῖμ' ἐμοὶ φέρουσά τι; *Elmsl.*

Προσκείμενον] Τοῦτο καὶ κατ' ἐρώτησιν ὀρθῶς ἔχει. *Scholiast.*

485. οὐ νεωστὶ δὴ] Interpretare, πάλαι δή. *Elmsl.*

487. εὖ προχωρῆσαι] Id est, ni fallor, εὐτυχῆσαι. Sic εὖ βεβηκόσιν pro εὐτυχοῦσι, Soph. El. 979. Verbum προχωρεῖν diverso sensu usurpat noster Phœn. 1280. Οὐκ ἐν χορείαις, οὐδὲ παρθενεύμασι, Νῦν σοι προχωρεῖ δαιμόνων κατάστασις. *Elmsl.*

ἡμῖν δὲ δόξας εὖ προχωρῆσαι δόμος
πάλιν μεθέστηκ' αὖθις εἰς ἀμήχανον·
χρησμῶν γὰρ ᾠδοὺς φησὶ σημαίνειν ὅδε,
οὐ ταῦρον, οὔτε μόσχον, ἀλλὰ παρθένον
σφάξαι κελεύειν, πατρὸς ἥτις εὐγενοῦς.

In prioribus verba εὖ προχωρῆσαι δόμος comparanda sunt cum iis quæ Valckenarius dedit ad Herodotum p. 534. 33. Erat cum δρόμος legendum suspicarer, ut metaphora sit a navigatione petita, quæ cum jam secunda visa esset, vento mutato adversa esse cœpit. Conf. Hercul. Fur. v. 95, 96. In sequentibus corrigam

χρησμῶν γὰρ ᾠδοὺς φησὶ σημαίνων ὅδε —

ut φησὶ σημαίνων positum sit pro σημαίνει. *Demophoon nobis indicavit, oraculi carmen virginem immolari jubere.* *Jacobs.*

488. Εἰς ἀμήχανα, P. E. Sic ἐξ ἀμηχάνων supra v. 149. Si ἀμήχανον adhibuisset poëta, articulo, ni fallor, addito dixisset, εἰς τἀμήχανον. Sed alterum præstat. Similia vitia in Aldina sunt φάσγανον, Or. 943. οὐδέτερον, ibid. 1594. πρῶτον, Suppl. 30. θέσφατον, Iph. A. 1268. ξόανον, Iph. T. 1360. ἀδύνατον, Hel. 811. *Elmsl.*

Ταῦτ' οὖν ἀμηχανοῦμεν. οὔτε γὰρ τέκνα
Σφάξειν ὅδ' αὑτοῦ φησιν, οὔτ' ἄλλου τινός.
Κἀμοὶ λέγει μὲν οὐ σαφῶς, λέγει δέ πως,
Εἰ μή τι τούτων ἐξαμηχανήσομεν,
Ἡμᾶς μὲν ἄλλην γαῖαν εὑρίσκειν τινὰ,

Hac igitur de re angimur. Neque enim filios
Suos, nec alius cujusquam hic dicit se mactaturum.
Et mihi non aperte quidem *hoc* dicit: dicit tamen aliquo modo,
Nisi aliqua ratione ex difficultatibus istis nos explicemus,
Oportere nos aliquam aliam terram invenire:

494. Σφάζειν 495. Κᾀμοὶ δὲ λέγει

Adde τέκνον, Iph. A. 1186. ubi legendum τέκνα, e v. 1015. *Elmsl. Addend.*

489. Χρησμῶν γὰρ ᾠδοὺς] Per tmesin pro χρησμῳδοὺς γάρ. Vid. supra ad v. 404. *Barnes.*

Reiskio, qui olim maluerat legi σημαίνων, ad h. l. κελεύειν, interpretatur ex recentiore Græcitate, ut sit *velle, ferri in aliquid.* Igitur σημαίνειν κελεύειν σφάξαι, *imperare velint mactare. Beck.*

491. Supra dixerat, v. 410. ἥτις ἐστὶ πατρὸς εὐγενοῦς. Paullo inferius sic quoque loquitur, v. 514. πατρὸς οὖσαν εὐγενοῦς. [Adde Alc. 342. Οὐκ ἔστιν οὕτως οὔτε πατρὸς εὐγενοῦς.] Quare hic mihi non displicuisset, Σφάξαι κελεύειν, πατρὸς ἥτις εὐγενοῦς. Brodæus. Brodæi emendationem post Barnesium adoptavi. Violentam esse hanc mutationem contendit Piersonus Verisim. p. 176. nec solere librarios illa πατρὸς et μητρὸς confundere; præterea non parvam superesse difficultatem in verbis σημαίνειν et κελεύειν, quorum alterutrum frigeat et abundet. Legendum igitur censet, Σφάξαι κόρῃ Δήμητρος, ἥτις εὐγενής. Quasi vero facilius fuerit librariis ΚΟΡΗΙΔΗ in ΚΕΛΕΥΕΙΝ mutare, quam ΠΡΟΣ in ΜΡΟΣ. Quod ad σημαίνειν et κελεύειν attinet, primum conferendus locus e Rheso a Reiskio indicatus. V. 876. Ὑμᾶς δ' ἰόντας τοῖσιν ἐν τείχει χρεὼν Πριάμῳ τε καὶ γέρουσι σημῆναι, νεκροὺς Θάπτειν κελεύειν λεωφόρους πρὸς ἐκτροπάς. Quem locum si recte cum nostro comparavit Reiskius, verbum σημαίνειν ad oraculorum interpretes referendum est, κελεύειν ad ipsum Demophontem. Deinde σημαίνειν non *jubere* sed *indicare* interpretari potes, hoc scilicet modo, *Oraculorum enim interpretes ait hicce non taurum aut vitulum significare, sed puellam nobilem mactare jubere.* Ita fere Portus. Sed esto ut σημαίνειν et κελεύειν ita explicanda sint, ut alterutrum eorum prorsus abundet. An vero tam raro in tragico sermone occurrunt pleonasmi, ut vulgatam nostri loci scripturam eo nomine sollicitare necesse sit? Ceterum verba μητρὸς ἥτις εὐγενὴς copiose defendit Musgravius, hac scilicet significatione, *Quæ nobilis sit a parte materna.* Quin et ματρὸς mavult supra v. 410. Cujus rationes, meo quidem judicio omni pondere destitutas, apud ipsum petant quibus ea interpretatio arrideat. *Elmsl.*

κελεύειν,] Huic voci cum synonymum sit σημαίνειν, v. 489., non est, quod miremur, Piersonum de corruptela alterutrius cogitasse. Atqui talis pleonasmi complura apud Euripidem exempla sunt. vid. Helen. v. 2, 3. ubi in eodem commate πέδον et γύας synonymæ fere voces. vid. etiam Phœniss. v. 22. Ion. v. 16.

μητρὸς ἥτις εὐγενὴς,] Emendat Barnesius πατρὸς ἥτις εὐγενοῦς, conferens v. 410. quem ego ex hoc potius corrigendum putaverim. Piersonus haud dubitanter reponit:

σφάξαι Κόρῃ Δήμητρος, ἥτις εὐγενής.

Negat enim, se rationem videre, cur matris conditio tam anxie in victima spectetur. Mihi longe aliter videtur, causam idoneam, imo justissimam fuisse, cur virgo non solum nobilis, sed matre etiam nobili orta, in vaticiniis designaretur. Quo enim pretiosius erat, quod immolabatur, eo acceptius Numini fore putabant.

Αὐτὸς δὲ σῶσαι τήνδε βούλεται χθόνα.
ΜΑ. Ἐν τῷδε † κεὐχόμεσθα σωθῆναι λόγῳ;
ΙΟ. Ἐν τῷδε, τἄλλά γ' εὐτυχῶς πεπραγότες.
ΜΑ. Μή νυν τρέσῃς ἔτ' ἐχθρὸν Ἀργείων δόρυ.
Ἐγὼ γὰρ αὐτὴ πρὶν κελευσθῆναι, γέρον,

Ipse enim vult servare hanc regionem.
Mac. An igitur conditione hac nos servatum iri gloriamur?
Iol. Ob hanc; cæteris *in rebus* felices.
Mac. Ne metuas nunc amplius inimicum Argivum exercitum:
Ego enim ipsa prius quam jubear, O senex,

499. F. κἀχόμεσθα Ib. λόγῳ. 500. τἄλλα δ' 501. Μὴ νῦν —— ἀργεῖον

Jam si dictum fuisset simpliciter. Virginem nobilem immolandam esse, nonnulli fortasse oraculo satisfactum iri credidissent, si virginem patre nobili, matre autem vel plebeia, vel etiam serva, genitam, mactassent. Harum autem ut numerum majorem, ita animas quoque viliores etiam genitoribus fuisse, nemo, opinor, dubitaverit. Quare non adeo difficile fuisset civem invenire, qui filiam sic natam pro patria immolandam præbuisset. *Musg.*

Σφάξαι κελεύειν, πατρὸς ἥτις εὐγενοῦς] Olim legebatur μητρὸς, Duportus legebat πατρὸς, recte; mallem quoque legisset pro εὐγενὴς, εὐγενοῦς: ita enim supra v. 409. Σφάξαι κελεύουσίν με παρθένον Κόρῃ Δήμητρί γ', ἥτις ἐστὶ πατρὸς εὐγενοῦς, et paullo infra v. 514. Κἄπειτα δέ τινα πατρὸς οὖσαν εὐγενοῦς. Video autem jam nunc, et nostram lectionem Joh. Brodæo potiorem visam: quare et ratam facimus; aliam lectionem, ut minus authenticam, minusque doctis viris probatam, huc removentes, μητρὸς ἥτις εὐγενής. Præterea notandum, post μητρὸς in Aldina editione *comma* poni. *Barnes.*

494. Σφάξειν P. E. *Mactaturum* recte Portus. *Elmsl.*

495. Noster Phœn. 164. ΠΑΙ. Ὁρᾷς; ΑΝ. Ὁρῶ δῆτ' οὐ σαφῶς, ὁρῶ δέ πως. *Elmsl.*

Ed. Ald. κἀμοὶ δὲ λέγει. Sed δὲ nonnisi superscriptum habet MS. G. *Musg.*

Κἀμοὶ λέγει μὲν] Ita lego, rejecto, quod inter κἀμοὶ et λέγω per errorem irrepserat, δὲ: nihil enim hic juris habebat. *Barnes.*

496. ἐξαμηχανήσομεν,] Verbum nusquam alibi, quod sciam, obvium. Significare videtur, *Se ex angustiis et difficultate prudentia liberare.* Τι enim παρελκεῖν existimo. *Elmsl.*

ἐξαμηχανήσομεν,] Ἐξαμηχανεῖν ἑαυτόν τινος· τραγικώτερον εἴρηται, ἀντὶ τοῦ ἑαυτὸν ἔκ τινος ἀμηχανίας διὰ μηχανῆς τινός ἐξαπαλλάσσειν, aliqua ratione se ex aliqua difficultate expedire. Quod quia rarissimum, obiter observandum. In vulgatis lexicis non reperitur. Nisi vero hoc verbum transitive sumas, neutraliter sumendum, ἀντὶ τοῦ ἔκ τινος ἀμηχανίας ἀλλάσσεσθαι, ex aliqua difficultate expediri, liberari. Illud vero τὶ ponetur ἐλλειπτικῶς pro κατά τι, κατά τινα τρόπον, τινι τρόπῳ, aliqua ratione. Hæc Æmil. Portus. Quid si faverent Codices? Certe putarem ἀντιμηχανήσομεν legendum. *Barnes.*

498. Βούλεσθαι mavult Reiskius. Non male; sed recte se habere videtur vulgata. *Elmsl.*

499. Frustra in hoc loco explicando laborant viri docti. An legendum κἀχόμεσθα? A in ET passim mutari, alibi, si bene memini, monui. Εὐθύνας pro Ἀθήνας habet Aldus in Tro. 967. Sed quid significat ἐχόμεσθα? Opinor, *hæremus*, vel aliquid ejusmodi. Thucydides I. 25. Ἐν ἀπόρῳ εἴχοντο θέσθαι τὸ παρόν. Nostro loco verba ἐν τῷδε τῷ λόγῳ non male ἐν τῇδε τῇ ἀπορίᾳ interpretari potes. *Elmsl.*

Ἐν τῷδε κ'εὐχόμεσθα] *An igitur hac conditione nos salvos fore speramus?* Tentabam tamen: ἐν τῷδε ἐρυκόμεσθα σωθῆναι λόγῳ; Confer Herc. Fur. v. 317. *Musg.*

Θνήσκειν ἑτοίμη, καὶ παρίστασθαι σφαγῇ.
Τί φήσομεν γὰρ, εἰ πόλις μὲν ἀξιοῖ
Κίνδυνον ἡμῶν οὕνεκ' αἴρεσθαι μέγαν,
Αὐτοὶ δὲ προστιθέντες ἄλλοισιν πόνους,
Παρὸν σεσῶσθαι, φευξόμεσθα μὴ θανεῖν;
Οὐ δῆτ', ἐπεί τοι καὶ γέλωτος ἄξια,
Στένειν μὲν ἱκέτας δαιμόνων καθημένους,
Πατρὸς δ' ἐκείνου φύντας, οὗ πεφύκαμεν,
Κακοὺς ὁρᾶσθαι. ποῦ τάδ' ἐν χρηστοῖς πρέπει;
Κάλλιον, οἶμαι, τῆσδ', ἃ μὴ τύχοι ποτὲ,
Πόλεως ἁλούσης, χεῖρας εἰς ἐχθρῶν πεσεῖν,

Parata *sum* mori, et cædem pati.
Quid enim dicemus, si civitas quidem velit
Propter nos magnum periculum suscipere:
Nos vero: qui labores aliis imponimus,
Cum penes nos sit servari, fugiamus mortem?
Non ita: etenim valde ridiculum *esset, nos*
Gemere quidem supplices deorum sedentes,
Natos vero *ex* illo patre, *ex* quo nati sumus,
Ignavos videri: ubinam hæc inter honesta *sunt?*
Pulchrius, ut opinor, erit, hac, quod utinam nunquam accidat,
Urbe capta, *nos* in hostium manus venire:

503. ἑτοίμα, 505. οὕνεχ' αἱρεῖσθαι 510. φύντες,

Forte, μόνῳ. *Reisk.*

500. τ' ἄλλα γ'] Ita MS. G. Ed. Ald. τἄλλα δ'. *Musg.*

501. Ἀργείων P. E. *Elmsl.*

503. ἑτοίμη P. E. Noster Phœn. 982. Αὐτὸς δ', ἐν ὡραίῳ γὰρ ἵσταμαι βίῳ, Θνήσκειν ἕτοιμος, πατρίδος ἐκλυτήριον. *Elmsl.*

505. οὕνεκ' αἴρεσθαι P. E. Locutionis κίνδυνον αἴρεσθαι exempla vide apud Stephanum Thes. Ling. Gr. v. Κίνδυνος. Similes sunt νεῖκος ἠράμην, infra v. 986. δυσμένειαν ἠράμην, v. 991. κοινοὺς αἰρόμενος πόνους, Ion. 199. aliæque quamplurimæ. Quoties permutentur αἴρεσθαι et αἱρεῖσθαι, vix quisquam harum literarum ita expers est ut nesciat. Quo magis miror apud Æsch. Pers. 481. in omnibus edd. reperiri αἱροῦνται φυγὴν, cum veram scripturam αἴρονται e Rhes. 54. 126. reponere potuerint editores. Noster Alex. fr. 9. Δούλων ὅσοι φιλοῦσι δεσποτῶν γένος, Πρὸς τῶν ὁμοίων πόλεμον αἱροῦνται μέγαν. Hic etiam legendum αἴρονται ex Æsch. Suppl. 346. 448. Fœde depravatus est ejusdem fabulæ, v. 957. qui in codd. ita scriptus exhibetur: ΙΣΘΙΜΕΝ ΤΑΔΗΔΗΠΟΛΕΜΟΝΕΡΕΙΣΘΕΝΕΟΝ. Ubi neque αἱρήσῃ cum Aldo, neque αἱρεῖσθαι cum Robortello, sed αἴρεσθαι legendum videtur. Vide Thucydidem I. 80. 82. 118. 125. Bene Græcum esse πόλεμον ἀναιρεῖσθαι docuit Marklandus ad Suppl. 502. Sed non ideo evincitur veteres πόλεμον αἱρεῖσθαι dixisse. *Elmsl.*

508. De locutione ἐπεί τοι καὶ consulendus Porsonus ad Med. 675. qui e nostra fabula citat etiam v. 744. *Elmsl.*

510. Φύντας S. Barnesius. Ceteræ recentiores φῦντας habent, accentu ex Hervagiana tertia derivato, ubi mendose legitur φῦντες. *Elmsl.*

Κἄπειτα δεινὰ, πατρὸς οὖσαν εὐγενοῦς,
Παθοῦσαν, Αἵδην μηδὲν ἧσσον εἰσιδεῖν.
Ἀλλ' ἐκπεσοῦσα τῆσδ' ἀλητεύσω χθονός;
Κοὐκ αἰσχυνοῦμαι δῆτ', ἐὰν δή τις λέγῃ,
Τί δεῦρ' ἀφίκεσθ' ἱκεσίοισι σὺν κλάδοις,
Αὐτοὶ φιλοψυχοῦντες; ἔξιτε χθονός.
Κακοὺς γὰρ ἡμεῖς οὐ προσωφελήσομεν.—
Ἀλλ' οὐδὲ μέντοι, τῶνδε μὲν τεθνηκότων,
Αὐτὴ δὲ σωθεῖσ', ἐλπίδ' εὖ πράξειν ἔχω.
(Πολλοὶ γὰρ ἤδη τῇδε προύδοσαν φίλους)
Τίς γὰρ κόρην ἔρημον, ἢ δάμαρτ' ἔχειν,

Et postea patre nobili natam, dira
Perpessam, nihilominus intueri mortem.
Sed an ejecta ex hac terra vagabor?
Neque ergo pudore suffundar, si quis tunc dicat;
Quare huc venistis cum supplicibus ramis,
Ipsi vitæ cupidi? discedite ex hac terra:
Ignavis enim nos opem non ferimus.
Sed tamen neque hi si moriantur,
Ego vero server, spem habeo me felicem fore:
Multi enim jam hac ratione prodiderunt amicos.
Quis enim desertam puellam, aut conjugem habere,

514. Κἄπειτα δέ τινα 516. ἀλητεύω χθονὸς, 518. σὺν κλάδοις; 519. φιλοψυχοῦντες,

φύντας,] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. φύντες. *Musg.*

512. Κάλλιον, οἶμαι] Ironia. Brodæus. Eadem significatione legitur οἶμαι infra v. 968. *Credo* dicunt Latini. Obiter emendandus noster Alc. 358. Σοφῇ δὲ χειρὶ τεκτόνων δέμας τὸ σὸν Εἰκασθὲν ἐν λέκτροισιν ἐκταθήσεται. Ὧι προσπεσοῦμαι, καὶ περιπτύσσων χέρας, Ὄνομα καλῶν σὸν, τὴν φίλην ἐν ἀγκάλαις Δόξω γυναῖκα, καίπερ οὐκ ἔχων, ἔχειν. Ψυχρὰν μὲν, οἶμαι, τέρψιν. ἀλλ' ὅμως βάρος Ψυχῆς ἀπαντλοίην ἄν. Imo, Ψυχρὰν μὲν, οἶδα, τέρψιν.

ἃ μὴ τύχοι ποτέ,] Paullo aliter ὃ μὴ τύχοι ποτὲ noster Phœn. 580. Meleagro fr. 9. Contra pro ὃ μὴ γένοιτο, quod habent noster infra v. 714. Æsch. Theb. 5. Aristoph. Lys. 147. ἃ μὴ γένοιτο legitur apud nostrum Ion. 731. *Elmsl.*

Κάλλιον οἶμαι,] Ironice hæc. Quod vero κάλλιον mediam producit, vid. quæ nos ad Bacch. v. 475. *Barnes.*

514. Κἄπειτα δέ τινα,] Legendum cum Tyrwhitto: κἄπειτα δεινὰ. *Musg.*

Cl. Jacobs Spec. Em. p. 108. legi jubet:

Κἄπειτα δεινὰ π. οὖ. εὐγ.
παθοῦσαν. *Beck.*

515. Παθοῦσαν,] Canterus mavult θανοῦσαν, id quidem non ego; tum enim supervacuum esset, ᾅδην εἰσιδεῖν. *Barnes.*

516. ἀλητεύσω S. Barnesius in margine, Musgravius. Sive pro futuro accipiatur, sive pro subjunctivo, melius est ἀλητεύσω quam ἀλητεύω. Quamquam ne hoc quidem malum, modo pro subjunctivo accipiatur. Noster Phœn. 991. Ποῖ δῆτα φεύγω; Sed in his locutionibus libentius alterum subjunctivum adhibent tragici. *Elmsl.*

Ἢ παιδοποιεῖν ἐξ ἐμοῦ βουλήσεται;
Οὐκ οὖν θανεῖν ἄμεινον ἢ τούτων τυχεῖν
Ἀναξίαν; ἄλλῃ δὲ καὶ πρέπει τινὶ
Μᾶλλον τάδ', ἥτις μὴ 'πίσημος, ὡς ἐγώ.
Ἡγεῖσθ' ὅπου δεῖ σῶμα κατθανεῖν τόδε,
Καὶ στεμματοῦτε, † καὶ κατάρχεσθ', εἰ δοκεῖ.
Νικᾶτε δ' ἐχθρούς. ἥδε γὰρ ψυχὴ πάρα
Ἑκοῦσα, κοὐκ ἄκουσα. κἀξαγγέλλομαι
Θνήσκειν ἀδελφῶν τῶνδε, κἀμαυτῆς ὕπερ.

Aut ex me suscipere liberos volet?
Ergo melius *est* mori, quam incidere in talia
Me indignam: fortassis enim alteri convenirent
Hæc magis, quæ non esset nobilis, ut ego.
Ducite *me*, ubi oportet mori hoc corpus,
Et coronate sertis, *et* auspicamini, si videatur:
Vincite vero hostes: nam hæcce animi præsto est
Volens et non invita: et polliceor
Me mori pro fratribus his et pro me ipsa.

526. Οὐκοῦν 527. Ἀναξίαν.

ἀλητεύσω] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. ἀλητεύω. *Musg.*

517. ἐὰν δή τις λέγῃ,] Suspicor particulam δὴ hic locum habere non debere.

527. πρέποι,] Musgravius. Quæ scriptura postulat etiam κἂν pro καί. *Elmsl.*

πρέπει] Malim cum Scaligero πρέποι. *Musg.*

528. ἥτις μὴ 'πίσημος, ὡς ἐγώ.] Μὴ ἐπίσημος, καὶ ἐξ ἐπισήμων, ὡς ἐγὼ ἡ τοῦ κλεινοῦ Ἡρακλέους. *Barnes.*

529. σῶμα κατθανεῖν τόδε,] Hic σῶμα τόδε pro ἐμὲ ponitur: et sane τοῦτο τὸ δέμας, vel δέμας τόδε, vel σῶμα τόδε, (ut et κάρα, pars pro toto) potest aliquis usurpare, vel de *seipso*, vel quovis alio, quem digito notat. Sic supra v. 91. Iolaus de seipso loquens: Οὐ γὰρ σῶμ' ἀκήρυκτον τόδε. Sic infra v. 540 Τὸ σὸν κάρα, pro σύ. At in hoc loco potest etiam divinus poëta respicere ad corpus, quod tantum morti obnoxium, anima libera est, et in aërem recepta æternum manet, non, ut nonnulli, Anaxagoræ Euripidisque sententiam male explicantes, quod in Æthera solvatur, et soluta dissipetur, sed ut in propriam sedem recepta. Vid. quæ nos ad Supplic. v. 543. Ἐνταῦθ' ἀπῆλθε, Πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα, τὸ σῶμα δ' εἰς γῆν. Item v. 1150. Αἰθὴρ ἔχει νιν ἤδη. *Barnes.*

530. Consulto, necne, hunc versum prætermiserit Porsonus in præclara illa de quinto pede tragici senarii disputatione, equidem nescio. Noster Phœn. 582. Πῶς δ' αὖ κατάρξεις θυμάτων, ἑλὼν πάτραν; Ita codd. fere omnes. Quæ scriptura si recte se haberet, facile de numero versuum canoni Porsoniano adversantium eximi posset noster versus, legendo, καὶ κατάρχετ', εἰ δοκεῖ. Sed mediam formam, quam in Phœnissis habent edd. omnes, hac significatione unice veram esse docuit Valckenarius. *Elmsl.*

Καὶ στεμματοῦτε,] Me instar victimæ coronate. Virgil. Georg. Lib. III. v. 486. *Sæpe in honore Deum medio stans hostia ad aram, Lanea dum nivea circumdatur infula vitta, Inter cunctantes cecidit moribunda ministros.* Lucretius de Iphigenia ad aram stante, Lib. I. v. 88. *Cui simul infula virgineos circumdata comtus ex utraque pari Malarum parte profusa est.* Hinc Tzetzes in Lycophron. Στεφανηφόρον εἶπεν, ὅτι ἐστεφάνουν καὶ ἄνθεσιν ἔβαπτον τοὺς θυομένους. Erant et victimæ

Εὕρημα γάρ τοι μὴ φιλοψυχοῦσ᾽ ἐγὼ
Κάλλιστον ηὕρηκ᾽, εὐκλεῶς λιπεῖν βίον.
ΧΟ. Φεῦ, φεῦ, τί λέξω, παρθένου μέγαν λόγον
Κλύων, ἀδελφῶν ἣ πάρος θέλει θανεῖν;
Τούτων τίς ἂν λέξειε γενναίους λόγους
Μᾶλλον, τίς ἂν δράσειεν, ἀνθρώπων ἔτι;
ΙΟ. Ὦ τέκνον, οὐκ ἔστ᾽ ἄλλοθεν τὸ σὸν κάρα,
Ἀλλ᾽ ἐξ ἐκείνου, σπέρμα τῆς θείας φρενὸς,
Πέφυκας Ἡράκλειος. οὐδ᾽ αἰσχύνομαι

Consilium etenim hoc non vitæ-cupida ego
Inveni pulcherrimum, ut gloriose vitam relinquam.
Cho. Papæ, quid dicam, virginis fortem sermonem
Audiens, quæ vult mori pro fratribus?
Quis dicat generosiores his sermones,
Aut quisnam hominum faciat?
Iol. O filia, non aliunde tuum caput *est natum:*
Sed mentis divinæ semen ex illo
Hercule nata es. Neque pudefio

534. *γάρτοι τὸ μὴ* 535. *εὕρηκ᾽,* 539. Μᾶλλον; 540. *οὐκ ἔτ᾽ ἄλλοθεν*
542. Ἡρακλῆος.

(Bovis) cornua auro decorata, ut Homer. Odyss. γ'. v. 437. Χρυσὸν ἔδωχ᾽· ὁ δ᾽ ἔπειτα βοὸς κέρασιν περίχευεν. Virgil. Æn. Lib. IX. v. 629. *Et statuam ante aras aurata Fronte juvencum.* Et Tibullus: *Semper inaurato Taurus cadit hostia cornu.* Hinc Tertullianus: Hunc tibi, Jupiter, bovem cornibus auro decoratis vovemus esse futurum. Ex his enodatur Æschines contra Ctesiphontem: Ἐπιδεικνύων τισὶ τὸ ἐμὸν πρόσωπον, ὡς ἐκπεπληγμένου καὶ ἀθυμοῦντος, καὶ Χρυσόκερων ἀποκαλῶν, καὶ κατεστέφθαι φάσκων, εἴ τι πταῖσμα συμβήσεται Ἀλεξάνδρῳ. Hæc ex Joh. Brodæi notis. *Barnes.*

532. Ἑκοῦσα, κοὐκ ἄκουσα.] De hac re vide quæ nos ad Orest. v. 606. *Barnes.*

534. Τὸ omittunt edd. recentiores. *Elmsl.*

535. Cum hac Macariæ oratione comparanda Polyxenæ oratio in Hec. 342. Iphigeniæ in Iph. A. 1368. Praxitheæ in Erechtheo. Omnes locis communibus refertæ sunt, quarum multo patientiores fuerunt Athenienses quam nostri homines. *Elmsl.*

536. Φεῦ, φεῦ,] Admirantium exclamatio. Vide infra v. 553. Soph. Œd. T. 964. Ita Aristoph. Av. 1723. *Elmsl.*

537. ἀδελφῶν ἣ πάρος θέλει θανεῖν;] Quæ mori maluit, quam fratres: prius mori vult, quam illos mori pateretur. Πάρος enim non prius tantum, sed priusquam, significat, ut Homer. Iliad. ζ'. v. 348. Ἔνθα με κῦμ᾽ ἀπόερσε, πάρος τάδε ἔργα γενέσθαι. Aliquando etiam ὑπὲρ, vel πρὸ, et genitivo gaudet, ut Eustathius ad Iliad. θ'. v. 254. Εὔξατο Τυδείδαο πάρος σχέμεν ὠκέας ἵππους, hæc ait, fol. 711. lin. 63 Τουτέστιν ἐκαυχήσατο Τυδείδαο πάρος, ἤγουν πρὸ τοῦ Διομήδους, &c. Vide infra v. 583. *Barnes.*

540. *οὐκ ἔστ᾽ ἄλλοθεν* P. E. *Elmsl.*

οὐκ ἔτ᾽ ἄλλοθεν τὸ σὸν κάρα,] Κάρα σὸν pro σὺ, ut σῶμα σὸν pro σὺ supra v. 529. Κάρα autem, caput, cum sit sedes τοῦ ἡγεμονικοῦ, ac proinde præcipua pars corporis, apud plurimos auctores omnium gentium pro toto corpore, vel toto homine, ponitur, per synecdochen. Præterea sacrum habebatur caput, unde veteres per id jurare soliti, ut Virgil. Æn. Lib.

Τοῖς σοῖς λόγοισι, τῇ τύχῃ δ' ἀλγύνομαι.
'Αλλ' ᾗ γένοιτ' ἂν ἐνδικώτερον, φράσω.
Πάσας ἀδελφὰς τῆσδε δεῦρο χρὴ καλεῖν,
Κᾆθ' ἡ λαχοῦσα θνησκέτω γένους ὕπερ.
Σὲ δ' οὐ δίκαιον κατθανεῖν ἄνευ πάλου.
ΜΑ. Οὐκ ἂν θάνοιμι τῇ τύχῃ λαχοῦσ' ἐγώ.
Χάρις γὰρ οὐ πρόσεστι. μὴ λέξῃς, γέρον.
'Αλλ' εἰ μὲν ἐνδέχεσθε, καὶ βούλεσθέ μοι
Χρῆσθαι προθύμῳ, τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἐγὼ

Tuis verbis: at fortuna *tua* mœreo.
Sed quomodo hoc fiat justius, dicam:
Oportet vocare huc omnes sorores hujus:
Et deinde cui sors obtigerit, moriatur pro *suo* genere:
Te autem non justum *est* sine sorte mori.
Mac. Nequaquam ego moriar fortuita sortitione facta:
Beneficium enim non adest: ne dixeris *hoc*, O senex.
Sed si quidem recipitis, et vultis me
Uti prompta, meam animam ego

544. ἐνδικωτέρως, 551. προθύμως,

IX. v. 300. *Per caput hoc juro, per quod pater ante solebat.* Et is locus religiosus habebatur, ubi vel totum hominis corpus sepeliebatur, vel saltem caput. Vid. Institut. Imperial. De Religiosis et sumtibus Funerum, L. locum: Item, L. Cum in diversis, eodem titulo. Et Pleth. Explicat. Diurn. Officior. c. 2. *Barnes.*

542. Ἡράκλειος. P. E. Noster Or. 1527. Ἐνδίκως ἡ Τυνδάρειος ἆρα παῖς διώλετο. Vide ad v. 245.

544. ἐνδικώτερον, P. E. Adverbia comparativi gradus plerumque in ON desinunt, superlativi in A, ut ἐνδίκως, ἐνδικώτερον, ἐνδικώτατα. Noster El. 224. Οὐκ ἔσθ' ὅτου θίγοιμ' ἂν ἐνδικώτερον. Or. 1528. Ἐνδικώτατ', εἴγε λαιμοὺς εἶχε τριπτύχους θανεῖν. Rarissime apud Atticos poëtas hæc vel illa in ΩΣ terminantur. Apud Æschylum, si bene memini, nusquam nisi in Prom. 630. ex mea emendatione, quam non magni facio, Μή μου προκήδου μασσόνως ἢ 'μοὶ γλυκύ. Μειόνως habet Soph. Œd. C. 104. Ξυντομωτάτως idem ibid. 1579. ubi ξυντομώτατος exhibet Scholiastes. Προυνουστέρως (sic) ex Aj. 119. citat Photius, ubi recte vulgo legitur προνούστερος. Μειζόνως noster Hec. 1103. et incertus Rhes. 846. In Rheso malim μείζονα, quod etiam in Hecuba non male reponi posset. Sed ut Herodotum taceam, apud quem haud raro legitur μεζόνως, μειζόνως habet Thucydides I. 130. Δυστηνοτάτως pro δυστηνότατος in Suppl. 977. legendum conjiciunt Reiskius et Marklandus. Lego, Γηράσκω δυστανοτάταν, Οὔτ' ἐν τοῖς φθιμένοις, Οὔτ' ἐν ζῶσιν κρινομέναν (κρινομένη Musgravius pro vulgato ἀριθμουμένη), Χωρίς δή τινα τάνδ' ἴσχουσα μοῖραν. Σωφρονεστέρως in Iph. A. 379. ex Stobæo reposuit Marklandus. Εὐλαβεστέρως in Iph. T. 1376. edd. omnes. Εὐρυτέρως, Aristoph. Lys. 319. In his æque metro convenirent σωφρονέστερον, εὐλαβέστερον, εὐρύτερον. Ἐνδεεστέρως, Thucydides II. 35. Nostro loco non male legeretur ἐνδικώτερ' ἄν. Apud Soph. El. 800. κατάξι' ἂν pro καταξίως primus reposuit Bothius. Ubi primum κατάξι' ἂν in κατάξια solenni errore mutatum est, postea κατάξια in καταξίως. Vide omnino Œd. C. 911. Ἐπεὶ δέδρακας οὔτ' ἐμοῦ καταξίως, Οὔθ' ὧν πέφυκας αὐτὸς, οὔτε σῆς χθονός. Satisne Græce hoc dictum? Ego

Δίδωμ' ἑκοῦσα τοῖσδ', ἀναγκασθεῖσα δ' οὔ.
ΙΟ. Φεῦ.
Ὅδ' αὖ λόγος σοι τοῦ πρὶν εὐγενέστερος.
Κἀκεῖνος ἦν ἄριστος. ἀλλ' ὑπερφέρεις
Τόλμῃ τε τόλμαν, καὶ λόγῳ χρηστῷ λόγον.
Οὐ μὴν κελεύω γ', οὐδ' ἀπεννέπω, τέκνον,
Θνήσκειν σ'. ἀδελφοὺς δ' ὠφελεῖς θανοῦσα σούς.
ΜΑ. Σοφῶς κελεύεις. μὴ τρέσῃς μιάσματος
Τοὐμοῦ μετασχεῖν, ἀλλ' ἐλευθέρως θάνω.

Do volens hisce: coacta vero non *dabo*.
Iol. Papæ!
Hæc tua oratio adhuc generosior *est* priore.
Et illa erat optima: sed superas
Audacia audaciam, et *bonam* orationem bona;
Non tamen jubeo, nec prohibeo, O filia,
Te mori, *sed* moriens juvabis fratres tuos.
Mac. Sapienter jubes: ne metuas piaculi
Mei particeps fieri: sed libere moriar.

553. Ὅδ' αὖ   557. Θνήσκειν γ'. ἀδελφοὺς ὠφελεῖς

certe malim κατάξια. Sed vereor ut recte nostro loco ἐνδικώτερον pro ἐνδικωτέρως reposuerim. Plura enim quam putaram hujus formæ adverbia apud Atticos scriptores reperi. Sequentia indicat Atticista Anonymus: Ἀληθεστέρως. Πλάτων τρίτῳ Πολιτείας. || Ἀμεινόνως. Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις. || Ἐχθροτέρως ἀντὶ τοῦ ἐχθρότερον. Θουκυδίδης. || Ἐπιτηδειοτέρως. || Καταδεεστέρως. Ἰσοκράτης περὶ Ἀντιδόσεως. || Λεπτοτέρως. Ἀναξανδρίδης Ὁπλομάχῳ. || Μειζόνως ἀντὶ τοῦ μεῖζον. Θουκυδίδης τετάρτῳ [capp. 19. 98.]. Πλάτων Πολιτείας τρίτῳ. Μειζόνως etiam Thucydides VI. 27. Xenophon Cyneg. 13, 3. Isocrates περὶ Ἀντιδόσεως, p. 392. ed. 1749. In qua oratione καταδεεστέρως non reperi, ἐνδεέστερον, reperi p. 381. His adde ἐνδεεστέρως apud Thucydidem IV. 39. ἀσφαλεστέρως, ibid. 71. χαλεπωτέρως, VIII. 40. μαλακωτέρως, ibid. 50. ὑποδεεστέρως, ibid. 87. ἀπορωτέρως apud Thucydidis magistrum Antiphontem, p. 660. σαφεστέρως, p. 662. ἐλασσόνως et κρεισσόνως, p. 699. *Elmsl.*

551. προθύμως,] Omnino legendum cum Barnesio προθύμῳ. *Musg.*

553. ss. Hæc Demophoonti, non Iolao, convenire docet Prev. Itaque illi tribuit. *Beck.*

554. s. ἀλλ' ὑπερφέρεις κ. τ. ἑ.] Hunc locum minime expedio. De verbo ὑπερφέρειν, *excellere*, nonnihil dixi ad Soph. Œd. T. 381. Dicitur mulier, verbi caussa, πασῶν γυναικῶν ὑπερφέρειν τῷ κάλλει (vel τὸ κάλλος), *omnes feminas forma antecellere.* Herodotus VIII. 138. Οἱ δὲ ἀπικόμενοι ἐς ἄλλην γῆν τῆς Μακεδονίας, οἴκησαν πέλας τῶν κήπων τῶν λεγομένων εἶναι Μίδεω τοῦ Γορδίεω, ἐν τοῖσι φύεται αὐτόματα ῥόδα, ἓν ἕκαστον ἔχον ἑξήκοντα φύλλα, ὀδμῇ τε ὑπερφέροντα τῶν ἄλλων. Thucydides I. 81. Τάχ' ἄν τις θαρσοίη ὅτι τοῖς ὅπλοις αὐτῶν καὶ τῷ πλήθει ὑπερφέρομεν. Nostro loco vereor ne ad emendationem confugiendum sit. An legendum, ἀλλ' ὑπερφέρει Τόλμης τε τόλμα, καὶ λόγου χρηστοῦ λόγος. Æsch. Prom. 921. Ὃς δὴ κεραυνοῦ κρείσσον' εὑρήσει φλόγα, Βροντῆς θ' ὑπερβάλλοντα (eodem sensu ὑπερφέροντα dicere potuit poëta) καρτερὸν κτύπον. *Elmsl.*

557. Γε delendum, aut σε pro eo scribendum. Reiskius. Hoc melius.

ἀδελφοὺς δ' ὠφελεῖς tacite Barnesius. *Elmsl.*

Ἕπου δὲ, πρέσβυ. σῇ γὰρ ἐνθανεῖν χερὶ
Θέλω. πέπλοις δὲ σῶμ' ἐμὸν κρύψον παρών.
Ἐπεὶ σφαγῆς γε πρὸς τὸ δεινὸν εἶμ' ἐγὼ,
Εἴπερ πέφυκα πατρὸς, οὗπερ εὔχομαι.
ΙΟ. Οὐκ ἂν δυναίμην σῷ παρεστάναι μόρῳ.
ΜΑ. Σὺ δ' ἀλλὰ τοῦδε χρῇζε, μή μ' ἐν ἀρσένων,
Ἀλλ' ἐν γυναικῶν χερσὶν ἐκπνεῦσαι βίον.
ΔΗ. Ἔσται τάδ', ὦ τάλαινα παρθένων, (ἐπεὶ

Sequere vero, senex; in tuis enim manibus mori
Volo: præsens vero vestibus corpus meum tege:
Quia cædis ad ipsum formidabile vadam ego,
Siquidem nata sum *ex illo* patre, *ex* quo glorior.
Iol. Non possem adesse tuæ neci.
Mac. Tu vero hunc saltem rogato, ne ego in virorum
At in mulierum manibus efflem animam.
Dem. Ita fiet, O misera virginum, quia

567. Iolai personam præfigit Aldus.

558. Σοφῶς κελεύεις.] *Prudenter, caute, jubes.* Causa cavendi erat, ne, si aperte jussisset, ipse in societatem piaculi veniret. *Musg.*

559. θάνω subjunctivus est, ut alibi, passim. Si puella dixisset, ἀλλ' ἐλευθέρως θάνωμεν, nemo de significatione dubitasset. Subjunctivi primam personam pluralem eo sensu quo Anglice dicitur, *Let us die*, passim occurrere nemo nescit. Rarius, nec tamen valde raro, adhibetur prima persona singularis ea significatione qua dicunt nostrates, *Let me die.* Pluraliter Soph. Phil. 539. Ἐπίσχετον, μάθωμεν. Singulariter noster Hippol. 567. Ἐπίσχετ', αὐδὴν τῶν ἔσωθεν ἐκμάθω. Ibid. 1350. Σχὲς, ἀπειρηκὸς σῶμ' ἀναπαύσω. In Med. 1272. verba παρέλθω δόμους sine interrogatione recte exhibent edd. pleræque. In Androm. 835. metri caussa legendum, Ἀπόδος, ἀνταίαν ἐρείσω πλαγάν. Nos, *Let me give myself a mortal wound.* Herc. 1059. Σῖγα, πνοὰς μάθω. φέρε πρὸς οὖς βάλω. Plerumque præmittitur φέρε aut ἄγε, ut apud Soph. Phil. 1452. Φέρε νυν στείχων χώραν καλέσω. Ubi subjunctivum καλέσω pro futuro, quod Atticis est καλῶ, accipiunt omnes interpretes. Dicitur etiam μὴ θάνω, *ne sinas me mori.* Exempla dant Soph. Œd. 174. Trach. 804. Eurip. Tro. 172. Herc. 1392. Ceterum solennis est locutio ἐλευθέρως θανεῖν, *mori ut liberum decet.* Noster Or. 1168. ὃν οὐ καταισχυνῶ, Δοῦλον παρασχὼν θάνατον ἀλλ' ἐλευθέρως Ψυχὴν ἀφήσω. Archelao fr. 4. Ἓν δέ σοι μόνον προφωνῶ, μὴ 'πὶ δουλείας ποτὲ Ζῶν ἑκὼν ἔλθῃς, παρόν σοι κατθανεῖν ἐλευθέρως. Quæ loca affero, ut eorum auctoritate utar in emendanda vulgata scriptura in Hec. 548. Ἐλευθέραν δέ μ', ὡς ἐλευθέρα (l. ἐλευθέρως) θάνω, Πρὸς θεῶν, μεθέντες, κτείνατ'. Permutantur ἐλεύθεροι et ἐλευθέρως in Hippol. 423. *Elmsl.*

θάνω.] Futurum est modi indicativi, quod alibi non inveni. *Musg.*

561. πέπλοις δὲ σῶμ' ἐμὸν κρύψου παρών.] Euripides, poëtarum castissimus et decori amantissimus, semper virginum pudori consulit egregie: sic de Polyxena loquens Hecub. v. 568. Ἡ δὲ καὶ θνήσκουσ', ὅμως Πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως πεσεῖν, Κρύπτειν θ', ἃ κρύπτειν ὄμματ' ἀρσένων χρεών. Idem narratur de Julio Cæsare, quando in senatu moribundus cecidit, de qua re vid. Suetonium. Hinc Ovid. Fastorum, Lib. II. ad finem de Lucretia: *Tunc quoque jam moriens, ne non procumbat honeste, Respicit: hæc etiam cura cadentis erat.* Eodem modo et hic loci Macaria pudoris sui curam seni Iolao moritura

Κἀμοὶ τόδ' αἰσχρὸν, μή σε κοσμῆσαι καλῶς)
Πολλῶν ἕκατι, τῆς τε σῆς εὐψυχίας,
Καὶ τοῦ δικαίου. τλημονεστάτην δέ σε
Πασῶν γυναικῶν εἶδον ὀφθαλμοῖς ἐγώ.
Ἀλλ' εἴτι βούλει τούσδε τὸν γέροντά τε,
Χώρει, προσειποῦσ' ὕστατον πρόσφθεγμα δή.
ΜΑ. Ὦ χαῖρε, πρέσβυ, χαῖρε, καὶ δίδασκέ μοι
Τοιούσδε τούσδε παῖδας εἰς τὸ πᾶν σοφοὺς,

Mihi quoque hoc *esset* turpe, te non honeste ornare,
Propter multa, et propter magnitudinem animi tui,
Et justitiam: fortissimam autem te
Omnium mulierum vidi oculis meis.
Sed si quid velis hosce et senem,
Abito ultimo alloquio compellans.
Mac. O vale, senex; vale et doce mihi
Tales esse hos pueros, sapientes prorsus,

573. πρόσφθεγμά μοι.

commendat, quem sanctum et amicissimum familiæ suæ sciebat. *Barnes.*

562. Noster Med. 395. Κτενῶ σφε. τόλμης δ' εἶμι πρὸς τὸ καρτερόν. *Elmsl.*

564. Οὐκ ἂν δυναίμην] Nos, *I cannot bear.* Noster Bacch. 824. Οὐκ ἂν δυναίμην θῆλυν ἐνδῦναι στολήν. *Elmsl.*

565. Σὺ δ' ἀλλὰ] Vim particulæ ἀλλὰ in hac locutione non debent negligere tirones. Significat, εἰ μὴ τοῦτο δρᾶν θέλεις. Anglice verte, *then.* Vide nostrum Hec. 391. Phœn. 1681. Med. 938. incertum Rhes. 167. Aristoph. Ach. 191. 1033. Nub. 1364. 1369. Pac. 660. Lys. 904. Antiphanes Athen. p. 446. C. A. Σὺ δ' ἀλλὰ πῖθι. B. τοῦτο μέν σοι πείσομαι. *Elmsl.*

Reisk. conjicit: σὺ δ' ἀλλὰ τουτὶ χρῆζε, *tu igitur hoc indulge.* χρῄζειν est proprie *commodo aliquid alteri dare.* *Beck.*

τοῦδε χρῆζε, *ab hoc,* Demophoonte scilicet, *pete.* *Heath.*

567. ὦ τάλαινα παρθένων] Soph. Trach. 307. Ὦ δυστάλαινα, τίς ποτ' εἶ νεανίδων; Ita interpungendum videtur. *Elmsl.*

Ἰόλ'. Ἔσται τάδ',] Optime hanc ῥῆσιν Demophonti tribuit Tyrwhittus. *Musg.*

Idem jam fecerat Heath. *Beck.*

569. Noster Hec. 840. Καὶ βούλομαι, θεῶν θ' οὕνεκ', ἀνόσιον ξένον, Καὶ τοῦ δικαίου, τήνδε σοι δοῦναι δίκην. *Elmsl.*

570. τλημονεστάτην] *Miserrimam* plerique interpretes. *Fortissimam* recte Musgravius. Sic etiam Polyxena Hec. 560. Ἔλεξε πάντων τλημονέστατον λόγον. Hunc scilicet: Ἰδού. τόδ' εἰ μὲν στέρνον, ὦ νεανία, Παίειν προθυμεῖ, παῖσον. εἰ δ' ὑπ' αὐχένα Χρῄζεις, πάρεστι, λαιμὸς εὐτρεπὴς ὅδε.

573. Pro μοι, quod e v. sequente natum videtur, dedi δή. Noster Hec. 415. Τέλος δέχει δὴ τῶν ἐμῶν προσφθεγμάτων. Soph. Aj. 856. Σὲ δ', ὦ φαεννῆς ἡμέρας τὸ νῦν σέλας, Καὶ τὸν διφρευτὴν ἥλιον προσεννέπω, Πανύστατον δὴ, κοὔποτ' αὖθις ὕστερον. *Elmsl.*

πρόσφθεγμά μοι.] Abundare potest μοι, (monente Heathio) ut sæpe apud Euripidem. vid. ad Herc. Fur. v. 95. Non inepte tamen Tyrwhittus πρόσφθεγμα σόν. *Musg.*

575. τούσδε] In Hervagiana prima operarum incuria omissum primus ex Aldina revocavit Barnesius. Certatim emendarant viri docti, Τοιούσδε παῖδας εἰς τὸ πᾶν εἶναι σοφούς. De locutione δίδασκε σοφοὺς, *redde sapientes,* consulendi in primis Bentleius Epist. ad Millium, p. 18. et Valckenarius Diatrib. p. 205. Crocodilum δεδιδαγμένον εἶναι χειροήθεα memorat

Ὥσπερ σύ, μηδὲν μᾶλλον. ἀρκέσουσι γάρ.
Πειρῶ δὲ σῶσαι, μὴ θανεῖν πρόθυμος ὤν.
Σοὶ παῖδές ἐσμεν. σαῖν χεροῖν τεθράμμεθα.
Ὁρᾷς δὲ κἀμὲ, τὴν ἐμὴν ὥραν γάμου
Διδοῦσαν ἀντὶ τῶνδε κατθανουμένην.
Ὑμεῖς τ' ἀδελφῶν ἡ παροῦσ' ὁμιλία,
Εὐδαιμονοῖτε, καὶ γένοιθ' ὑμῖν, ὅσων
Ἡμὴ πάροιθε καρδία σφαγήσεται.
Καὶ τὸν γέροντα, τήν τ' ἔσω γραῖαν δόμων,
Τιμᾶτε πατρὸς μητέρ' Ἀλκμήνην ἐμοῦ,

Quemadmodum tu *es.* Nihil amplius; sufficient enim.
Conare autem *eos* servare, mortis non cupidus existens:
Tui liberi sumus, tuis manibus nutriti sumus.
Vides enim et me, meam adolescentiam nubilem
Dantem pro hisce morti devotam.
Vos vero, fratrum præsens cœtus,
Beati sitis, et contingant vobis *omnia* ante quæ,
Meum cor mactabitur.
Et senem *Iolaum*, anumque in ædibus *existentem*,
Alcmenam, patris mei matrem, honoretis,

576. ἀρίσκουσι γάρ. 578. Σοὶ παῖδες ἐσμέν. 583. Ἡ 'μὴ πάροιθεν 585. Τιμῶ τε

Herodotus II. 69. Vide an εἶναι librariorum additamentum sit. Nostro loco ordo verborum paullo intricatior est, et ita fortasse explicandus: καὶ δίδασκέ μοι τούσδε παῖδας, τοιούτους σοφοὺς εἰς τὸ πᾶν ὥσπερ σύ. Vel post παῖδας cum Musgravio interpungendum, quasi τοιούτους *tales quales dicam* significet. *Elmsl.*

Legendum cum Aldina, mutata tantum interpunctione:

τοιούσδε τούσδε παῖδας· εἰς τὸ πᾶν σοφούς,
ὥσπερ σύ· μηδὲν μᾶλλον· ἀρκέσουσι γάρ.

δίδασκε τοιούσδε pro δίδασκε τοιούσδε εἶναι. Sic Ammianus Anthol. p. 170.

εἰ βούλει τὸν παῖδα διδάξαι ῥήτορα, Παῦλε.

vid. et Med. v. 297. *Musg.*

Τοιούσδε τούσδε παῖδας εἰς τὸ πᾶν σοφούς,] Olim erat in Canteri editione, quæque ex illa ornabantur, Τοιούσδε παῖδας εἰς τὸ πᾶν σοφούς, deperditis duabus syllabis; quem locum Canterus conjectura nulla dignatus est, sed asterisco defectum illius notabat. Scaliger inter τὸ πᾶν et σοφοὺς supplendum putabat εἶναι, μεῖναι, vel φῦναι, Duportus εἶναι, vel τυχεῖν, Æmilius Portus εἶναι, et ego sane harum lectionum optimam veramque judicassem εἶναι, ni Aldina editio perfectum versum protulisset, ut nos jam scripsimus; adeo tamen, ut εἶναι subaudiatur. Non mirum est autem, τούσδε post τοιούσδε excidisse ob vicinitatem soni, quam ignari scribæ repetitionem ejusdem vocis putabant; τούσδε autem est ἀποδεικτικὸν, τοιούσδε vero συγκριτικὸν, quare utraque vox adsit necesse est. *Barnes.*

576. ἀρκέσουσι γάρ.] Edd. recentiores ex emendatione H. Stephani. Plena distinctio ante hæc verba in Aldina parum conspicua est, in edd. sequentibus ante Musgravium prorsus omissa. Primus locum recte interpretatus est Heathius. *Elmsl.*

Ξένους τε τούσδε. κἂν ἀπαλλαγὴ πόνων,
Καὶ νόστος ὑμῖν εὑρεθῇ ποτ᾽ ἐκ θεῶν,
Μέμνησθε τὴν σώτειραν ὡς θάψαι χρεών.
Κάλλιστά τοι δίκαιον. οὐ γὰρ ἐνδεὴς
Ὑμῖν παρέστην, ἀλλὰ προὔθανον γένους.
Τάδ᾽ ἀντὶ παίδων ἐστί μοι κειμήλια,
Καὶ παρθενείας, εἴ τι δὴ κατὰ χθονός.
Εἴη γε μέντοι μηδέν. εἰ γὰρ ἕξομεν
Κἀκεῖ μερίμνας οἱ θανούμενοι βροτῶν,
Οὐκ οἶδ᾽ ὅποι τις τρέψεται. τὸ γὰρ θανεῖν

Et hos hospites. Quod si liberatio a malis,
Et *in patriam* reditus a diis unquam concessus vobis fuerit,
Recordemini, quomodo *me vestram* servatricem sepelire deceat:
Magnifice certe æquum *est:* non enim exiliter
Vobis adfui: sed mortua sum pro *meo* genere,
Hæc *autem* pro liberis erunt mihi monumenta:
Et pro *mea* virginitate: si quid et sub terra est.
Nihil omnino sit, oro. Si enim habituri sumus
Et illic ærumnas, nos, qui morti debemur mortales,
Haud scio, quo quis se vertat. Mors enim

Distingue post μᾶλλον, et ita verte: *Nihil amplius* (ut eos scil. doceas, opus erit); *satis enim erunt instructi. Heath.*

581. ἀδελφῶν ἡ παροῦσ᾽ ὁμιλία,] Ita supra v. 240. eosdem ob numerum vocat πανήγυριν. Vid. quæ nos ibi. *Barnes.*

582. γένοιθ᾽ ὑμῖν, ὅσων] Ac ea vobis contingant omnia; *videl.* victoria, libertas, in patriam reditus, etc. quorum causa morior. *Brodæus.*

583. πάροιθε P. E. Quam formam in eadem versus sede habet Aldus infra v. 1031. Phœn. 1016. Hippol. 1441. Rhes. 701. Bacch. 902. Ion. 1558. Πάροιθεν metro repugnante vulgo legitur infra v. 863. Iph. A. 862. Herc. 581. *Elmsl.*

Ἡ 'μὴ πάροιθεν] Hic πάροιθεν pro ὑπὲρ, vel πρὸ, ut supra v. 537. de voce πάρος probavimus. *Barnes.*

584. Laudat h. v. Ammonius V. Ἔνδον, monetque, ἔσω hic pro ἔνδον legi. *Beck.*

585. Τιμῶτε] Musgravius. Voluit, opinor, τιμῷτε et τιμᾶτε. Quamquam nec τιμῶτε nec τιμᾷτε habet Aldus, sed τιμῶ τε. Sic etiam tres Hervagianæ et Brubachiana. Τιμᾶ τε Stibliniana. Τιμᾷ τε Canteriana. Τιμᾶτε recte Portus et sequentes. *Elmsl.*

Τιμῶτε] Ita Ed. Ald. Vulgo τιμᾶτε. *Musg.*

589. Reisk. legit: ἄλλως τε καὶ δίκαιον. *Beck.*

591. Ita fere Iphigenia Iph. A. 1398. Θύετ᾽. ἐκπορθεῖτε Τροιάν. ταῦτα γὰρ μνημεῖά μου Διὰ μακροῦ, καὶ παῖδες οὗτοι, καὶ γάμοι, καὶ δόξ᾽ ἐμή. *Elmsl.*

592. εἴ τι δὴ κάτω χθονός.] Stobæus CXXI. p. 602. ubi leguntur hæc verba cum quatuor versibus sequentibus. Κατὰ χθονός tacite Grotius. *Elmsl.*

595. Οὐκ οἶδα πῆ τις τρέπεται Stobæus. Omnino retinendum ὅποι. Ὅποι τράποιντο vulgo legitur apud Æsch. Pers. 459. ποῖ τράπωμαι apud Eurip. Hec. 1082. ποῖ ποτε τρέψῃ, Med. 360. ποῖ τράπωμαι, ibid. 502. ποῖ δῆτα τλήμων τρέψομαι, Hippol. 1069. ποῖ τρέψομαι, Alc. 946. ποῖ γὰρ τράπωμαι, Bacch. 1355. ποῖ τρέψεταί

Κακῶν μέγιστον φάρμακον νομίζεται.
ΙΟ. Ἀλλ' ὦ μέγιστον ἐκπρέπουσ' εὐψυχίᾳ
Πασῶν γυναικῶν ἴσθι τιμιωτάτη,
Καὶ ζῶσ' ὑφ' ἡμῶν καὶ θανοῦσ'. ἔσει πολύ.
Καὶ χαῖρε. δυσφημεῖν γὰρ ἅζομαι θεὰν,

Malorum maximum remedium existimatur.
Iol. At, O maxime excellens *ob* animi magnitudinem,
Omnium mulierum, scias, honoratissima,
Et vivens et mortua inter nos eris longe.
Sed vale: vereor enim lædere verbis deam,

597. εὐψυχίας, 599. ἔσῃ 600. ἄζομαι

τις, Cycl. 309. ποῖ τρεψόμεσθα, Heracl. 441. ποῖ δὲ (δὴ) τράπωμαι, apud incertum Rhes. 868. ὅποι τέτραπται, apud Aristoph. Ach. 207. ποῖ τις τρέψεται, Thesm. 603. ποῖ δῆτ' ἂν τραποίμην, Ran. 296. ποῖ τις ἂν τράποιτο, Plut. 374. Vulgo quidem legitur ὅπῃ τράπωμαι apud nostrum Or. 628. et ὅπῃ τραπόμενος, v. 714. Sed recte ὅποι utrobique præbent codd. nonnulli. Legendum etiam ὅποι τράπωμαι, apud Æsch. Agam. 1541. ποῖ τις τράποιτ' ἄν, Choëph. 408. Vulgo ὅπα et πᾶ. Sic *quo me vertam*, non *qua me vertam* dicunt Latini. Quod de ποῖ τρέψομαι dixi, etiam de ποῖ φεύξομαι dictum velim. *Elmsl.*

Apud Stob. male legitur: Οὐκ οἶδα πῆ. v. Valck. ad Hippol. 1242. *Beck.*

597. Noster Alc. 658. Ἦ τᾶρ' ἁπάντων διαπρέπεις ἀψυχίᾳ. Suppl. 851. Πόθεν πόθ' οἵδε, διαπρεπεῖς εὐψυχίᾳ Θνητῶν, ἔφυσαν; *Elmsl.*

εὐψυχίας,] Malim cum Scaligero εὐψυχίᾳ. *Musg.*

ἐκπρέπουσ' εὐψυχίας,] Scaliger legit εὐψυχίᾳ; vel ἕνεκα subaudi, ad εὐψυχίας, vel εὐψυχίᾳ, vel — ίαις, legendum. *Barnes.*

εὐψυχίᾳ, aut εὐψυχίαις. *Reisk.*

599. Στῶσα alii legunt. *Stans pro nobis, te ipsam sistens ad victimam.* Stiblinus. Στῶσα mendum typographicum Hervagianæ primæ. *Elmsl.*

καὶ θανοῦσ' ἔσῃ πολύ.] Repetendum ἀπὸ κοινοῦ τιμιωτάτη. *Barnes.*

600. ἅζομαι] Aspero spiritu recte edidit Barnesius. Οὐ χάζομαι pro οὐχ ἅζομαι habent edd. omnes in Or. 1115. pleræque in Alc. 336. Hesychius: Οὐχάζομαι. οὐ σέβομαι, οὐκ ἐντρέπομαι. Hic etiam οὐχ ἅζομαι recte reposuerunt viri docti. Οὐχ ἅζεται vulgo legitur apud Æsch. Eum. 392. *Elmsl.*

600. s. ἅζομαι θεὰν, ἣ σὸν κατῆρκται σῶμα, Δήμητρος κόρην.] Ita expono Latine, ut allusio fiat non ad initiationem, quæ facienda erat, priusquam Cereri immolaretur, sed ad illas crinium primitias, quas sibi Cereris filia, Proserpina, vendicabat a morituris: de qua re nos supra ad Alcest. v. 76. Quare ἣ nominativum legimus, σῶμα accusativum, et κατῆρκται transitive expono, cum alias ᾗ esset dativus, σῶμα nominativus, et κατῆρκται passive sumebatur. Non enim hæc virgo sacrificanda erat Proserpinæ, sed Cereri, ut supra patet ex v. 409. Σφάξαι κελεύουσίν με παρθένον κόρην Δήμητρί γ', ἥτις ἐστὶ πατρὸς εὐγενοῦς. Nisi quis ibidem legendum putet: παρθένον κόρῃ Δήμητρος, ἥτις, etc. *Barnes.*

601. Ἣ σὸν κατῆρκται σῶμα, Barnesius, qui verbum κατῆρκται non *initiatum est* cum Porto ceterisque omnibus, sed *initiarit* Latine vertit. Vix quisquam hodie in literis Græcis adeo hospes est, ut nesciat verba media et passiva, paucissimis exceptis, eandem prorsus παρακειμένου formam habere. Εἴργασται e. g. utrumque significat, *fecit* et *factum est.* Barnesii emendationi nonnihil ponderis accedit ex Iph. T. 1321. ubi cum olim legeretur, Ὃν τοῖσδε βωμοῖς θεᾷ κατέωσιώσατο, θεὰ ex codd. reposuit Marklandus. Hanc igitur scripturam admisissem, si certum esset κατῆρκται transitivum cum accusativo σῶμα conjungi posse. Nam

Ἧι σὸν κατῆρκται σῶμα, Δήμητρος κόρη.
Ὦ παῖδες, οἰχόμεσθα. λύεται μέλη
Λύπῃ. λάβεσθε, κεἰς ἕδραν μ' ἐρείσατε,
Αὐτοῦ πέπλοισι τοῖσδε κρύψαντες, τέκνα.
Ὡς οὔτε τούτοις ἥδομαι πεπραγμένοις,

Cui jam tuum corpus consecratum est, Cereris filiam.
O filii, perimus: solvuntur membra
Dolore: prehendite et collocate me in sedem,
Hac veste hic tegentes, O filii:
Quoniam neque his delector, quæ facta sunt,

601. Δήμητρος κόρην. 602. δύεται μέλη.

verba sacrificandi κατάρχεσθαι et ἀπάρχεσθαι genitivum postulare videntur. Ita noster Phœn. 582. Πῶς δ' αὖ κατάρξει θυμάτων, ἑλὼν πάτραν. Ad quem locum consulendus omnino Valckenarius. Vulgatam igitur scripturam non mutavi. Passivum est ἐνῆρκται in El. 1142. Κανοῦν δ' ἐνῆρκται, καὶ τεθηγμένη σφαγίς. Quod ad sensum nostri loci attinet, nihil interest utrum ἣ an ᾗ legatur. Nam dativus ᾗ per ὑφ' ἧς explicari potest. Εἴργασται activo sensu usurpant Soph. Œd. T. 287. Aj. 22. Eurip. Hec. 264. Hippol. 794. Iph. A. 468. Passivo Æsch. Agam. 362. Eurip. Hec. 1068. Or. 278. 593. In Med. 295. Hel. 110. significatio ambigua est. Confer omnino Hel. 1179. 1517. *Elmsl.*

Δήμητρος κόρῃ P. E. Κόρην pro κόρῃ omnes libri supra v. 409. Vide etiam vv. 930. 932. Nostro loco parum refert utrum κόρην an κόρῃ legas, quamquam hoc paullo melius videtur. Utriusque structuræ exemplum præbet noster Iph. T. 63. Ξὺν προσπόλοισιν, ἃς ἔδωχ' ἡμῖν ἄναξ, Ἑλληνίδας γυναῖκας. ἀλλ' ἐξ αἰτίας Οὔπω τινὸς πάρεισιν ἐς ἔμ' (malim πάρεισιν αἵδ') εἴσω δόμων, Ἐν οἷσι ναίω, τῶνδ' ἀνακτόρων θεᾶς. Ubi Ἑλληνίσιν γυναιξὶν et τοῖσδ' ἀνακτόροις scribere potuit poëta. Defendi potest κόρην etiam ex Tro. 612. Ὦ μῆτερ ἀνδρὸς, ὅς ποτ' Ἀργείων δορὶ Πλείστους διώλεσ', Ἕκτορος, τάδ' εἰσορᾷς; Alterum habet Æsch. Theb. 559. Ἔστιν δὲ καὶ τῷδ', ὃν λέγεις τὸν Ἀρκάδα, Ἀνὴρ ἄκομπος. Eurip. Hec. 759. Πρὸς ἄνδρ' ὃς ἄρχει τῆσδε Πολυμήστωρ χθονός. Ubi Πολυμήστορα habet Aldus. Hippol. 100. Τήνδ', ἣ πύλαισι σαῖς ἐφέστηκεν Κύπρις. Tro. 1123. καί σφ' ᾐτήσατο Θάψαι νεκρὸν τόνδ', ὃς πεσὼν ἐκ τειχέων Ψυχὴν ἀφῆκεν, Ἕκτορος τοῦ σοῦ γόνος. *Elmsl.*

Ἧι σὸν] Male Barnesius ἣ σόν. *Musg.*

602. λύεται μέλη] Noster Hec. 438. Οἴ 'γὼ προλείπω. λύεται δέ μου μέλη. Pulchre nostrum locum interpretatur Portus, *Merguntur membra dolore.* Apud Soph. Œd. C. 1597. ἔδυσε pro ἔλυσε habent Aldus et Suidas v. Δυσπινῆ. Addam locum ex Euripidis Electra, ubi literarum Δ et Λ similitudo scripturam corruperit. V. 652. ΗΛ. Λεχώ μ' ἀπάγγελλ' οὖσαν ἄρσενος τόκου. ΠΡ. Πότερα πάλαι τεκοῦσαν, ἢ νεωστὶ δή; ΗΛ. Λέγ' ἡλίους, ἐν οἷσιν ἁγνεύει λεχώ. Imo, Δέχ' ἡλίους. Ita Electra ad matrem, v. 1124. Ἤκουσας, οἶμαι, τῶν ἐμῶν λοχευμάτων. Τούτων ὕπερ μου θῦσον, οὐ γὰρ οἶδ' ἐγὼ, Δεκάτῃ σελήνῃ παιδὸς, ὡς νομίζεται. *Elmsl.*

λύεται] Summi poëtæ, Johannis Miltoni, emendatio est. Ed. Ald. δύεται. *Musg.*

λύεται μέλη] Ita scribo pro δύεται, Johanne Miltono suffragante; nec δύεται hic locum habet, λύεται optimum: λύπη enim λυσιμελὴς est, et Λ facili negotio in Δ corrumpi potuit. *Barnes.*

604. κρύψαντες, τέκνα.] Πρὸς τὸ σημαινόμενον referendum notat Joh. Brodæus. *Musg.*

605. ἥδομαι πεπραγμένοις,] De re futura loquitur tanquam de præterita. Ita Soph. Œd. T. 838. Πεφασμένου δὲ, τίς ποθ' ἡ προθυμία; Incertus Rhes. 477. Οὐκ οὖν κτανόντες τούσδε, πάντ' εἰργάσμεθα; *Elmsl.*

Χρησμοῦ τε μὴ κρανθέντος, οὐ βιώσιμον.
Μείζων γὰρ ἄτη. ξυμφορὰ δὲ καὶ τάδε.—
ΧΟ. Οὔτινά φημι θεῶν ἄτερ ὄλβιον,
Οὐ βαρύποτμον ἄνδρα γενέσθαι,
Οὐδὲ τὸν αὐτὸν ἀεὶ βεβάναι δόμον

Et *tamen* oraculo non perfecto, non potuissemus vivere;
Quia majus malum *accidisset*: tamen hoc *est* calamitosum.
Cho. Neminem sine diis dico beatum,
Neque miserum hominem esse,
Neque eandem domum semper uti

607. συμφορὰ

Οὔτε τούτοις ἥδομαι] Hac Macariæ cæde. *Brodæus.*

606. οὐ βιώσιμον.] Πᾶσιν ἡμῖν οὐ βιώσιμον. Aristoph. in Pluto, fol. 11. Ἢ φησὶν, οὐκ εἶναι βιωτὸν αὐτῷ τὸν βίον. Et rursus: Ἀβίωτον εἶναί μοι πεποίηκε τὸν βίον. *Brodæus.*

607. Μείζων γὰρ ἄτη] Longe quidem graviores nos oppressuræ sunt ærumnæ ac infortunia. Si enim Argivis dedamur, non ipsa modo Macaria, verum etiam nos Herculisque Liberi trucidabuntur. *Brodæus.*

608. Hoc Chori carmen antistrophicum esse primus monuit Burgesius in Appendice Annotationum ad Troadas, p. 137. quem in versuum distributione secutus sum. Nonnulla hinc desumta habet Stobæus Ecl. Phys. IX. p. 11. quæ in ed. Genevensi ita leguntur: Οὔ τινα φημὶ θεῶν ἄ τε τὸν ὄλβιον, οὔτε βαρύποτμον ἄνδρα γενέσθαι. μόρσιμα δ' οὔτε φυτεῖν θέμις, οὔτε σοφία τις ἀπώσεται. ἀλλὰ μάταν πρόθυμος ἀεὶ πόνον ἕξει. Vix quidquam mutare videntur Stobæi codices. Grotius Euripides editiones secutus est. *Elmsl.*

608. s. Theognis, v. 165. a Brodæo allegatus: Οὐδεὶς ἀνθρώπων οὔτ' ὄλβιος, οὔτε πενιχρὸς, Οὔτε κακὸς, νόσφιν δαίμονος, οὔτ' ἀγαθός. *Elmsl.*

θεῶν ἄτερ] Citra Deorum voluntatem. Ex Theognide, v. 165. Οὐδεὶς ἀνθρώπων οὔτ' Ὄλβιος, οὔτε Πενιχρὸς, Οὔτε Κακὸς νόσφιν Δαίμονος, οὔτ' Ἀγαθός. Ἀλλ' ἄλλῳ κακόν ἐστι, etc. *Barnes.*

Iolaus ad terram prostratus in remota quadam theatri parte remanet. *Beck.*

609. Οὐ βαρυπότμων metri caussa legendum censet Musgravius, οὐ βαρύποτμον ἂν Burgesius, qui in antistrophicum, v. 620. Datismum ὑπεράλγεο invexit. Tantum abest ut hic ulla mutatione opus esse censeam, ut non dubitaverim contra omnes libros trochæum pro spondeo exhibere paullo post, v. 611. *Elmsl.*

Οὐ βαρύποτμον] Metri defectus sanandus legendo: οὐ βαρυπότμων. vid. Iph. Taur. 1211. Hecub. v. 722. *Musg.*

βαρύποτμόν γ' ἄνδρα metri causa Heath. qui monet, sententia nondum absoluta importune interseri parœmiacum versum. *Beck.*

βεβάναι εὐτυχίᾳ. [pro εὐτυχεῖν.] Sic μοῖραν ἐπ' ἐσθλᾷ βεβῶσαν, Soph. Electr. v. 1101. ἐς τοσοῦτον ἐλπίδων ἐμοῦ βεβῶτος, Œd. Tyr. v. 790.

Schol. in Pind. Isthm. III. Epod. πλούτου διέστιχον, ἀντὶ τοῦ, διὰ πλούτου ἤρχοντο. τουτέστι, πλοῦτον ἐκτῶντο. Plato quoque: ψυχῆς ἐν πόνοις ἐρχομένης, p. 788. D. Ed. Fic. *Musg.*

611. παρὰ δ' ἄλλον ἄλλα P. E. Particula γ' metri gratia manifesto inserta est. *Elmsl.*

παρὰ δ' ἄλλον κἄλλα, i. e. καὶ ἄλλη, legit Reisk. et vertit: quoties mutatur persona, mutatur quoque fortuna. παρὰ notare Germ. *um*, vices rei. *Beck.*

612. διώκει.] Cum verbis παρὰ δ' ἄλλον ἄλλα μοῖρα διώκει conferendus noster Alc. 918. Συμφορὰ δ' ἑτέρους ἑτέρα Πιέζει φανεῖσα θνατῶν. Or. 966. Ἰὼ, ἰὼ, πανδάκρυτ' ἐφαμέρων Ἔθνη πολύπονα, λεύσσεθ' ὡς παρ' ἐλπίδας Μοῖρα βαίνει. Ἕτερα δ' ἕτερος ἀμείβεται Πήματ' ἐν χρόνῳ μακρῷ. Βροτῶν δ' ὁ πᾶς ἀστάθμητος αἰών. Hippol. 1109. Ἄλλα γὰρ ἄλλοθεν ἀμείβεται. Μετὰ δ' ἵσταται ἀνδράσιν αἰὼν Πολυπλάνητος ἀεί.

1

Εὐτυχίᾳ. παρὰ δ' ἄλλον αλλα
Μοῖρα διώκει.
Τὸν μὲν ἀφ' ὑψηλῶν, βραχὺν ᾤκισε,
Τὸν δ' ἀλάταν, εὐδαίμονα τεύχει.
Μόρσιμα δ' οὔτε φυγεῖν θέμις,

Felicitate. Ad alium vero aliud
Fatum properat.
Tenuem quidem in excelso constituit,
Opulentum vero facit mendicum.
Fatalia vero nullo modo fugere licet:

611. παρὰ δ' ἄλλον γ' ἄλλα 613. ᾤκισεν. 614. Τὸν δ' ἀλήταν, 615. οὔτι φυγεῖν

Æsch. Prom. 275. Ταῦτά τοι πλανωμένη Πρὸς ἄλλοτ' ἄλλον πημονὴ προσιζάνει. *Elmsl.*

διώκει.] *Properat.* vid. ad Herc. Fur. v. 1073. *Musg.*

613. Castigo ἐφ' ὑψηλῶν. *Et hunc quidem infimæ sortis virum alto in gradu collocat.* Brodæus. Ego nihil muto. 'Αφ' ὑψηλῶν est ὑψόθεν. Noster Inone fr. 16. καὶ μί' ἡμέρα Τὸν μὲν καθεῖλεν ὑψόθεν, τὸν δ' ἦρ' ἄνω. D. Lucas Evang. i. 52. Καθεῖλε δυναστὰς ἀπὸ θρόνων, καὶ ὕψωσε ταπεινούς. *Elmsl.*

ἀφ' ὑψηλῶν,] Placet Brodæi ἐφ' ὑψηλῶν hac constructione: ᾤκισε μὲν ἐφ' ὑψηλῶν τὸν βραχύν. Quod viam aperit ad versus sequentis emendationem. Legendum, metro postulante:

τὸν δ' εὐδαίμον', ἀλήταν τεύχει.

βραχὺς, *infirmus, inops,* ut Œd. Col. v. 930. *Musg.*

Τὸν μὲν ἀφ' ὑψηλῶν βραχὺν ᾤκισεν,] Brod. pro ἀφ' ὑψηλῶν reponendum putavit ἐφ' ὑψηλῶν· At ego, inquit Henric. Stephanus, ἀφ' ὑψηλῶν retineo: Ut videlicet dicatur: ἀφ' ὑψηλῶν βραχὺν ᾤκισεν, eo modo, quo diceretur: ἀπὸ μεγάλου πλούτου εἰς πενίαν μετέστησεν. Sed videtur Brodæus, quum voluit legere ἐφ' ὑψηλῶν, subaudire etiam voluisse participium ὄντα, aut aliud hujusmodi, cum τὸν μὲν ἐφ' ὑψηλῶν. Hæc Stephanus. Ego vero addo, nullo modo posse ἐφ' legi, quia tum idem duo simul versus volunt, nullaque est in iis antithesis: Οὗτος γὰρ ὁ νοῦς. τὸν μὲν ἀφ' ὑψηλῶν τόπων εἰς τὸ πέδον κατέβαλεν ἡ Μοῖρα, καὶ μικρὸν ἐποίησε, Τὸν δὲ μικρὸν καὶ πτωχὸν καὶ ἀλήτην ἀνύψωσεν εὐδαίμονα ποιήσασα. Sic Hesiod. in principio: 'Ρεῖα μὲν γὰρ βριάει, etc. Vid. hunc locum pleniorem ad Troad. v. 614. *Barnes.*

ᾤκισε Heath. metri gratia. *Beck.*

614. Legendum puto ἀλάταν, et vocem hanc Dorice penultimam corripere; aliter non constabit metrum. Heathius. Qui in Hel. 1474. Doricum ἁμέραν primam corripere existimat. Doricum ἀλάτας penultimam producit supra v. 365. et alibi passim. Optime metro nec male sententiæ conveniret τὸν δὲ πένητ', si liceret usitatiorem vocem πένητα pro rariori ἀλήταν reponere. Quod ex mera conjectura facere non audeo. Sæpe miratus sum in Or. 1014. ubi vulgo legitur, 'Ιθύνων νοσερὸν κῶλον 'Ορέστου, Heathii emendationem ὀρθῶν Porsono placuisse. Malim, 'Εξιθύνων νοσερὸν κῶλον, deleto proprio nomine.

Cum hæc pro anapæsticis acceperit Heathius, haud secus atque alii omnes ante Burgesium, miror eum non reposuisse, Τὸν ἀλάταν δ' εὐδαίμονα τεύχει. Sed hoc μέλος totum constat ex dactylis et spondeis, nisi quod pro spondeo bis adhibetur trochæus. *Elmsl.*

615. Οὔτε φυγεῖν Stobæus, qui minus recte οὔτε habet etiam v. sequente. Quod alibi monui, hic iterum moneo, post οὔτε et μήτε sæpe apud tragicos adhiberi οὐ et μή. Ita Æsch. Prom. 449. (ubi οὔτι pro οὔτε dedit Porsonus) 478. Choëph. 289. Soph. Œd. C. 972. (ubi οὔτι de suo Brunck.) Ant. 249. Eurip. Or. 41. 46. 1085. Med. 1345. Iph. T. 355. 374. Tro. 926. Herc. 645. Vide Censuram Edinburgensem XVII. pp. 233. 234. 492. Lo-

Οὐ σοφίᾳ τις ἀπώσεται.
Ἀλλὰ μάταν ὁ πρόθυμος ἀεὶ πόνον ἕξει.—
Ἀλλὰ σὺ μὴ προπίτνων τὰ θεῶν φέρε,
Μὴ δ' ὑπεράλγει φροντίδα λύπᾳ.
Εὐδόκιμον γὰρ ἔχει θανάτου μέρος
Ἁ μελέα πρό τ' ἀδελφῶν καὶ γᾶς.

Nulla sapientia *fatum* repellet:
Sed qui hoc conatur semper laborem habebit frustra.
Quare tu Deos vincere votis ne postules,
Neque dolore supra modum animum macera;
Gloriosam enim mortis sortem habet
Hæc misera pro fratribus et *pro hâc* terra?

616. Οὐ σοφία τις 617. ἕξει γ'. 618. μὴ προσπιτνῶν τὰ θεῶν ὕπερ, 620. μήδ' Sic etiam v. 984. 622. πρὸς ἀδελφῶν,

cum alterum ex Æschyli Prometheo ita exhibuit Blomfieldius in ed. secunda: Οὐκ ἦν ἀλέξημ' οὐδὲν, οὔτε βρώσιμον, Οὐ χριστὸν, οὔτε πιστόν. Nunquam vidi οὐ hoc modo inter bina οὔτε collocatum. Quare vulgatam scripturam οὐδὲ πιστὸν revocandam censeo. *Elmsl.*

Μόρσιμα] Τὴν εἱμαρμένην. *Brodæus.*

616. Οὐ σοφίᾳ τις ἀπώσεται P. E. Recte vertit Portus, *Nulla sapientia quis fatum a se repellet. Elmsl.*

617. ὁ πρόθυμος] *Qui vim ipsius fati tollere conabitur.* Brodæus. Ὁ βουλόμενος ἀπώσασθαι.

Ἕξει sine γ' Burgesius. In vulgatis libris verba ἕξει γ'. ἀλλὰ σὺ anapæsticum monometrum faciunt. Sic etiam verba εἰ δὲ σέβεις σύ γε, v. 628. *Elmsl.*

619. μὴ προσπίτνει S. edd. recentiores. Quam imperativi formam nunquam usurparunt Attici, si vera sunt ea quæ ad v. 77. disputavi. Μὴ προπίτνων P. E. Προπίτνω et προπίπτω in προσπιτνῶ et προσπίπτω sæpe corruperunt librarii. Soph. El. 1380. Αἰτῶ, προπίτνω, λίσσομαι, γενοῦ πρόφρων Ἡμῖν ἀρωγὸς τῶνδε τῶν βουλευμάτων. Προπιτνῶ plerique libri, προσπιτνῶ Harleianus 5744. Baroccianus 66. et, opinor, alii. Apud Æsch. Pers. 590. pro προσπίτνοντες, quod metrum violabat, προπίτνοντες primus reposuit Brunckius. Vide etiam Soph. Œd. C. 157. (ubi fortasse legendum μὴ προπεσεῖ, ἵνα pro ὅπως accepto) Phil. 156. Eurip. Suppl. 63. Ceterum verba μὴ προπίτνων ita accipio, *Erecto corpore atque animo.* Iolaum humi jacentem surgere jubet Chorus. Nihil hic viderunt interpretes.

τὰ θεῶν φέρε P. E. Vix opus est monere τὰ θεῶν esse τὰς ἐκ θεῶν τύχας δοθείσας, ut cum Sophocle loquar Phil. 1314. Ita Noster Phœn. 593. Ἀτὰρ τί ταῦτα; δεῖ φέρειν τὰ τῶν θεῶν. Τὰ θεῖα dixit Soph. Tereo fr. 11. Ἀλγεινὰ, Πρόκνη, δῆλον. ἀλλ' ὅμως χρεὼν Τὰ θεῖα θνητοὺς ὄντας εὐπετῶς φέρειν. *Elmsl.*

Sensus, quem Interpretes huic versui tribuunt, præcedentibus valde consentaneus est; verba, dubito, an recte eum exprimant. Invenias scilicet προσπιτνῶ τινα, *supplico alicui*; nunquam προσπιτνῶ τι, *votis aliquid expeto.* Potest tamen infinitivum adsciscere, pro λίσσομαι positum, ut Electr. v. 221. In quam formam et hunc versum refinxerim, adjecta etiam syllaba, ut justam mensuram recipiat:

μὴ τὰ θεῶν προσπίτνει ὑπερθεῖν.

Deos vincere, votis ne postula. τὰ θεῶν ὑπερθεῖν illustrat Ion. v. 992. προσπίτνει hic suppeditarunt MSS. Steph. nam. Ed. Ald. προσπίτνων. *Musg.*

μὴ προσπίτνει] Aldus προσπιτνῶν quum male haberet, Henr. Stephanus προσπίτνει ex Vet. Cod. restituit. *Barnes.*

Heath. monet, metrum et sententiam versus male se habere, et forte excidisse quædam. *Beck.*

Forte, μὴ πρὸ στυγνῶν παθέων ὑφοῦ, *neque submitte animum instantibus sævis et horrendis malis. Reisk.*

622. Πρὸς ἀδελφῶν vetus lectio proba

Οὐδ' ἀκλεής νιν
Δόξα πρὸς ἀνθρώπων ὑποδέξεται.
Ἁ δ' ἀρετὰ βαίνει διὰ μόχθων.
Ἄξια μὲν πατρὸς, ἄξια δ'
Εὐγενίας τάδε γίγνεται.
Εἰ δὲ σέβεις θανάτους ἀγαθῶν, μετέχω σοι.—

Nec obscura ipsam
Gloria ab hominibus excipiet.
Virtus enim per labores grassatur.
Digna quidem patre,
Digna etiam hæc nobilitate fiunt.
Si vero tu colis mortes bonorum, tecum facio.

627. ἀδελφῶν τάδε γίνεται. 628. εἰ δὲ σέβεις σύ γε θανάτους,

est et servanda. Reiskius. Vellem suam horum verborum interpretationem nobiscum communicasset vir eruditus. *Pro patria ac fratribus* Brodæus aliique omnes. Ceterum notandum πρό τ' ἀδελφῶν pro πρὸ ἀδελφῶν τε. Ita Æsch. Theb. 30. Ἀλλ' εἰς τ' ἐπάλξεις καὶ πύλας πυργωμάτων Ὁρμᾶσθε πάντες. Suppl. 982. Ξύν τ' εὐκλείᾳ καὶ ἀμηνίτῳ Βάξει λαῶν * ἐν χώρῳ Τάσσεσθε. Noster Hippol. 205. Ῥᾷον δὲ νόσον μετά θ' ἡσυχίας Καὶ γενναίου λήματος οἴσεις. Herodotus I. 106. Ὑπό τε ὕβριος καὶ ὀλιγωρίης. Ibid. 154. Ἀπό τε Ταβάλου καὶ Κύρου. V. 5. Ὑπό τε ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν. Thucydides I. 49. Ὑπό τε πλήθους καὶ ὄχλου τῶν νεῶν. Ibid. 54. Ὑπό τε τοῦ ῥοῦ καὶ ἀνέμου. Ibid. 56. Ὑπό τε Περδίκκου πειθόμενοι καὶ Κορινθίων. Ibid. 118. Πρός τε ἀλλήλους καὶ τὸν βάρβαρον. Plura exempla indicavi ad Marklandi Iph. A. 508. Quod ibi monui, apud Soph. Œd. T. 541. non fuisse sollicitandum ἄνευ τε, quod etiam de Æsch. Pers. 609. monitum velim, Herodoti auctoritate confirmare possum, apud quem ter minimum legitur ἄνευ τε δόλου καὶ ἀπάτης, I. 69. VIII. 140. IX. 7. Idem VII. 184. Τοῦτο μὲν δὴ τὸ ἐξ αὐτῆς τῆς Ἀσίας στράτευμα ἐξαναχθὲν εἴρηται, ἄνευ τε τῆς θεραπηΐης τῆς ἑπομένης, καὶ τῶν σιταγωγῶν πλοίων, καὶ ὅσοι ἐνέπλεον τούτοισι. Vide an hæc sufficiant ad defendendam vulgatam scripturam apud Æsch. Theb. 1080. ὥσπερ τε πόλις Καὶ τὸ δίκαιον ξυνεπαινεῖ.

Noster Hippol. 1152. Θησεῦ, μερίμνης ἄξιον φέρω λόγον, Σοὶ καὶ πολίταις, οἵ τ' Ἀθηναίων πόλιν Ναίουσι, καὶ γῆς τέρμονας Τροιζηνίας. Xenophon Symposio 2, 1. Ἔρχεταί τις αὐτοῖς ἐπὶ κῶμον Συρακόσιος ἄνθρωπος, ἔχων τε αὐλητρίδα ἀγαθὴν, καὶ ὀρχηστρίδα τῶν τὰ θαύματα δυναμένων ποιεῖν, καὶ παῖδα πάνυ γε ὡραῖον καὶ πάνυ καλῶς κιθαρίζοντά τε καὶ ὀρχούμενον. Thucydides IV. 8. Ἄνευ τε ναυμαχίας καὶ κινδύνου. Ibid. 10. Ἐγὼ δὲ καὶ τὰ πλείω ὁρῶ πρὸς ἡμῶν ὄντα, ἢν ἐθέλωμέν τε μεῖναι, καὶ μὴ τῷ πλήθει αὐτῶν καταπλαγέντες, τὰ ὑπάρχοντα ἡμῖν κρείσσω καταπροδοῦναι. Nisi legendum, ἢν ἐθέλωμέν γε μεῖναι. Vide an legendum apud Æsch. Theb. 209. Ὦ φίλον Οἰδίπου τέκος, ἔδεισ' ἀκούσασα τὸν ἁρματόκτυπον ὄτοβον, ὅτε Τε σύριγγες ἔκλαγξαν ἑλίτροχοι, Ἱππικῶν τ' ἄϋπνον Πηδαλίων διὰ στόμα Πυριγενετᾶν χαλινῶν. *Elmsl.*

πρό τ' ἀδελφῶν] Barnesii emendatio est. Ed. Ald. πρὸς ἀδελφῶν. *Musg.*

Ἁ μελέα πρό τ' ἀδελφῶν καὶ Γᾶς] Cum olim πρὸς scriberetur, non sine loci detrimento, Scaliger legendum duxit πρὸ, quam lectionem amplector, sed ne sit hiatus, propter καὶ sequens τε adjicio, ut Homerum propius exprimat — πρό τε παίδων καὶ πρὸ γυναικῶν. Vide quæ nos ad Alcest. v. 335. Puto autem, exscriptores delusos hic fuisse, quod tertio infra versu πρὸς legatur. *Barnes.*

625. Hesiodus Op. 289. Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν Ἀθάνατοι. Brodæus. Similia vide apud Stobæum Tit. XXIX. ubi legitur etiam noster versus p. 198. *Elmsl.*

Ἁ δ' ἀρετὰ βαίνει διὰ μόχθων] Hesiodus: Τῆς δ' Ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν. *Barnes.*

ARGUMENTUM ACTUS TERTII.

Famulus, Nuntii vices agens, Iolao et Alcmenæ refert, Hyllum jam tum cum numerosis copiis adesse, acieque instructa aperto campo ad pugnam procedere. Senex itaque, pristinæ virtutis memor, miro studio ad prœlium ipse contendit; adeo ut tandem in effœto corpore vim suscitet ira; frustra ipsum dehortante Famulo, Choro et Alcmena ipsa. Non autem absque ratione hoc senis ita operose in prœlium se adornantis spectaculum hic proponitur; nempe, ne scena otiosa esset et langueat usque ad pugnæ tempus. Quod omne insumitur a Choro; qui Jovem ac Minervam invocat, ut a parte Atheniensium quorum causa justior sit, quia supplices defendunt, stare velint, dextreque pugnantibus adspirare.

ΘΕΡΑΠΩΝ.

Ὦ τέκνα, χαίρετ'. Ἰόλεως δὲ ποῦ γέρων,
Μήτηρ τε πατρὸς τῆσδ' ἕδρας ἀποστατεῖ;
ΙΟ. Πάρεσμεν, οἵα δή γ' ἐμοῦ παρουσία.

FAMULUS.

O pueri, salvete: ubinam vero senex Iolaus,
Et mater *Herculis* patris abest ab hac sessione?
Iol. Adsumus, qualis qualis est mea præsentia.

630. γέρον; 631. Μητὴρ δὲ —— ἀποστατεῖ.

Ad finem versus plene distinguendum est. *Heath.*

227. Εὐγενίας pro ἀδελφῶν E. G. Vides quantis in tenebris versentur, qui scriptis codicibus destituti veterum scripta emendare conentur. Quid vulgatæ scripturæ occasionem dederit, haud facile dixeris. An cum πατρὸς scripsisset librarius in priore sententiæ membro, μητρὸς aut ἀδελφῶν sequi debere arbitratus est? Cujus oscitantiæ exempla passim occurrit. An etiam ἀδελφῶν glossema est pro συγγενίας, συγγενίας autem calami mendum pro εὐγενίας? Ita fere in Hel. 953. εὐψυχίας in εὐτυχίας mutatum est, εὐτυχίας in εὐδαιμονίας, monente Porsono ad Med. 722. *Elmsl.*

ἄξια δ' εὐγενίας.] Ita MSS. E. G. Ed. Ald. ἄξια δ' ἀδελφῶν. *Musg.*

Heath. reponebat metri causa: Ἄξι' ἀδελφῶν καὶ τάδε γίνεται. ultimam in γίνεται corripi, quia sequens versus a vocali incipit. *Beck.*

628. Σύ γε recte delevit Burgesius. *Elmsl.*

630. Nova quæ hic inducitur persona, Θεράπαινα appellatur in indice personarum fabulæ præfixo. Similem errorem in Hippolyto notavit Valckenarius ad v. 88. Contra in Sophoclis Trachiniis Dejaniræ ancilla Παιδαγωγὸς appellatur. *Elmsl.*

630. s. Hos versus recte constituit Musgravius in annotationibus. Γέρων ex emendatione Brodæi omnes edd. recentiores. *Elmsl.*

630. Distinguendum et legendum:

— Ἰόλεως δὲ ποῦ γέρων,
Μήτηρ τε πατρὸς τῆσδ' ἕδρας ἀποστατεῖ;

Iolaus, quanquam præsens, pallio obvolutus erat, v. 604. unde de eo, ut absente, loquitur Nuncius.

Pro τῆσδ' malebat Scaliger τῶνδ', quod recte improbat Barnesius. Sed et μήτηρ πατρὸς, ad liberos Herculis dictum, satis clara erat designatio Alcmenæ. *Musg.*

631. Μήτηρ δὲ πατρὸς τῆσδ' ἕδρας ἀποστατεῖ;] Scaliger legit hic pro τῆσδ', τῶνδ', oblitus, ipsos Famulum filios alloqui, et ἕδρας pro βωμοῦ emphaticum esse: Quare nihil mutamus. *Barnes.*

633. Vulgatam scripturam satis defen-

ΘΕ. Τί χρῆμα κεῖσαι, καὶ κατηφὲς ὄμμ' ἔχεις;
ΙΟ. Φροντίς τις ἦλθ' οἰκεῖος, ῇ ξυνειχόμην.
ΘΕ. Ἔπαιρέ νυν σεαυτόν. ὄρθωσον κάρα.
ΙΟ. Γέροντές ἐσμεν, κοὐδαμῶς ἐῤῥώμεθα.
ΘΕ. Ἥκω γε μέντοι χάρμα σοὶ φέρων μέγα.
ΙΟ. Τίς δ' εἶ σύ; ποῦ σοι ξυντυχὼν ἀμνημονῶ;
ΘΕ. Ὕλλου πενέστης. οὔ με γιγνώσκεις ὁρῶν;
ΙΟ. Ὦ φίλταθ', ἥκεις ἆρα νῷν σωτὴρ βλάβης;
ΘΕ. Μάλιστα. καὶ πρός γ' εὐτυχεῖς τὰ νῦν τάδε.

Fam. Quare jaces et habes obnuptam faciem?
Iol. Venit cura quædam domestica, qua angebar.
Fam. Attolle nunc teipsum, erige caput.
Iol. Senes sumus, nec ullis viribus valemus.
Fam. Venio tamen gaudium tibi magnum afferens.
Iol. Quisnam es tu? ubi tecum versatus *nunc* non recordor?
Fam. *Sum* famulus Hylli: non nôsti me videns?
Iol. O charissime, venis igitur servator ærumnæ nostræ?
Fam. Maxime: præterea vero bonis rebus *nunc* uteris.

634. *ἦλθεν —— συνεσχόμην.* 635. *Ἔπαιρε νῦν* 638. *συντυχὼν* 639. *γινώσκεις*
640. *σωτὴρ νῷν βλάβης;*

dit noster Med. 1008. *Τί δὴ κατηφεῖς ὄμμα, καὶ δακρυῤῥοεῖς;* Κατηφὴς, *tristis.* *Elmsl.*

κατηφὲς] Legendum *κατῆρες*, *velatum, obnuptum.* Sic Suppl. 121. *τὸν κατῆρη χλανιδίοις.* Hesychius: Κατήρη, *τὸν* (vulgo *κατήρυτον*) *κεκαλυμμένον.* Intelligitur autem solennis illa in luctu et mœrore capitis obnuptio, de qua vide Dorvill. in Chariton. p. 274. Iolao caput revera pallio involutum fuisse, ostendit v. 604. *Musg.*

634. *Ξυνειχόμην* P. E. Aoristum *ἐσχόμην* nunquam passiva significatione usurpare videntur Attici. Recte *κατείχετο* pro *κατέσχετο* apud nostrum Hippol. 27. reposuit Monkius. Passim permutantur *εἰχόμην* et *ἐσχόμην*, *εἰπόμην* et *ἑσπόμην.* In Hippol. 1302. fluctuant libri inter *ἐφείπετο* et *ἐφέσπετο.* Apud Soph. Trach. 1076. solœce omnes edd. Ἀλλ' *ἀστένακτος αἰὲν ἑσπόμην κακοῖς.* Recte *εἱπόμην* Schol. ad Aj. 318. monente Brunckio. Apud eundem Œd. C. 1674. neque *ἔχομεν* cum Aldo, neque *εἴχομεν* cum Turnebo et Brunckio, sed *ἔσχομεν* legendum arbitror. Aoristum passivum *ἐσχέθην* in genuinis tragicorum scriptis vel non reperi, vel repertum enotare neglexi. Bis occurrit in Commeliniano Danaës fragmento, quod spurium esse alibi monui. V. 6. *Οὗτος δ' ἔρωτι παιδὸς ἄρσενος σχεθείς.* V. 27. *Φίλτροις ἀφύκτοις Ζεὺς κατασχεθεὶς πατήρ.* In eodem fragmento, v. 44. legitur passivum *τεχθὲν* tragicis prorsus ignotum. *Elmsl.*

639. *πενέστης.*] De Thessalorum Penestis loquitur Theocritus. Citat Athenæus ex Euripidis Phryxo, *Λάτρις πενέστης ἀμὸς ἀρχαίων δόμων.* *Elmsl.*

πενέστης.] Thessali, secundum Athenæum, p. 264. *πενέστας* vocabant, *τοὺς μὴ γόνῳ δούλους, διὰ πόλεμον δὲ ἡλωκότας.* Aliter Archemachus ibidem citatus. Secundum eum *πενέστης* is fuerit, qui, pacto cum victore inito, pro agri sui usufructu certum vectigal pendit. Confer Theocrit. Idyll. XVI. v. 35. et interpretes Hesychii in voce. *Musg.*

Ὕλλου πενέστης.] Servi Thessalorum, proprie mancipia, *Penestæ* dicti sunt.

ΙΟ. Ὦ μῆτερ ἐσθλοῦ παιδὸς, Ἀλκμήνην λέγω,
Ἔξελθ', ἄκουσον τοῦδε φιλτάτους λόγους.
Πάλαι γὰρ ὠδίνουσα τῶν ἀφιγμένων,
Ψυχὴν ἐτήκου, νόστος εἰ γενήσεται.

ΑΛΚΜΗΝΗ.

Τί χρῆμ' ἀϋτῆς πᾶν τόδ' ἐπλήσθη στέγος;

Iol. O Mater fortis filii, Alcmenam dico,
Egredere, audi jucundissimos hos sermones:
Jampridem enim graviter-dolens eorum qui nunc advenerunt,
Animo tabescebas, an reditus *huc* esset futurus.

ALCMENA.

Quam *ob* rem totum hoc tectum repletum est *clamore?*

643. ἄκουσον τούσδε 646. τί χρῆμ' ἀϋτεῖς; πᾶν τόδ' ἐπλήσθη στέγος.

Consule Athenæum Deipnosoph. Lib. VI fol. 264. ubi non Servos natos, sed bello, aut compositione, factos, et μενέστας prius dictos probat. Poëtæ autem vocabulum hoc pro Famulo usurpant, ut Euripides in Phryxo, ut ibidem citatur: Λάτρις πενέστης ἀμὸς ἀρχαίων δόμων. Et Theocrit. Idyll. XVI. v. 35. Ἁρμαλιὰν ἔμμηνον ἐμετρήσαντο πενέσται. *Brodæus.*

640. Σωτὴρ νῷν edd. omnes præter Aldinam et Hervagianam primam. Σωτὴρ νῷν metro non repugnat. Sed νων encliticum non agnoscunt grammatici. Νῷν σωτὴρ Porsonus Præfat. ad Hec. p. xxxiv. *Elmsl.*

641. Noster Iph. A. 537. Ὡς ἠπόρημαι πρὸς θεῶν τὰ νῦν τάδε. Herc. 245. οὐχ ὁ κατθανὼν Κρατεῖ χθονὸς τῆσδ', ἀλλ' ἐγὼ τὰ νῦν τάδε. *Elmsl.*

643. Τοῦδε P. E. Noster Iph. T. 240. Ἄκουε καινῶν ἐξ ἐμοῦ κηρυγμάτων. Soph. Œd. T. 952. Ἄκουε τἀνδρὸς τοῦδε, καὶ σκόπει κλύων. Τὰ σέμν' ἵν' ἥκει τοῦ θεοῦ μαντεύματα. *Elmsl.*

644. Ordo est, Πάλαι γὰρ ὠδίνουσα ψυχὴν ἐτήκου, εἰ νόστος τῶν ἀφιγμένων γενήσεται. Vel, quod magis placet, Πάλαι γὰρ ὠδίνουσα [περὶ] τῶν ἀφιγμένων, ψυχὴν ἐτήκου, εἰ νόστος [αὐτῶν] γενήσεται. Inepte Portus, *Jampridem enim graviter dolens* propter *illos, qui* hinc *abierunt, animo tabescebas,* dubitans *an reditus* huc ipsis *esset futurus.* Quasi vero in Atticam redire potuerint Hyllus et fratres ejus, qui nunquam antea in eam pedem tulissent. Νόστος *adventum* significat, ut sexcenties apud tragicos, ἀφικνεῖσθαι *advenire,* ut semper apud omnes Græcos scriptores. In eundem fere cum Porto errorem incidit Theocritus nostras, Ambrosius Philips, qui verba αἶψα δ' ἐξίκοντο in Sapphus hymno ad Venerem ita Anglice reddit (*Spectator,* N. 223.) *The birds dismist (while you remain) Bore back their empty car again.* Quam interpretationem vero verborum sensui prorsus contrariam, ita post Annam Fabri commendat Addisonus: *Madame Dacier observes, there is something very pretty in that circumstance of this ode, wherein Venus is described as sending away her chariot upon her arrival at Sappho's lodgings, to denote that it was not a short transient visit which she intended to make her. Elmsl.*

τῶν ἀφιγμένων,] Heath. supplet ἕνεκα, *eorum causa, qui ex reditu adsunt.*

Beck.

646. Veram hujus versiculi scripturam a Piersono propositam Verisim. p. 181. exhibent etiam F. G. Notam interrogationis vel post τί χρῆμα vel in fine versus collocari posse monet Reiskius, qui citat Cycl. 99. Τί χρῆμα; Βρομίου πόλιν ἔοιγμεν εἰσβαλεῖν. Idem significat τί χρέος supra v. 96. Nostro loco melior videtur altera interpungendi ratio, quam adhibuerunt Piersonus et in versione Latina Musgravius. *Elmsl.*

Ἰόλαε, μῶν τίς σ' αὖ βιάζεται παρὼν
Κῆρυξ ἀπ' Ἄργους; ἀσθενὴς μὲν ἥ γ' ἐμὴ
Ῥώμη. τοσόνδε δ' εἰδέναι σε χρῆν, ξένε.
Οὐκ ἔστ' ἄγειν σε τούσδ', ἐμοῦ ζώσης ποτέ.
Ἦ τἄρ' ἐκείνου μὴ νομιζοίμην ἐγὼ
Μήτηρ ἔτ'. εἰ δὲ τῶνδε προσθίξει χερὶ,
Δυοῖν γερόντοιν οὐ καλῶς ἀγωνιεῖ.

Iolaë, num aliquis iterum te invadit præsens hic
Præco ab Argis? infirmum quidem *est* hoc meum
Robur. Hoc tamen oportet te scire, O hospes,
Non licet tibi istos abducere, me vivente, unquam.
Profecto illius Herculis ne existimer ego
Mater posthac: si vero attigeris hos manu,
Non decore certabis cum duobus senibus.

647. μῶν τις σ' 649. τὸ σὸν δ' εἰδέναι σ' ἐχρῆν 651. Ἦτ' ἄρ' ἐκείνου 652. προσθίξεις 653. ἀγωνιῇ.

ἀΰτῆς πᾶν τόδ' ἐπλήσθη στέγος;] Ita MSS. E. G. ut eleganter restituit Piersonus. Ed. Ald. τί χρῆμ' ἀΰτεῖς; πᾶν. *Musg.*

Reisk. probat emendationem Piers. monet etiam, distingui posse: τί χρῆμ'; *quid est?* quid agitur? *Beck.*

649. Τόσον δ' εἰδέναι edd. recentiores ante Barnesium ex emendatione H. Stephani, quem rei metricæ non valde peritum fuisse inter eruditos satis constat.

Χρῆν P. E. Tametsi non desunt versus, in quibus ex necessitate legatur ἐχρῆν, hoc præteritum libentius sine augmento usurpasse Atticos existimo. Aristoph. Plut. 586. Κοτίνου στεφάνῳ; καίτοι χρυσῷ μᾶλλον ἐχρῆν, εἴπερ ἐπλούτει. Longe numerosior erit versus, si leges, μᾶλλον χρῆν. In utroque enim metri anapæstici genere plerumque, non autem semper, caverunt comici, ne tertiæ dactyli syllabæ subjiceretur ultima vocabuli syllaba, aut monosyllaba vox quæ in initio versus stare non posset. Præter versum modo emendatum, quater hanc regulam violavit Aristophanes in Pluto secundum ed. Brunckianam. V. 499. Οὔτις. ἐγώ σοι τούτου μάρτυς. μηδὲν ταύτην γ' ἀνερώτα. Tacet de scriptura hujus versus Brunckius, in quo codd. plerique, ni fallor, οὐδεὶς pro οὔτις exhibent. Veram scripturam indicavit Hemsterhusius, Οὐδεὶς ἄν. ἐγὼ τούτου μάρτυς. V. 511. Οὔτε τέχνην ἂν τῶν ἀνθρώπων, οὔτ' ἂν σοφίαν μελετῴη. V. 588. Φειδόμενος γὰρ καὶ βουλόμενος τούτου μηδὲν δαπανᾶσθαι. Malim, Εἰ φειδόμενος καὶ βουλόμενος. V. 613. Νὴ Δί', ἔγωγ' οὖν ἐθέλω πλουτῶν. De quo versu plura dicam alias. *Elmsl.*

τοσόνδε δ' εἰδέναι] Ita MSS. E. G. Ed. Ald. τοσόνδ' εἰδέναι. *Musg.*

Ῥώμη· τόσον δέ γ' εἰδέναι σ' ἐχρῆν, ξένε.] Cum prius laborabat hic versus ob syllabæ defectum (scriptum enim erat τόσον δ' εἰδέναι), miror, Henric. Stephanum nihil opis attulisse, τόσον tantum, quod disjunctim prius legebatur, univit, hæc dicens: Ex τὸ σὸν *faciendum est* τόσον. *Sic sæpe et in soluta oratione* τοσοῦτον *usurpatur.* Nihil aliud ille. At Canterus hic maluit τοσοῦτον legi, Scaliger οὖν, vel ἄρ', inter τόσον δ' et εἰδέναι interserendum curavit, at nos literæ unius auxilio lacunam implevimus. *Barnes.*

651. Unus est hic de septem versibus apud Euripidem, qui a particulis ἦ τᾶρα pro ἤτοι ἄρα per crasin adhibitis incipiant. Vide Hippol. 482. 1032. Alc. 658. 748. Iph. A. 1189. Fragm. Incert. 3. Consulendus omnino Valckenarius ad Hippol. 482. Diatrib. p. 188. His adde Æsch. Theb. 676. Ἦ δῆτ' αν εἴη πανδίκως ψευδώνυμος Δίκη, ξυνοῦσα φωτὶ παντόλμῳ φρένας. Soph. Ant. 484. Ἦ νῦν ἐγὼ μὲν οὐκ ἀνὴρ, αὕτη δ' ἀνὴρ, Εἰ ταῦτ' ἀνατὶ τῇδε κείσεται κράτη. Utrobique scribendum videtur, Ἦ τἄρ'. Thucydides V. 100. Ἦ που ἄρα (l. ἦ τᾶρα), εἰ τοσαύτην γε ὑμεῖς τε μὴ παυσθῆναι ἀρχῆς, καὶ οἱ δουλεύοντες ἤδη

ΙΟ. Θάρσει, γεραιὰ, μὴ τρέσῃς. οὐκ Ἀργόθεν
Κῆρυξ ἀφῖκται, πολεμίους λόγους ἔχων.
ΑΛ. Τί γὰρ βοὴν ἔστησας, ἄγγελον φόβου;
ΙΟ. Σὲ πρόσθε ναοῦ τοῦδ' ὅπως βαίης πέλας.
ΑΛ. Οὐκ ἴσμεν ἡμεῖς ταῦτα. τίς γάρ ἐσθ' ὅδε;
ΙΟ. Ἥκοντα παῖδα παιδὸς ἀγγέλλει σέθεν.
ΑΛ. Ὦ χαῖρε καὶ σὺ τοῖσδε τοῖς ἀγγέλμασιν.
Ἀτὰρ τί χώρᾳ τῇδε προσβαλὼν πόδα,

Iol. Confide, anus, ne metuas; non *enim* Argis
Præco venit afferens nuncium hostilem?
Alc. Cur igitur excitâsti clamorem, nuncium timoris?
Iol. Ut tu ante templum prope hunc venires.
Alc. Ob nihil magnum hunc clamorem edidisti; quis enim est hic?
Iol. Nunciat venire filium filii tui.
Alc. O salve et tu propter ista nuncia.
At quid huic regioni pedem applicans?

654. μητρέσῃς. 656. ἔστησας 661. πόδα;

ἀπαλλαγῆναι, τὴν παρακινδύνευσιν ποιοῦνται. ἡμῖν γε τοῖς ἔτι ἐλευθέροις πολλὴ κακότης καὶ δειλία, μὴ πᾶν πρὸ τοῦ δουλεῦσαι ἐπεξελθεῖν. *Elmsl.*

652. Μῆτερ ἔτ'.] Supplendum, εἰ ἄξεις τούσδε. Male verba εἴ γε τῶνδε προσθίξεις χερὶ, sic enim legit, ad superiora refert Valckenarius ad Hippol. 482.

προσθίξει P. E. Noster Hippol. 1089. Κλάων τις αὐτῶν ἆρ' ἐμοῦ γε θίξεται. *Elmsl.*

654. μὴ τρέσῃς.] Primus edidit Hervagius ed. secunda. *Elmsl.*

656. Τί γὰρ βοὴν ἔστησας] Vide P. Leopardum Emendat. VII. 22. *Elmsl.*

Τί γὰρ βοὴν ἔστησας ἄγγελον φόβου;] Βοὴν ἄγγελον φόβου καλεῖ, ἤγουν πρόδρομον, τεκμήριον, φόβου ἀποδεικτικόν. Et nos etiam in Esthera nostra, quod opus Αὐλικοκάτοπτρον diximus, v. 1199. Ὄμμασι ζαφλεγέεσσι βαλὼν σέλας, ἄγγελον Ὀργῆς. Ad quem locum et hunc Euripidis expendo. *Barnes.*

657. Legendum σὺ, nisi καλῶν suppleas. Brodæus. Σὺ minus recte edd. recentiores. Noster Hel. 546. Σὲ τὴν ὄρεγμα δεινὸν ἡμιλλημένην Τύμβου 'πὶ κρηπῖδ' ἐμπύρους τ' ὀρθοστάτας, Μεῖνον, τί φεύγεις; Soph. Ant. 441. Σὲ δὴ, σὲ τὴν νεύουσαν εἰς πέδον κάρα, Φὴς, ἢ καταρνεῖ μὴ δεδρακέναι τάδε; Idem σὲ pro σοὶ habet Trach. 65. Σὲ, πατρὸς οὕτω δαρὸν ἐξενωμένου, Τὸ μὴ πυθέσθαι ποὔστιν, αἰσχύνην φέρει. Malim ναοῦ τοῦδ', ut supra v. 42. *Elmsl.*

τοῦδ'.] Cum πέλας construendum. πέλας τοῦδε, *prope hunc virum.* *Musg.*

In vet. ed. est Σὲ πρόσθε ναοῦ, unde efficio ἐς πρόσθε ναοῦ, *in id, quod coram templo est, ut procederes*, h. e. ut ante templum prodires. *Reisk.*

658. Οὐκ ἴσμεν ἡμεῖς ταῦτα.] *Nescio quid dicas. Elmsl.*

Οὐκ ἴσμεν ἡμεῖς ταῦτα.] Locus haud dubie corruptus. Legendum forte: οὐκ ἐς μέγ' ἤχεις ταῦτα. *ob nihil magnum clamorem hunc edidisti.* Nisi magis placuerit, contrario fere sensu: Οὐκ ἐς κεν' (i. e. κενὰ), *Non ob rem inanem et nihili. Musg.*

661. s. Ἀτὰρ τί; χώρᾳ τῇδε προσβαλὼν πόδα, Ποῦ νῦν ἄπεστι;] Ita post Reiskium interpungit Musgravius. Optime, modo Græcum sit ἀτὰρ τί ita adhibitum. Cujus locutionis exempla apud tragicos frustra quæsivi. Unum, quod erat in Hec. 671. aliter interpungendo sustulit Porsonus. Non absurda esset lectio, vel τὰ νῦν ἄπεστι, vel παῖς νῦν ἄπεστι. Sed, ut verum fatear, suspicor vulgatam scripturam recte

† Ποῦ νῦν ἄπεστι; τίς νιν εἶργε συμφορὰ
Ξὺν σοὶ φανέντα δεῦρ' ἐμὴν τέρψαι φρένα;
ΘΕ. Στρατὸν καθίζει, τάσσεταί θ' ὃν ἦλθ' ἔχων.
ΑΛ. Τοῦδ' οὐκ ἔθ' ἡμῖν τοῦ λόγου μέτεστι δή.
ΙΟ. Μέτεστιν. ἡμῶν δ' ἔργον ἱστορεῖν τάδε.
ΘΕ. Τί δῆτα βούλει τῶν πεπραγμένων μαθεῖν;
ΙΟ. Πόσον τι πλῆθος ξυμμάχων πάρεστ' ἔχων;
ΘΕ. Πολλούς. ἀριθμὸν δ' ἄλλον οὐκ ἔχω φράσαι

Ubi nunc est? quæ res eum detinet,
Quo minus tecum apparens meum oblectet animum?
Fam. Collocat exercitum et ordinat, cum quo venit.
Alc. Non amplius mihi hujus sermonis scientia congruit.
Iol. Congruit, sed nostrum opus *est* interrogare hæc.
Fam. Quid igitur vis cognoscere ex illis quæ gesta sunt?
Iol. Quantas adducit copias sociorum?
Fam. Multas; non possum enim alium numerum dicere.

662. F. παῖς νῦν ἄπεστι; 663. Σὺν σοὶ——τέρψας 665. μέτεστι δή; 668. συμμάχων πάρεστ' ἔχων. 669. F. ἀριθμὸν δ' αὐτὸν

se habere, modo deleatur prior interrogationis nota, quam delevi. Duplex enim particula interrogativa orationem ἀνακόλουθον reddit. Quam studiose autem locutiones ἀνακολούθους adhibuerint tragici, nihil attinet dicere. Duplicem particulam interrogativam habet noster, Hel. 873. Ἑλένη, τί τἀμὰ, πῶς ἔχει, θεσπίσματα; Ita distinguit Musgravius. Nostro loco hodie mihi verum videtur, quod olim conjeci, Παῖς νῦν ἄπεστι. Noster Iph. A. 1360. ΑΧ. Ἀλλ' ὀνήσομεν σέ. ΚΛ. Παῖς ἄρ' οὐκέτι σφαγήσεται. Vide meam annotationem ad v. 713. et Piersonum ad Mœridis glossam, Ἀνέστησαν πᾶς ὁ δῆμος, p. 3. ubi olim legebatur ποῦ. *Elmsl.*

661. Heath. distinctionem post πόδα tolli vult. *Beck.*

661. ss. ἀτὰρ τί χώρᾳ τῆδε προσβαλὼν πόδα;
ποῦ νῦν ἄπεστι; τίς νιν εἶργε συμφορὰ,
σύν σοι φανέντα δεῦρ' ἐμὴν τέρψαι φρένα.

Ut hæc vulgo scribuntur et distinguuntur, mire hiulca sunt. Legerim deleta in primi versus fine interrogandi nota:

ἀτὰρ τί χώρᾳ τῆδε προσβαλὼν πόδα
ταννῦν ἄπεστι;

Versum, qui post laudatos, uno interjecto legitur:

τοῦδ' οὐκ ἔθ' ἡμῖν τοῦ λόγου μέτεστι δή.

Musgravius, particulam δὴ huic sedi non convenire existimans, temere sollicitavit, lectione proposita minime Euripidea — τοῦ λόγου μέτεστ' ἐμή. Sed plurimi sunt in Euripidis versibus senarii, qui vocula δὴ terminantur. Quod cum me quoque olim fugeret, in fragmento ex Danaë ap. Stobæum in Ecl. Phys. T. X. αἰθέρα ᾧ τάδ' ἐστὶ δή. temere tentabam. *Jacobs.*

663. τέρψαι primus edidit Hervagius ed. secunda. Sic etiam legendum monet Brodæus. Similis varietas supra v. 437. et in Suppl. 536. Hel. 401. *Elmsl.*

τέρψαι] Brodæi emendatio est. Ed. Ald. τέρψας. *Musg.*

665. Non convenit huic loco particula δή. Lego, μέτεστι 'μή. Musgravius. Nunquam vidi infeliciorem conjecturam. Hæc quasi in ædem reditura ait Alcmena. Verte, *Nihil est amplius in hoc colloquio quod ad me pertineat.* Notam interrogationis primus delevit Musgravius. *Elmsl.*

μέτεστι δή;] Non convenit huic loco

ΙΟ. Ἴσασιν, οἶμαι, ταῦτ' Ἀθηναίων πρόμοι.
ΘΕ. Ἴσασι. καὶ δὴ λαιὸν ἕστηκεν κέρας.
ΙΟ. Ἤδη γὰρ ὡς εἰς ἔργον ὥπλισται στρατός;
ΘΕ. Καὶ δὴ παρῆκται σφάγια τάξεων ἑκάς.
ΙΟ. Πόσον τί δ' ἔστ' ἄπωθεν Ἀργεῖον δόρυ;
ΘΕ. Ὥστ' ἐξορᾶσθαι τὸν στρατηγὸν ἐμφανῶς.

Iol. Sciunt, ut arbitror, hoc duces Atheniensium.
Fam. Sciunt, et jam sinistrum cornu occupat.
Iol. Jam enim ordinatus est exercitus tanquam ad pugnam?
Fam. Quinetiam jam victimæ procul ab ordinibus sunt abductæ.
Iol. Quam vero procul abest Argivus exercitus?
Fam. Ut videri possit dux perspicue.

672. ἐς ἔργον ὥπλισται στρατός. 673. τὰ σφάγια τάξων ἑκάς.
674. πόσον, τίδ' ἐστ'

particula δή. Lego: μέτεστι 'δμή. Hesychius: ἰδμὴν, φρόνησιν. Sensus est: *hujus sermonis intelligentia non amplius mihi competit.* De Prosodia, vid. Rhes. v. 884. De constructione audiendus Thomas Magister v. Μέλει. ὥσπερ μέλει μοι τοῦδε καὶ μέλει μοι τόδε φαμὲν, οὕτω καὶ μέτεστί μοι τοῦδε, καὶ μέτεστί μοι τόδε. *Musg.*

668. Æsch. Pers. 334. Πόσον τι πλῆθος ἦν νεῶν Ἑλληνίδων; *Elmsl.*

669. Legendum, ἀριθμὸν δ' αὐτόν. Sed et ἄλλον commodum sensum patitur. *Non possum alium numerum indicare, quam hunc indeterminatum, multos esse.* Reiskius. Si sententiæ necessarium esset αὐτὸν, ad Reiskii emendationem confirmandam allegari posset Soph. Œd. C. 1266. ubi τοῦτο pro τἄλλα ex ingenio dedit Brunckius, rectius facturus si ταῦτα dedisset. In Medeæ v. 298. quem ad v. 152. hujus fabulæ attuli, αὐτῆς pro ἄλλης legi posse monet Porsonus. Ceterum nostri loci sententiam magnifice ornatam habet incertus, Rhes. 305. Στρατοῦ δὲ πλῆθος οὐδ' ἂν ἐν ψήφου λόγῳ Θέσθαι δυναίμην, ὡς ἄπλατον ἦν ἰδεῖν. *Elmsl.*

671. λαιὸν ἕστηκεν κέρας.] Nam videntur Athenienses in dextro fuisse. Brodæus. Subauditur autem κατὰ, ut in Suppl. 667. Καὶ τοὺς ξὺν αὐτῷ, δεξιὸν τεταγμένους Κέρας, παλαιοὺς Κεκροπίας οἰκήτορας. Thucydides, V. 67. Δεξιὸν μὲν κέρας Μαντινῆς εἶχον, ὅτι ἐν τῇ ἐκείνων τὸ ἔργον ἐγίγνετο. *Elmsl.*

673. Τὰ σφάγια etiam E. G. Articulum omittunt edd. recentiores. Τάξεων primus edidit Hervagius ed. secunda. Consentire videtur E. Alteri enim cod. τάξων diserte tribuit Musgravius. *Elmsl.*

Ed. Ald. et MSS. τὰ σφάγια. Sed τὰ recte omittunt editi.

τάξεων.] Ed. Ald. et MS. G. τάξων. *Musg.*

674. Πόσον τί] Pro simplici πόσον. Ut ὅσον τι, *immane quantum;* quare Æmil. Porti conjectura τί pro τι inanis est. *Barnes.*

677. Mœris, p. 182. Ἤκασα, Ἀττικῶς. εἴκασα, Ἑλληνικῶς. Ubi consulendi Piersonus et scriptores ab eo laudati, præcipue Valckenarius ad Phœn. 165. *Elmsl.*

Ἠκάζομεν] Ita MS. G. Vulgo εἰκάζομεν. *Musg.*

678. s. Hos versus famulo recte continuant S Barnesius et Musgravius. Quod etiam facere voluit Canterus, qui Iolai personam, quæ ad v. 678. delenda erat, oscitanter ad v. 680. delevit. *Elmsl.*

Ἀλλ' εἶμ'] Huic versui Ed. Ald. Iolai personam præfigit, sequenti autem Famuli. Recte utrumque omiserunt MSS. Steph. *Musg.*

Ἀλλ' εἶμ'· ἐρήμους δεσπότας, &c.] Hos versus Famulo continuandos pronuntio; hic enim, quando jam fidem exsolvisset omnem, Hylli adventum nunciando, dicit, se redire ad Dominum oportere: nec enim debere illum sui servitii expertem ad pugnam procedentem deserere. Ad quæ verba Iolaus repente animo motus

ΙΟ. Τί δρῶντα; μῶν τάσσοντα πολεμίων στίχας;
ΘΕ. Ἠικάζομεν ταῦτ'. οὐ γὰρ ἐξηκούομεν.
Ἀλλ' εἶμ'. ἐρήμους δεσπότας, τοὐμὸν μέρος,
Οὐκ ἂν θέλοιμι πολεμίοισι συμβαλεῖν.
ΙΟ. Κἄγωγε σὺν σοί. ταυτὰ γὰρ φροντίζομεν,
Φίλοις παρόντες, ὡς ἔοιγμεν, ὠφελεῖν.

Iol. Quid faciens? an instruens aciem?
Fam. Conjectamus ista: non enim audivimus.
Ibo autem: dominos, quod ad me attinet, desertos
Nolim cum hostibus pugnam conserere.
Iol. Ego quoque tecum: eadem enim cogitamus,
Amicis præsentes prodesse, quantum valemus.

677. Εἰκάζομεν ταῦτ'. 678. Iolai personam præfigit Aldus. 679. Famuli personam præfigit Aldus. 680. ταῦτα γὰρ

exclamat: Κἄγωγε σύν σοι. Henr. Stephanus (ne Scaligerum quoque dicam) hanc sententiam confirmat. Ἀλλ' εἶμ'] In Vet. Cod. hic versus et sequens continuantur sub persona τῆς Θεραπαίνης. Ita ille, titulo nimirum deceptus, in quo θεράπαινα pro θεράπων scribitur; dicit enim hæc persona, se esse famulum Hylli, et ad pugnam illi ministrare debere, et πενέστην vocari, ut supra v. 639. Quare corrigendus est H. Stephan. Titulo autem vereor ut serius consulam, quia is locus typis exsolutus erat, quando haud ita longe in hac fabula processissem. Probe autem scio, me huic actui ΘΕΡΑΠΩΝ præscripsisse. Quare clemens lector dabit, uti spero, veniam reum fatenti. *Barnes.*

680. Ταὐτὰ tacite Barnesius. Eadem Portus. *Elmsl.*

Κἄγωγε σὺν σοί.] Ex hoc ipso loco veritas superioris nostræ sententiæ stabilitur, quam supra ad v. 678. notavimus. *Barnes.*

In hac scena Iolaus, equo Sophocleo similis, postquam pugnam inter Argivos et Athenienses commissum iri accepit, pristinæ virtutis scintillas in pectore excitari sentiens, senectutis infirmitatisque oblitus, ipse in prœlium properare statuit. In iis autem versibus, qui hujus consilii significationem habent, mendum hærere videtur, quo Euripidem liberare conabimur. Legitur enim hoc versu

Κἄγωγε σὺν σοί· ταὐτὰ γὰρ φροντίζομεν,
φίλοις παρόντες, ὡς ἔοιγμεν, ὠφελεῖν.

Mihi scripsisse videtur Euripides:

φίλοις παρόντες, ὡς σθένω μὲν, ὠφελεῖν.

Nam ego quoque amicis nostris pro virili opem ferre conabor. Noster in Electra, v. 71. δεῖ δή με κἀκέλευστον, εἰς ὅσον σθένω Μόχθου 'πικουφίζουσαν, ὡς ῥᾷον φέρῃς. Quo audito Hylli famulus id fieri posse negat, his verbis

ἥκιστα πρὸς σοῦ μῶρον ἦν εἰπεῖν ἔπος.

sic enim legendum est, distinctione post ἥκιστα sublata. *Non decebat Iolaum, tam gravem virum, stulte et inconsiderate loqui.* Hic verus sensus est, quem Canterus aperuit Nov. Lect. VII. 29. Πρὸς σοῦ ἐστι. *Tuum est. tibi convenit.* Hanc præpositionis significationem præter alios docuit L. Bos. in Animadverss. p. 74. Iolaus famuli verbis minime deterritus, hæc respondet, ut quidem vulgo legitur:

καὶ μὴ μετασχεῖν γ' ἀλκίμου μάχης φίλοις.

Quæ quem sensum habeant, haud facile dixeris; ineptam enim Barnesii explicationem non moror. Canterus, cum sibi persuaderet, continuari hoc versu orationem, v. 680. institutam, καὶ συμμετασχεῖν legendum putabat. Mirarer tamen, si Iolaus famuli verba ita negligeret, ut ea vel non audisse, vel contemtu habuisse videretur. Hanc saltem ob causam magis

ΘΕ. Ἥκιστα πρὸς σοῦ μῶρον ἦν εἰπεῖν ἔπος.
ΙΟ. Καὶ μὴ μετασχεῖν γ' ἀλκίμου μάχης φίλοις.
ΘΕ. Οὐκ ἔστ' ἐν ὄψει τραῦμα, μὴ δρώσης χερός.
ΙΟ. Τί δ'; οὐ θένοιμι κἂν ἐγὼ δι' ἀσπίδος;

Fam. Minime te decebat stultum verbum dicere.
Iol. Quin et acris pugnæ cum amicis participem esse.
Fam. Non est tibi, O amice, robur quod olim fuit.
Iol. Quid: annon possem et ego per clypeum ferire.

683. φίλοις; 685. Τί δ' οὐ σθένοιμι

probarem conjecturam Musgravii, scribentis: μὴ καὶ μετασχεῖν. *num stultum quoque foret, si pugnæ cum amicis particeps fierem?* Sed hoc nescio quomodo argutius est, quam ut in veteris tragœdiæ simplicitatem cadat. Fortasse, interrogandi signo, quod in versus fine ponitur, sublato, legi debet:

καλὸν μετασχεῖν γ' ἀλκίμου μάχης φίλοις.

Pulcrum tamen et honestum est, pugnæ periculum simul cum amicis nostris subire. Hoc certe ab Euripidis dicendi ratione haud alienum est. In hac ipsa Tragœdia, v. 110. καλὸν δέ γ' ἔξω πραγμάτων ἔχειν πόδα. in fr. Danaës X. καλὸν δὲ πόντου χεῦμ' ἰδεῖν εὐήνεμον. Minori etiam mutatione scripseris:

κἀμοὶ μετασχεῖν ἀλκίμου μάχης φίλον.

Jacobs.

681. Ὡς ἔοιγμεν notat *pro posse nostro, et ut nos decet.* Reiskius. Ὡς ἔοικε Barnesius in margine, *ut convenit* in interpretatione. Qua significatione ὡς εἰκός ἐστι, ni fallor, vel aliquid ejusmodi dixisset Euripides. Homericum enim ἔοικε, *decet, convenit*, ab Attico sermone alienum est. Rectius igitur interpretatur Portus, *ut videmur.* Similia sunt ὡς ἔοικας, Med. 358. Iph. T. 592. Hel. 793. ὡς εἴξασι, Iph. A. 848. Hel. 497. Vix dignæ sunt quæ memorentur conjecturæ, Heathii ὡς εἴωθμεν, Musgravii ὡς ἔχοιμεν, *quantum valemus. Elmsl.*

ἔοιγμεν,] Barnesius in margine ἔοικεν. Malim ἔχοιμεν, i. e. δυναίμεθα. *Musg.*

ἔοιγμεν] Φαινόμεθα. *Scholiast.*

682. Hunc versum alii aliter distinguunt et interpretantur. Post σοῦ plene distinguunt plerique, post ἥκιστα minus plene Barnesius. Sed rectissime Canterus Nov. Lect. VII. 29. ita interpretatur, omni distinctione sublata, *Minime decebat stulta te verba eloqui.* Quam interpretationem adoptat Musgravius in versione Latina. Πρὸς σοῦ ἦν, *te decebat.* Noster Herc. 584. Πρὸς σοῦ μὲν, ὦ παῖ, τοῖς φίλοις τ' εἶναι φίλον Τά τ' ἐχθρὰ μισεῖν. *Elmsl.*

Ἥκιστα] *Minime tu quidem mecum iveris.* Supplendum enim ex præcedentibus: ἴοις ἂν σὺν ἐμοί. Canterus, distinctione deleta, interpretatur: *Minime decebat stulta te verba eloqui,* Nov. Lect. Lib. VII. c. 29. [Sic et Reisk.]

πρὸς σοῦ μῶρον ἦν εἰπεῖν ἔπος.] *Stultum erat verbum a te dici. Musg.*

Ἥκιστα· πρὸς σοῦ μῶρον ἦν εἰπεῖν ἔπος.] Punctum ego post ἥκιστα pono. εἰπεῖν ἔπος autem non hic proverbialiter, id enim semper ὡς adjunctum habet, sed ad μῶρον refertur, ut sit: Ἥκιστα σοὶ φροντιστέον περὶ τοῦ τοῖς φίλοις ὠφελεῖν· Καὶ τὸ ἔπος ἦν μῶρον εἰπεῖν πρὸς σοῦ. Vel etiam, ut Cantero placet, omnino sine ullo puncto legendum: *Minime decebat stulta te verba eloqui.* Quem videsis Novar. Lection. Lib. VII. c. 29. Non autem illi usquequaque assentior, ubi versu sequenti legit: Καὶ συμμετασχεῖν, multo autem magis, ubi proximo δρώσης legendum recte monet pro τρώσης: ita enim scriptum erat in Aldina editione. De quibus vide infra. *Barnes.*

683. Frustra hæc verba sollicitant viri eruditi. Vulgata scriptura, modo deleatur nota interrogationis, sanissima est. Sensus est, Καὶ ἥκιστα πρὸς ἐμοῦ ἐστι μὴ μετασχεῖν ἀλκίμου μάχης φίλοις. Id quod verissime dicere poterat Iolaus. Noster Alc. 41. ΑΠ. Ξύνηθες ἀεὶ ταῦτα βαστάζειν ἐμοί. ΘΑ. Καὶ τοῖσδέ γ' οἴκοις ἐκδίκως προσωφελεῖν. Supple, ξύνηθές ἐστί σοι. Iph. A. 736. ΚΛ. Καλὸν τεκοῦσαν τἀμά γ' ἐκδοῦναι τέκνα. ΑΓ. Καὶ τάς γ' ἐν οἴκῳ μὴ

ΘΕ. Θένοις ἂν, ἀλλὰ πρόσθεν αὐτὸς ἂν πέσοις.
ΙΟ. Οὐδεὶς ἔμ' ἐχθρῶν προσβλέπων ἀνέξεται.
ΘΕ. Οὐκ ἔστιν, ὦ τᾶν, ἥ ποτ' ἦν ῥώμη σέθεν.
ΙΟ. Ἀλλ' οὖν μαχοῦμαί γ' ἀριθμὸν οὐκ ἐλάσσοσι.

Fam. Posses quidem: sed fortasse prius ipse caderes.
Iol. Nullus hostis audebit me aspicere.
Fam. Non est in aspectu vulnus nihil agente manu.
Iol. At pugnabo non imminuto *sociorum* numero.

686. σθένοις ἄν. 689. Ἀλλ' οὖν μαχοῦμ' ἀριθμὸν

μένας εἶναι κόρας. Καλόν ἐστι scilicet. Nostro loco ὡς μὴ in initio versus habet E. monente Marklando ad Iph. A. 173. Notam interrogationis recte omittunt Hervagiana secunda et tertia. *Elmsl.*

Καὶ μὴ μετασχεῖν γ'] Legendum, ni fallor, μὴ καὶ μετασχεῖν γ'. *Num et stultum quoque foret pugnæ cum amicis participem esse?* Placuit mihi olim vulgata hoc sensu: *stultum foret hoc dicere, et non postea pugnæ participem esse.* Canterus reponebat καὶ συμμετασχεῖν γ', hac, ni fallor, constructione: φροντίζομεν, ὠφελεῖν, καὶ συμμετασχεῖν γ'. Potuit melius: καὶ δὴ μετασχεῖν γ'. *Musg.*

Καὶ μὴ μετασχεῖν] Canterus hic συμμετασχεῖν legit, nulla necessitate coactus. Quum dixerit Famulus ἥκιστα, subdit Iolaus: Καὶ μὴ μετασχεῖν ἐᾷς με τοῖς φίλοις τῆς μάχης; Non modo autem συμμετέχω dativum personæ cum genitivo rei postulat, sed et μετέχω: dicimus enim μετέχω σοι πόνων. *Barnes.*

Reisk. emendat: κἂν μὴ μετάσχω γ' ἀλκίμου, *etiamsi non simul pugnem, manu arma non exerceam.*

Pro καὶ μὴ Cod. Reg. ὡς μὴ, teste Markl. ad Iphig. Aul. 173. *Beck.*

684. Hunc versum et 688. transponendos esse censet Musgravius.

Τρώσης omnes ante Portum præter Aldum. Τρώσῃς Portus et sequentes ante Barnesium, qui ex Aldina δρώσης reposuit, quod ex conjectura assecuti erant Canterus, Scaliger et Duportus. *Elmsl.*

Οὐκ ἔστ' ἐν ὄψει τραῦμα,] Magis hoc appositum esset, si aliquid de oculis præcessisset. Videndum igitur, annon versus sic transponendi sint:

— ἀλκίμου μάχης φίλοις.
ΘΕ. Οὐκ ἔστιν, ὦ 'τᾶν, ἥ ποτ' ἦν ῥώμη σέθεν.
ΙΟ. Τί δ' οὔ; θένοιμι κἂν ἐγὼ δι' ἀσπίδος.
ΘΕ. Θένοις ἂν, ἀλλὰ πρόσθεν αὐτὸς ἂν πέσοις.
ΙΟ. Οὐδεὶς ἔμ' ἐχθρῶν προσβλέπων ἀνέξεται.
ΘΕ. Οὐκ ἔστ' ἐν ὄψει τραῦμα —

Vere Piersonus Verisim. p. 191. θένοιμι et θένοις, MSS. tamen σθένοιμι et σθένοις retinentibus.

δρώσης χερὸς,] Solet sic δρᾷν absolute, i. e. nullo accusativo subjecto, adhiberi. Vide mox v. 691. et 731. Rhes. v. 105. Helen. v. 814. Fragmentum Bellerophontis apud Stobæum Tit. CXVI. *Musg.*

Οὐκ ἔστ' ἐν ὄψει τραῦμα, μὴ δρώσης χερὸς.] Ita lego non Canteri solius judicio, Duporti, Scaligerique; sed Aldinæ editionis. Sensum autem in versione expressum hunc cape: Οὐκ ἔστιν ἐν τῷ σε ὁρᾷν ἐχθροὺς μόνον, χειρὸς δὲ σῆς δι' ἀσθένειαν μηδὲν δρώσης, οὐκ ἔστιν οὐδὲν τραῦμα, ἤγουν οὐδὲν ἐχθροὺς κακοποιήσεις. *Barnes.*

Forte, οὐκ ἔστ' ἐνάψαι τραῦμα, *non est,* i. e. non licet, non possible est, *alicui infligere vulnus nil agente manu.* *Reisk.*

685. s. Vide v. 738. ab utroque (Piers. et Heath.) indicatum. Eandem locutionem usurpat noster Autolyco fr. 3. Πότερα μαχοῦνται πολεμίοισιν ἐν χεροῖν δίσκους ἔχοντες, ἢ δι' ἀσπίδων ποσὶ θείνοντες ἐκβαλοῦσι πολεμίους πάτρας; *Elmsl.*

Heath. eodem modo, quo Piers. legendum suasit. *Beck.*

689. Ἀλλ' οὖν μαχοῦμαί γ' P. E. Post particulas ἀλλ' οὖν uno alterove vocabulo interposito plerumque adhiberi γε monui ad Æsch. Prom. 1070. (*Edinburgh Review,* XVII. p. 242.) Excidit e vulgatis libris particula etiam in Ion. 1525. Ἀλλ' οὖν λεγόμεθά γ'. ἡ φάτις δ' οὔ μοι πικρά. Sensus nostri loci, qui tamen minime obscurus est, omnes interpretes fugit. Dicit Iolaus, deficientibus corporis viribus, animum tamen non deficere, neque se cum minori hostium numero pugnare pa-

ΘΕ. Σμικρὸν τὸ σὸν σήκωμα προστίθης φίλοις.
ΙΟ. Μή τοι μ' ἔρυκε δρᾶν παρεσκευασμένον.

Fam. Exiguum tuum pondus addis amicis.
Iol. Ne me detine paratum aliquid facere.

690. σκήνωμα προστίθεις. 691. Μή τι μ' ἔρυκε

ratum esse, quam olim in juventute. Eandem locutionem, οὐκ ἐλάσσοσι μαχούμεθα, usurpat Thucydides I. 143. *Elmsl.*

Ἀλλ' οὖν μαχοῦμ'] Lego: ἀλλ' ἐνμαχοῦμ'. *Sed numerum sociorum non minuam*, i. e. augebo. *Musg.*

Heath. vulgatum vertit: *Saltem pugnabo, amicis haud numero paucioribus existentibus*, i. e. me præsente, amicorum saltem numerus non minuetur. Reisk. intelligit ita: non detrecto pugnam, dummodo hostes nobis æquales sint.

Ἀλλ' οὖν, κ. τ. λ.] Hæc ita reddidit Prev.: "J'augmenterai du moins le nombre de nos défenseurs." Cæterum in digerendis his versibus idem Musgravium sequitur. *Beck.*

690. προτίθης G. suprascripto προτιθείς. Προστίθης Burgesius ad Tro. 484. ex præcepto Porsoni ad Or. 141. Ὑποτιθεὶς habet Aldus Or. 1186. τιθεῖς, Alc. 911. προστιθεῖς, Hel. 549. Herc. 710. τιθεὶς, Ion. 741. προστιθεὶς, ut nostro loco, Ion. 1525. Recte τίθης, Alc. 58. Andr. 209. et fortasse alibi. *Elmsl.*

σήκωμα] *Pondus.* Recte ita MS. G. Polyb. p. 759. προσλαβόντες οἱονεὶ σήκωμα. (Vid. Schweighæuserum in indice. Elmsl.) Citatur et ex Hyperide apud Polluc. Lib. IV. sect. 172. Ed. Ald. σκήνωμα.

προστιθεὶς] MS. G. προτίθης, superscripto προτιθεὶς. *Musg.*

Σμικρὸν τὸ σὸν σκήνωμα προστίθεις φίλοις.] Τὸ σκήνωμα hic pro corpus omnino ponitur; nec id novum: Sic enim Nicander locutus est: σκῆνος πυθόμενον, cadaver putrescens, et Ocellus Lucanus, Fragm. lin. 1. Συνέχει γὰρ τὰ μὲν σκάνεα Ζωὰ, ταύτας δ' αἴτιον ψυχά· τὸν δὲ κόσμον Ἁρμονία, ταύτας δ' αἴτιος ὁ Θεός. Hesych. Σκῆνος, σῶμα. Et D. Paulus Epist. 2. Corinth. c. v. v. 1. et 4. τὸ σκῆνος ἀντὶ τοῦ σῶμα usurpat. *Barnes.*

Heath. σκήνωμα de tentorio intelligit, et προστιθεὶς legit, ut constructio sit: μάχῃ προστιθεὶς σμικρὸν φίλοις τὸ σὸν σκήνωμα. *Beck.*

691. Μήτοι μ' ἔρυκε tacite Barnesius. Consentit G. *Elmsl.*

Μή τοι] Ita MS. G. ut recte Barnesius. Ed. Ald. μή τι. *Musg.*

Reisk. conjicit: μὴ, μή τι μ' ἔρυκε, *ne, ne, quæso, me impedias, quominus aliquid* (facinus aliquod nobile) *perpetrem. Beck.*

693. Ὡς μὴ μενοῦντα,] *Scito me non mansurum.* Brodæus. Μενοῦντα dependet a superiore μή με ἔρυκε. Reiskius. Μενοῦντα accusativus absolutus est, pro μενοῦντος, quod suprascriptum habet G. Ita noster Phœn. 1474. Ἀνῆξε δ' ὀρθὸς λαὸς εἰς ἔριν λόγων, Ἡμεῖς μὲν, ὡς νικῶντα δεσπότην ἐμὸν, Οἱ δ' ὡς ἐκεῖνον. ἦν δ' ἔρις στρατηλάταις. Ion. 964. ΠΡ. Σοὶ δ' εἰς τί δόξης ἦλθεν ἐκβαλεῖν τέκνον; ΚΡ. Ὡς τὸν θεὸν σώσοντα τόν γ' αὐτοῦ γόνον. Incertus Rhes. 144. Σάλπιγγος αὐδὴν προσδοκῶν καραδόκει, Ὡς οὐ μενοῦντά μ'. Quibus adde Soph. Œd. T. 101. Œd. C. 380. ubi αἷμα et Ἄργος accusativi sunt. Priore loco ipse mihi rectius facturus fuisse videor, si cum Brunckio edidissem, ὡς τόνδ' αἷμα χειμάζον πόλιν. Alexis apud Athen. p. 104. D. Τοῖς ἰχθυοπώλαις ἐστὶν ἐψηφισμένον, Ὡς φασι, χαλκῆν Καλλιμέδοντος εἰκόνα Στῆσαι Παναθηναίοισιν ἐν τοῖς ἰχθύσιν, Ἔχουσαν ὀπτὸν κάραβον ἐν τῇ δεξιᾷ. Ὡς αὐτὸν ὄντ' αὐτοῖσι τῆς τέχνης μόνον Σωτῆρα, τοὺς ἄλλους δὲ πάντας ζημίαν. Thucydides VIII. 66. Ἀλλήλοις γὰρ ἅπαντες ὑπόπτως προσῆσαν οἱ τοῦ δήμου, ὡς μετέχοντά τινα τῶν γιγνομένων. Lysias Epitaphio, p. 131. ed. Reisk. Καὶ γάρ τοι θάπτονται δημοσίᾳ, καὶ ἀγῶνες τίθενται ἐπ' αὐτοῖς ῥώμης καὶ σοφίας καὶ πλούτου, ὡς ἀξίους ὄντας τοὺς ἐν τῷ πολέμῳ τετελευτηκότας ταῖς αὐταῖς τιμαῖς καὶ τοὺς ἀθανάτους τιμᾶσθαι. Quem locum cum aliis nonnullis ejusdem oratoris indicat Taylorus in indice regiminum v. *accusativus.* Hinc fortasse emendandus noster Alc. 1136. ΗΡ. Τόλμα προτείνειν (malim προτεῖναι) χεῖρα, καὶ θιγεῖν ξένης. ΑΔ. Καὶ μὴν προτείνω, Γοργόν' ὡς καρατόμῳ. Vide an legendum, Γοργόν' ὡς καράτομον, subaudito οὖσαν.

Inter genitivum et accusativum absolutum hoc fere interesse videtur, quod genitivus ipsam rem, accusativus alicujus de ea sententiam exprimit. Æschines in

ΘΕ. Δρᾶν μὲν σύ γ' οὐχ οἷός τε, βούλεσθαι δ' ἴσως.
ΙΟ. Ὡς μὴ μενοῦντα, τἆλλά σοι λέγειν πάρα.

Fam. Facere quidem tu non potes, at velle forsitan.
Iol. Ut me non mansuro cætera dicere tibi licet.

Timarchum, p. 48. ed. Reisk. Ἀπὸ σωφροσύνης πρῶτον ἤρξατο [ὁ νομοθέτης], ὡς ὅπου πλείστη εὐκοσμία ἐστὶ, ταύτην ἄριστα τὴν πόλιν οἰκησομένην. Ubi verba ὡς — οἰκησομένην significant ὡς — οἰκήσεσθαι δοκῶν. Soph. El. 881. Μὰ τὴν πατρῴαν ἑστίαν, ἀλλ' οὐχ ὕβρει Λέγω τάδ', ἀλλ' ἐκεῖνον ὡς παρόντα νῷν. Supple εἰδυῖα, ὁρῶσα, vel tale quiddam. Sic etiam explicanda loca in annotatione mea allegata, præter locum ex Alcestide, quem nunc ita explico. Ad ea quæ dixerat Hercules, Τόλμα προτείνειν χεῖρα, καὶ θιγεῖν ξένης, respondere debuit Admetus, Καὶ μὴν προτείνω [χεῖρα], ὡς Γοργόνος καρατόμου [θιξόμενος]. Qua significatione non male se habet accusativus Γοργόν' ὡς καράτομον. Non raro enim fit transitus a genitivo aut dativo ad accusativum. Soph. Ant. 857. Ἔψαυσας ἀλγεινοτάτας ἐμοὶ μερίμνας, Πατρὸς τριπόλιστον οἶτον. Aj. 870. ΗΜ. Ἰδοὺ ἰδοὺ, δοῦπον αὖ κλύω τινά. ΗΜ. Ἡμῶν γε, ναὸς κοινόπλουν ὁμιλίαν. Æsch. Agam. 1104. Μαρτυρίοισι γὰρ τοῖσδ' ἐπιπείθομαι, Κλαιόμενα τάδε βρέφη σφαγὰς, Ὀπτάς τε σάρκας πρὸς πατρὸς βεβρωμένας. Ceterum hic locus, ubi vulgo eliditur ι dativi singularis, commodum præbet occasionem de ista elisione disserendi. Exempla quæ apud tragicos reperi singillatim examinabo. I. Æsch. Suppl. 7. Οὔτιν' ἐφ' αἵματι δημηλασίᾳ Ψήφῳ πόλεως γνωσθεῖσαι. Recte Tyrwhittus, δημηλασίαν. Οὔτιν' igitur accusativus est. II. Pers. 916. Λέλυται γὰρ ἐμῶν (f. ἐμοὶ) γυίων ῥώμη, τήνδ' ἡλικίαν ἐσιδόντ' ἀστῶν. Ἐσιδόντ' accusativus est. Transitus ab alio casu ad accusativum sæpissime in participiis locum habet. Consulantur interpretes ad sequentia tragicorum loca, quæ in discipulorum gratiam apponam. Æsch. Agam. 1619. Οὕτω καλὸν δὴ καὶ τὸ κατθανεῖν ἐμοὶ, Ἰδόντα τοῦτον τῆς δίκης ἐν ἕρκεσιν. Choëph. 408. Πέπαλται δ' αὖτέ μοι φίλον κέαρ, Τόνδε κλύουσαν οἶκτον. Soph. El. 479. Ὕπεστί μοι θράσος Ἁδυπνόων κλύουσαν Ἀρτίως ὀνειράτων. Eurip. Med. 810. Οὐκ ἔστιν ἄλλως. σοὶ δὲ συγγνώμη λέγειν Τάδ' ἐστὶ, μὴ πάσχουσαν, ὡς ἐγὼ, κακῶς. El. 1248. Σὺ δ' Ἄργος ἔκλιπ'. οὐ γάρ ἐστί σοι πόλιν Τήνδ' ἐμβατεύειν, μητέρα κτείναντα σήν. III. Soph. Œd. C. 1435. Σφῷν δ' εὐοδοίη Ζεὺς, τάδ' εἰ τελεῖτέ μοι Θανόντ'. ἐπεὶ οὔ μοι ζῶντί γ' αὖθις ἕξετον. Θανόντ' pro accusativo accipi posse satis ostendunt superiora. Deinde legendum, ἐπεὶ οὔ με ζῶντά γ' αὖθις ἕξετον. IV. Trach. 676. Ὧι γὰρ τὸν ἐνδυτῆρα πέπλον ἀρτίως Ἔχριον, ἀργῆτ' οἰὸς εὐείρῳ (εὐείρου, Brunckius) πόκῳ, Τοῦτ' ἠφάνισται. Lego, ἀργῆτ' οἰὸς εὐέρου πόκον. V. Aj. 108. Πρὶν ἂν δεθεὶς πρὸς κίον' ἑρκείου στέγης. Dativum quidem in simili locutione usurpat Æsch. Prom. 15. Δῆσαι βίᾳ φάραγγι πρὸς δυσχειμέρῳ. Sic etiam Aristoph. Thesm. 939. γυμνὸν ἀποδύσαντά με Κέλευε πρὸς τῇ σανίδι δεῖν τὸν τοξότην. Sed δήσαντες πρὸς τὸν κίονα dixit Æschines in Timarchum, p. 83. VI. Aj. 1006. Ποῖ γὰρ μολεῖν μοι (με Suidas v. Ποῖ, monente Brunckio) δυνατὸν, εἰς ποίους βροτοὺς, Τοῖς σοῖς ἀρήξαντ' ἐν πόνοισι μηδαμοῦ. Sive μοι, quod malim, sive με legas, ἀρήξαντ' accusativus est. VII. Eurip. Hec. 900. Κηλῖδ' οἰκτροτάτᾳ κέχρωσαι. Κηλῖδ' οἰκτροτάταν e membranis Parisiensibus, aliisque codd. nonnullis primus edidit Musgravius. VIII. Iph. A. 808. οὕτω δεινὸς ἐμπέπτωκ' ἔρως Τῆσδε στρατείας Ἑλλάδ' (Ἑλλάδι γ' Aldus), οὐκ ἄνευ θεῶν. Ἐμπίπτειν accusativum adsciscit apud Soph. Œd. C. 942. Οὐδείς ποτ' αὐτοὺς (αὐτοῖς Brunckius ex emendatione Heathii) τῶν ἐμῶν ἂν ἐμπέσοι Ζῆλος ξυναίμων, ὥστ' ἐμοῦ τρέφειν βίᾳ. Ita προσπίπτω σοι et προσπίπτω σε dictum est, ἐπιστρατεύω πόλει et ἐπιστρατεύω πόλιν, λέγω σοι et λέγω σε. Hoc habet Soph. Œd. C. 1402. Τοιοῦτον, οἷον οὐδὲ φωνῆσαί τινα Ἔξεσθ' ἑταίρων. Ubi Brunckius: Οὐδὲ φωνῆσαί τινι. *Sic optime Tyrwhittus, eodem sensu quo Polynices ipse infra*, v. 1429. Οὐδ' ἀγγελοῦμεν φλαῦρα. *Mendose vulgo* φωνῆσαί τινα. Imo, recte. Confer v. 1760. Ὦ παῖδες, ἀπεῖπεν ἐμοὶ κεῖνος, Μήτε πελάζειν εἰς τούσδε τόπους, Μήτ' ἐπιφωνεῖν μηδένα θνητῶν, Θήκην ἱερὰν, ἣν κεῖνος ἔχει. Vides quam periculosum sit usitatam verborum constructionem pro paullo minus usitata e mera conjectura inducere. Tyrwhittum et Brunckium reprehendo, Ἄλλων ἰατρὸς, αὐτὸς ἕλκεσιν βρύων. IX. Ion. 433. Ἀτὰρ θυγατρὸς τῆς Ἐρεχθέως τί μοι Μέλει προσῆ

ΘΕ. Πῶς οὖν ὁπλίτης, τευχέων ἄτερ, φανεῖ;
ΙΟ. Ἔστ' ἐν δόμοισιν ἔνδον αἰχμάλωθ' ὅπλα
Τοῖσδ', οἷσι χρησόμεσθα, κἀποδώσομεν
Ζῶντες. θανόντας δ' οὐκ ἀπαιτήσει θεός.
Ἀλλ' εἴσιθ' εἴσω, κἀπὸ πασσάλων ἑλὼν,
Ἔνεγκ' ὁπλίτην κόσμον ὡς τάχιστά μοι.
Αἰσχρὸν γὰρ οἰκούρημα γίγνεται τόδε,
Τοὺς μὲν μάχεσθαι, τοὺς δὲ δειλίᾳ μένειν. =
ΧΟ. Λῆμα μὲν οὔπω στόρνυσι χρόνος

Fam. Quomodo igitur armatis *viris* tu sine armis apparebis?
Iol. Sunt intus arma in ædibus bello-parta
Hisce, quibus utemur, et reddemus *ea*
Vivi, a mortuis enim non repetet Deus.
Quamobrem ingrediaris intro, et de paxillis capiens,
Affer ornatum militarem quam celerrime mihi.
Est enim hæc domestica commoratio turpis,
Alios quidem pugnare, alios vero propter metum *domi* manere.
Cho. Animi fortitudinem quidem nondum prosternit tempus

694. ὁπλίταις —— φανῇ; 700. γίνεται

κοντ' οὐδέν (προσήκει τ' οὖδας Aldus;) Vide ad Persarum locum. Plura non reperi. Nisi his difficiliora sunt ea quæ me fugerunt, non video quid obstet quo minus statuamus tragicos literam ι in dativo singulari nunquam elisisse. De dativo plurali nulla controversia est. *Elmsl.*

μενοῦντα,] Superscribitur in MS. G. μενοῦντος. *Musg.*

694. ὁπλίτης P. E. Noster Androm. 458. Νῦν δ' εἰς γυναῖκας γοργὸς ὁπλίτης φανεὶς Κτείνεις μ'. In Rhes. 321. pro κυνηγέταις scribendum κυνηγέτης. Lycurgus in Leocratem, p. 172. ed. Reisk. Ὅτε ἡ μὲν χώρα τὰ δένδρα συνεβάλετο, οἱ δὲ τετελευτηκότες τὰς θήκας, οἱ δὲ νέοι τὰ ὅπλα. Optime οἱ δὲ νεῷ Piersonus ad Mœrin, p. 265. qui nostri loci non est oblitus. Vide etiam Androm. 1111. Κρεμαστὰ τεύχη πασσάλων καθαρπάσας. Erechth. fr. 6. Θρήκιον πέλταν πρὸς Ἀθάνας περικίοσιν ἀγκρεμάσας θαλάμοις. *Elmsl.*

695. αἰχμάλωθ' ὅπλα] Sic Hercules κατέσπασεν ἐκ τῶν ναῶν τὰς προσηλωμένας πανοπλίας, teste Diod. Sic. Lib. IV. c. 10. *Musg.*

703. ἀλλ' ἥβᾳ· σῶμα δὲ φροῦδον] Alias dicerem: Πρόφρων μὲν θυμὸς πέλεται, κενεὴ δὲ μενοινή. Ita Matth. c. xxvi. v. 41. Τὸ μὲν Πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής. *Barnes.*

705. ἡμετέραν;] Ita MSS. E. G. ut recte Barnesius. Ed. Ald. ὑμετέραν. *Musg.*

πόλιν ἡμετέραν;] Ita pro ὑμετέραν omnino legendum duco. Chorus enim Atheniensium senum de sua urbe loquitur, nec Argos jam erat urbs Iolao salva, nec pro illa jam pugnaturus erat, sed contra eam pro vita sua et liberorum Herculis ac salute. *Barnes.*

706. Χρῆν P. E. Sententiæ accommodatius est *oportebat* quam *oportet.* Non enim dehortandi, sed potius reprehendendi studio Iolaum compellat Chorus. Est autem solenne χρῆν in reprehensionibus. Plura vide infra ad v. 959.

γνωσιμαχεῖν] *Infirmitatem suam nosse.* Brodæus. Glossographus ad Herod. III. 25. Γνωσιμαχεῖν. τὸ γνῶναι τὴν ἑαυτοῦ ἀσθένειαν, τήν τε τῶν ἐναντίων ἰσχύν. Ter apud Herodotum occurrit. Vide VII. 130. VIII. 29. Bis tantum apud

Τὸ σὸν, ἀλλ' ἡβᾷ. σῶμα δὲ φροῦδον.
Τί πονεῖς ἄλλως, ἃ σὲ μὲν βλάψει,
Σμικρὰ δ' ὀνήσει πόλιν ἡμετέραν;
Χρῆν γνωσιμαχεῖν σὴν ἡλικίαν,
Τὰ δ' ἀμήχαν' ἐᾶν. οὐκ ἔστιν ὅπως
Ἥβην κτήσει πάλιν αὖθις.—
ΑΛ. Τί χρῆμα μέλλεις, σῶν φρενῶν οὐκ ἔνδον ὢν,
Λείπειν μ' ἔρημον ξὺν τέκνοισι τοῖς ἐμοῖς;
ΙΟ. Ἀνδρῶν γὰρ ἀλκή. σοὶ δὲ χρὴ τούτων μέλειν.

Tuam: sed viget, corpus vero periit.
Quid frustra laboras? quæ tibi quidem nocebunt,
Parum vero juvabunt nostram civitatem.
Oportet ætatem considerare,
Et omittere illa *quæ sunt* impossibilia. Fieri non potest,
Ut recuperes denuo juventutem.
Alc. Curnam, tuæ mentis non compos existens,
Me relinquere desertam cum istis meis pueris cogitas?
Iol. Virorum enim *est* pugna: tuum vero est curare *pueros* istos.

704. ἄλλως; 705. ὑμετέραν. 706. Χρὴ γνωσιμαχεῖν τὴν ἡλικίαν, 708. κτήσῃ
710. Λιπεῖν μ' ἔρημον σὺν 711. μέλλειν.

Atticos poëtas. Alter locus est Aristoph. Av. 555. Κἂν μὲν μὴ φῇ, μηδ' ἐθελήσῃ, μηδ' εὐθὺς γνωσιμαχήσῃ. Idem valent verba γίγνωσκε δ' ἀλκὴν apud nostrum Hec. 227. Plura dabunt viri docti ad Thomam Magistrum, pp. 193, 194.

Σὴν ἡλικίαν Porsonus Advers. p. 268. ut sine ejus monitu edidissem. *Elmsl.*

γνωσιμαχεῖν dicitur, qui prudenter expendit, quæ contra se faciunt. Herodot. Lib. VII. c. 130. γνωσιμαχέοντες καὶ τἄλλα καὶ ὅτι χώρην ἄρα εἶχον εὐαίρετον. Confer etiam Dionys. Halicar. p. 184. l. 39. Ed. Huds. *Musg.*

Γνωσιμαχεῖν] Hesychius: Γνωσιμαχῆσαι· Τινὲς μὲν τὸ γνῶναι τὴν ἑαυτοῦ ἀσθένειαν, τήν τε τῶν ἐναντίων ἰσχύν· Ἄλλοι τὸ γνόντα, ὅτι πρὸς κρείττονα ἔχει αὐτοῦ μάχην, ἡσυχάσαι, ἢ μετανοῆσαι. Vox Herodotea. *Barnes.*

710. Λείπειν μ' P. E. Non sum nescius bene Græcum esse μέλλω λιπεῖν, quod præter alios docuit Porsonus ad Or. 929. Exempla præbent Æsch. Prom. 626. Eurip. Or. 286. Med. 394. Hippol. 719. Iph. T. 485. 1265. Ion. 80. 760. El. 17. Aristoph. Ach. 1160. Av. 367. Lys. 117. Postremus locus ita fortasse scribendus est: Ἐγὼ δὲ καί κα ποττὸ Ταΰγετόν κ' ἄνω Ἕλσοιμ', ὅπᾳ μέλλοιμί γ' εἰράναν ἰδεῖν. Ubicumque vero levi emendatione pro γράψαι restitui potest γράφειν aut γράψειν, restituendum mihi videtur. Nostro igitur loco λείπειν scribo, ἐκλείπειν, in Ion. 665. ubi vulgo legitur, Πρόσειπε, μέλλων Δελφίδ' ἐκλιπεῖν πόλιν. Apud Thucyd. VI. 31. vulgo legitur, ὡς ἤδη ἔμελλον μετὰ κινδύνων ἀλλήλους ἀπολίπειν, sed ἀπολείπειν præbet cod. Parisiensis. Locos nonnullos ex tragicis subjiciam, prout in Aldina exhibentur, addita scriptura quam reposuerunt recentiores editores. Æsch. Theb. 55. Κληρουμένους δ' ἔλιπον (ἔλειπον), ὡς πάλῳ λαχών. Pers. 479. Ποῦ τάσδ' ἔλιπες (ἔλειπες); οἶσθα σημῆναι τορῶς. Eurip. Or. 372. Ὅτ' ἐξέλιπον (ἐξέλειπον) μέλαθρον, ἐς Τροίαν ἰών. Phœn. 1443. Ἐπεὶ τέκνω πεσόντ' ἐλιπέτην (ἐλειπέτην) βίον. Hippol. 34. Ἐπεὶ δὲ Θησεὺς Κεκροπίαν λίπε (λείπει) χθόνα. Androm.

ΑΛ. Τί δ'; ἢν θάνῃς σὺ, πῶς ἐγὼ σωθήσομαι;
ΙΟ. Παιδὸς μελήσει παισὶ τοῖς λελειμμένοις.
ΑΛ. Ἢν δ' οὖν, ὃ μὴ γένοιτο, χρήσωνται τύχῃ;
ΙΟ. Οὔδ' οὐ προδώσουσίν σε (μὴ τρέσῃς) ξένοι.
ΑΛ. Τοσόνδε γάρ τοι θάρσος, οὐδὲν ἄλλ', ἔχω.
ΙΟ. Καὶ Ζηνὶ τῶν σῶν, οἶδ' ἐγὼ, μέλει πόνων.

Alc. Quid vero si moriaris tu, quomodo ego servabor?
Iol. Filii filiis erit curæ, qui reliqui fuerint.
Alc. Si vero (quod utinam ne contingat) *adversa* fortuna utantur?
Iol. Hi hospites non prodent te; ne metuas.
Alc. Hoc tantum certe habeo fiduciæ, aliud nihil.
Iol. Et Jovi, scio, sunt curæ tui labores.

712. Τίδ' ἢν θάνῃς σὺ,

713. πᾶσι τοῖς λελειμμένοις.

519. Καὶ γὰρ ἄνοια (ἀνοία) μεγάλη λιπεῖν (λείπειν). Hel. 725. Σὺν τῷδε νύμφη δῶμ' ἔλιπες (ἔλειπες) ὄλβιον. Ion. 1306. Ἔκλιπε (ἔκλειπε) βωμὸν, καὶ θεηλάτους ἕδρας. Si toties peccant librarii in locis quorum vera scriptura metro necessaria est, quid eos facturos existimemus, ubi neutra scriptura metro repugnet? *Elmsl.*

711. Μέλειν primus edidit Stiblinus. Vide Hel. 197. *Elmsl.*

Ἀνδρῶν γὰρ ἀλκή·] Homerus: Πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει. *Barnes.*

713. Παισὶ pro πᾶσι libri nonnulli in Phœn. 1583. Diodorus Siculus V. 28. Ὥστε τὴν πρόσοψιν αὐτῶν φαίνεσθαι σατύροις καὶ πᾶσιν (παισὶν duo codd.) ἐοικυῖαν. Poggium reprehendit P. Leopardus Emendat. V. 13. quod *pueris* pro *Panibus* in versione exhibuerit. Sed proculdubio Poggius exemplaria sua Græca secutus est.

Non vidit ipse Barnesius (Vid. ejus notam infr.) in Suppl. 1170. pro πᾶσίν θ' ὑπεῖπον τούσδε legendum esse παισίν θ' ὑπεῖπον τοῖσδε. Quæ emendatio Marklando debetur. Contra παισὶ δίκα pro πᾶσι δίκα olim legebatur apud Herodotum IV. 88. Πᾶς pro παῖς habet Aldus apud Soph. Phil. 703. παῖς pro πᾶς apud incertum Rhes. 44. Quod ad μελήσει attinet, Barnesii emendationem recte improbant Heathius et Musgravius. Subauditur σου. *Elmsl.*

μελήσει] Male Barnesius μελήσεις.

παισὶ] Canteri emendatio est. Ed. Ald. πᾶσι. *Musg.*

Παιδὸς μελήσεις παισὶ τοῖς λελειμμένοις.] Canterus et Æmilius Portus et Scaliger pro πᾶσι, quod male prius aderat, παισὶ recte legunt; nemo autem eorum vidit etiam, pro μελήσει legendum μελήσεις. Nec id novum, namque etsi dicitur μέλει μοι τούτων, tamen nihilominus τοῦτό μοι μέλει et μελήσει dicitur, idque Homero inprimis, qui plus decies hoc verbo cum nominativo utitur, ut: ἔργα μέμηλε, πόλεμος μελήσει, οὔτι μέλει πολεμήϊα ἔργα, etc. *Barnes.*

714. χρήσωνται τύχῃ;] *Utantur* adversa *fortuna.* Id est, χρήσωνται ἀτυχίᾳ vel ξυμφορᾷ. Vide Antiphontem, pp. 664. 690. 700. Satis notus est hic usus verbi χρῆσθαι. Illud apud nostrum, Iph. A. 88. ἀπλοίᾳ χρώμενοι, attingit Ciceroniana locutio, *Cum sane adversis ventis usi essemus*, Ep. ad Div. XIV. 5. *Elmsl.*

χρήσωνται τύχῃ;] Si quid humanitus eis accidat, si moriantur. *Brodæus.*

716. Reisk. conjicit: θάρσος οὐ δύναμιν ἔχον. *Beck.*

718. Φεῦ] Indignantis vox, σχετλιαστικόν· At extra versum redundat, ut plus mille locis apud poëtas fieri solet. Ibid. Οὐκ ἀκούσεται κακῶς] Nec ego, licet in ærumnis maximis citra meam culpam constituta sim, Jovi maledicam; nec eum ut mihi iniquum appellabo. *Brodæus.*

719. Εἰ δ' ὅσιος εἰς ἐμέ.] An erga me sit justus. ὅσιος proprie *sanctus*, hic loci pro δίκαιος, *justus*, ut e contra δίκαιος, *justus*, pro ὅσιος, *sanctus*, sæpe invenitur, item pro ἐλεήμων, *misericors*; Quia sanctitas est

ΑΛ. Φεῦ.
Ζεὺς ἐξ ἐμοῦ μὲν οὐκ ἀκούσεται κακῶς.
Εἰ δ' ἔστιν ὅσιος, αὐτὸς οἶδεν, εἰς ἐμέ.
ΘΕ. Ὅπλων μὲν ἤδη τήνδ' ὁρᾷς παντευχίαν.
Φθάνοις δ' ἂν οὐκ ἂν τοῖσδε συγκρύπτων δέμας.
Ὡς ἐγγὺς ἀγὼν, καὶ μάλιστ' Ἄρης στυγεῖ

Alc. Proh!
Jupiter male quidem a me non audiet:
An vero justus sit erga me, ipse novit.
Fam. Armorum quidem hunc vides universum apparatum.
Sed non satis cito poteris tegere corpus hisce.
Quia pugna prope *est*, et maxime Mars odit

722. ἀγών.

præcipua religionis et justitia est eminentissima politices virtus. Sic D. Matth. c. i. v. 19. Ἰωσὴφ δὲ, ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, δίκαιος ὢν, καὶ μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγματίσαι, ἐβουλήθη λάθρα ἀπολῦσαι αὐτήν. Ubi δίκαιος per πραῢς, vel ἐλεήμων, vel οἰκτίρμων, ab interpretibus explicatur, aut certe hoc sub illo continetur. Sic Thucydid. Lib. V. Ὅτι ὅσιοι πρὸς οὐ δικαίους ἱστάμεθα. Ubi ὅσιοι pro δίκαιοι. Plura huc adjicere non vacat. *Barnes.*

721. Ego audacter posterius ἂν in ἐν mutavi. Barnesius. Noster Iph. T. 246. χέρνιβας δὲ καὶ κατάργματα Οὐκ ἂν φθάνοις ἂν εὐτρεπῆ ποιουμένη. Tro. 458. Οὐκέτ' ἂν φθάνοις ἂν αὖραν ἱστίοις καραδοκῶν. Aristoph. Eccl. 118. Οὐκ ἂν φθάνοις τὸ γένειον ἂν περιδουμένη. Comicus incertus apud Photium v. Οὐκ ἂν φθανοίμην (f. φθάνοιμ' ἂν) τὴν μάχαιραν παρακονῶν. Quæ loca sufficient, opinor, ad vulgatam nostri loci scripturam confirmandam. De locutione οὐκ ἂν φθάνοις multa habet Hermannus ad Vigerum, p. 746. Versus noster, ut recte monet Brunckius ad Plut. 1133. significat, ταχέως τοῖσδε σύγκρυπτε δέμας. Latine, *Oportet te quam primum ea induere.* Anglice, *You have no time to lose in putting on the armour.* Vel, si mavis, *You cannot make too much haste.* Verborum οὐκ ἂν φθάνοις verus est sensus, ni fallor, *non prævenies occasionem.* Dicitur οὐκ ἂν φθάνοις συγκρύπτων, ut οὐκ ἂν κάμοιμι εὐεργετῶν et similia. Pro eo autem quod dixit poëta, οὐκ ἂν φθάνοις ἂν συγκρύπτων, solœcum, ni fallor, esset οὐκ ἂν φθάνοις συγκρύψας. Nam participium præsentis temporis semper adhibitum reperio. Ita ἀπαλλασσόμενοι καὶ ἀγγέλλοντες apud Herod. VII. 162. θνήσκοντες apud Eurip. Or. 927. θνήσκων, ibid. 931. συμπεραίνοντες, ibid. 1568. φυτεύων, Alc. 678. πράττοντε apud Aristoph. Plut. 485. ἰὼν, ibid. 874. ἀποτρέχων, ibid. 1133. Consulendus Piersonus ad Herodianum, p. 452. *Elmsl.*

οὐκ ἐν] Recepi, licet dubitanter, Barnesii conjecturam. Ed. Ald. οὐκ ἄν. *Musg.*

Φθάνοις δ' ἂν οὐκ ἐν τοῖσδε] Prius cum duplex ἂν hic occurreret, nec eadem esset ratio, quæ alias ad geminum ἂν requiritur, ego audacter posterius ἂν in ἐν mutavi, cujus tamen lectorem meo more admonitum velim, ne quam sibi, aut poëtæ, fraudem factam putet. De gemino ἂν vero vid. supra ad v. 180. Troad. v. 978. etc. *Barnes.*

Heath. monet, Barnesium male interpolasse ἐν. nam τοῖσδ' regi a συγκρύπτων. Idem vertit vulgatum: *Ne morere, hisce armis corpus tegere.* *Beck.*

722. Vel οὑ 'γὼν pro ὁ ἀγὼν legendum: vel ἀγὼν primam producit. Barnesius ad Or. 852. Quem vide etiam ad Phœn. 597. ubi legendum ad mentem fere Canteri, Μῆτερ, οὐ λόγων ἔθ' ἀγὼν, ἀλλ' ἀνήλωται χρόνος. Hodie nemo nescit neque ὡ 'γὼν neque οὑ 'γὼν ex ὁ ἀγὼν fieri, sed ἀγών. Apud Aristoph. Vesp. 534. ubi vulgo legitur, σοὶ μέγας ἔστ' ἀγὼν, σοὶ μέγας ἔστ ἀγὼν νῦν dedit Gaisfordius ad Hephæst.

Μέλλοντας. εἰ δὲ τευχέων φοβεῖ βάρος,
Νῦν μὲν πορεύου γυμνὸς, ἐν δὲ τάξεσι
Κόσμῳ πυκάζου τῷδ'. ἐγὼ δ' οἴσω τέως.
ΙΟ. Καλῶς ἔλεξας. ἀλλ' ἐμοὶ πρόχειρ' ἔχων
Τεύχη, κόμιζε. χειρὶ δ' ἔνθες ὀξύην,
Λαιόν τ' ἔπαιρε πῆχυν, εὐθύνων πόδα.
ΘΕ. Ἦ παιδαγωγεῖν γὰρ τὸν ὁπλίτην χρεών;
ΙΟ. Ὄρνιθος οὕνεκ' ἀσφαλῶς πορευτέον.
ΘΕ. Εἴθ' ἦσθα δυνατὸς δρᾶν, ὅσον πρόθυμος εἶ.

Cunctantes: si vero metuis pondus armorum,
Nunc quidem vade nudus: in exercitu vero
Tegaris hoc ornatu: ego vero portabo eousque.
Iol. Recte dixisti: verum mihi prompta tenens
Arma portato: insere vero manui hastam,
Et lævum attolle cubitum, dirigens *meum* gressum.
Fam. An igitur armatum *militem*, ut puerum, ducere decet?
Iol. Propter omen incedendum *est* tuto.
Fam. Utinam ita validus esses facere, ut es cupidus.

723. Μέλλοντος.——φοβῇ 724. τάξεσιν, 727. ἔνθεν ὀξύην,

p. 292. ex emendatione Porsoni. Malim, σοὶ μέγας ἐστὶν ἀγών. *Elmsl.*

Ὡς ἐγγὺς ἀγὼν,] Scaliger legit ὦ 'γὼν, quia prior syllaba τοῦ ἀγὼν brevis est. At licet plerumque eam esse brevem fatear, nonnunquam tamen et longam reperiri, nemo inficias ibit, qui viderit, quæ nos ad Supplic. v. 764. et Phœniss. v. 597. *Barnes.*

ὦ 'γὼν cum Scalig. legit Heath. *Beck.*

723. Μέλλοντας primus edidit Hervagius ed. secunda. *Elmsl.*

727. Videtur scribendum ἔνθες ἀξίνην. Canterus. Ἔνθες, quod in textum primus admisit Barnesius, habent E. G. Quod ad ἀξίνην attinet, Canterum fefellit ὀξύνην Hervagianæ primæ mendum typographicum, quod in omnes sequentes ante Barnesianam propagatum est. Ἰξύην adscripto ἰγνύην S. Ὀξύην per λόγχην ὀξυΐνην recte explicat Brodæus. Homericum ἔγχεϊ ὀξυόεντι respexit poëta. Quænam autem fuerit arbor ὀξύη, cujus multa mentio apud Theophrastum, inter hujus rei peritos parum convenit. *Elmsl.*

ἔνθες] Ita MSS. E. G. Canteri emendationem firmantes. Ed. Ald. ἔνθεν. *Musg.*

ὀξύην] MSS. Steph. ἰξύην, adscripto ἰγνύην. Sed verum est ὀξύην, quod recte interpretatur Brodæus, *hastam ex Oxya arbore.* Arboris hujus meminit multis locis Theophrastus: vide modo Hist. Plant. Lib. III. c. 6. V. c. 5. Hastas ex ea fieri solitas ostendit Pollux, Lib. V. sect. 20. ubi vide citata. Totum locum sic intelligo: Jubet famulum Iolaus hastam sibi in manum dextram tradere, ipsum a læva manu incedere, cubitumque Domini sustentare. *Musg.*

χειρὶ δ' ἔνθες ὀξύην] Cum Cantero lubens lego ἔνθες pro corrupto illo, ἔνθεν; at non ego cum illo ἀξίνην lego, quicquid Æmil. Portus oggauniat; quod illius media syllaba semper sit longa Homero, Calabro, aliisque melioris notæ. Quare ὀξύην retineo, quod Aldi editio eam vocem retineat, et quod sit authentica, et hastam significet ex ligno factam, quod ὀξύη dicitur; Eustathius hanc vocem agnoscit, et Moschopulus: Καὶ ἔγχεα ὀξυόεντα παρ' Ὁμήρῳ, τὰ ἐξ ὀξύας τοῦ δένδρου, οὐχὶ τὰ ὀξέα. Sic Scholia Didymi vocata ad Iliad ε'. v. 50. Ἔγχεϊ ὀξυόεντι] Ὀξεῖ· Ἢ ἀπὸ Ὀξύας, εἴδους δένδρου, κατεσκευασμέ-

ΙΟ. Ἔπειγε. λειφθεὶς, δεινὰ πείσομαι, μάχης.
ΘΕ. Σύ τοι βραδύνεις, κοὐκ ἐγὼ, δοκῶν τι δρᾷν.
ΙΟ. Οὐκ οὖν ὁρᾷς μου κῶλον ὡς ἐπείγεται;
ΘΕ. Ὁρῶ δοκοῦντα μᾶλλον ἢ σπεύδοντά σε.
ΙΟ. Οὐ ταῦτα λέξεις, ἡνίκ' ἂν λεύσσῃς μ' ἐκεῖ.
ΘΕ. Τί δρῶντα; βουλοίμην δ' ἂν εὐτυχοῦντά γε.
ΙΟ. Δι' ἀσπίδος θείνοντα πολεμίων τινά.
ΘΕ. Εἰ δή ποθ' ἥξομέν γε. τοῦτο γὰρ φόβος.
ΙΟ. Φεῦ.

Iol. Propera; tristia patiar, si mature non pervenero ad pugnam.
Fam. Tu certe cunctaris, (non ego) aliquid visus agere.
Iol. Annon vides, quomodo festinet meus pes?
Fam. Video te magis videri, quam *re ipsa* properare.
Iol. Non eadem dices, cum illic me videbis.
Fam. Quid facientem? optarem certe *te videre* feliciter agentem.
Iol. Vulnerantem aliquem ex hostibus per clypeum.
Fam. Si modo veniemus; hoc enim metus.
Iol. Proh!

732. ληφθεὶς, 733. κοὐκ ἐγὼ δοκῶ τι δρᾷν, 734. Οὐκοῦν 736. σὺ ταῦτα λέξεις, 738. θένοντα 739. Ἤδη πόθ' ἥξομένγε.

νῳ. Hesych. Ὀξυόεντι· ὀξεῖ, ἢ ὀξυΐνῳ· Ὀξύα δὲ εἶδος δένδρου. Theoph. Lib. III. c. 3. περὶ φυτῶν· Δοκεῖ δὲ ἡ Ὀξύη πρὸς τὸ ὕδωρ ἀσαπὴς εἶναι. Λέγεται δὲ κατὰ ἔτυμον (inquiunt Grammatici) διὰ τὸ φύλλα αὐτῆς ἀκανθώδη εἶναι καὶ εἰς ὀξὺ λήγοντα. Quare ut Μελίη, quod proprie fraxinus, figurate hastam fraxineam notat, ita nomen hujus arboris hoc in loco pro hasta ex ea facta. Est autem et abieti similis. Quin Scaliger et Duportus Ὀξύην legunt. *Barnes.*

730. Ὄρνιθος οὕνεκ'] *Boni ominis gratia.* Nam pedis offensio mali quidpiam portendebat. *Brodæus.*

Iolaus veretur, ne ipsius pes offendat, quia id malum habebatur omen. Eandem nunc quoque recentiorum Græcorum opinionem e Guysio docet Prev. *Beck.*

732. Ἔπειγε. ληφθεὶς, δεινὰ πείσομαι, μάχης.] Ita recte distinxit Aldus. Sic etiam Hervagius ed. prima, qui in secunda et tertia versum ita constituit, Ἔπει γε ληφθεὶς, δεινὰ παίσομαι, μάχης. Ἐπεί γε ληφθεὶς dare voluit, verbis ληφθεὶς μάχης hac significatione acceptis, *Si captus ero in prælio.* Veram scripturam primus exhibuit Stiblinus. In ed. Canterianam ex Hervagiana tertia manavit ἔπει γε divisim scriptum. Vitia edd. superiorum a Stiblino sublata sæpe retinet Canteriana. Vide. vv. 177. 395. 967. 1020. *Elmsl.*

λειφθεὶς primus edidit Stiblinus. Recte Brodæus, *nisi pugnæ interfuero.* Simili errore ἐλήφθη pro ἐλείφθη habet Aldus Iph. Taur. 50. Hel. 411. *Elmsl. Addend.*

λειφθεὶς,] H. Stephani emendatio est. Ed. Ald. ληφθείς. *Musg.*

733. δοκῶ] Legendum cum Tyrwhitto: κ' οὐκ ἐγὼ, δοκῶν τι δρᾷν. *Musg.*

Reisk. vulgatum reddit: et ego videor illis, qui me spectant, nihil agere. *Beck.*

734. κῶλον] Κῶλον membrum, pes, lacertus, etc. Vide Iphig. Aul. v. 614. *Barnes.*

736. Σὺ ταῦτα λέξεις,] Legendum haud dubie οὐ ταῦτα λέξεις. *Musg.*

ταῦτα λέξεις,] Ἤγουν ὅτι σπεύδω, καὶ οὐ μόνον δοκῶ. *Barnes.*

Οὐ ταῦτα λέξεις est Reisk. conjectura. Heath. Οὐ ταυτὰ λέξεις. *Beck.*

Εἴθ', ὦ βραχίων, οἷον ἡβήσαντά σε
Μεμνήμεθ' ἡμεῖς, ἡνίκα ξὺν Ἡρακλεῖ
Σπάρτην ἐπόρθεις, ξύμμαχος γένοιό μοι
Τοιοῦτος, οἷος ἂν τροπὴν Εὐρυσθέως
Θείην. ἐπεί τοι καὶ κακὸς μένειν δόρυ.
Ἔστιν δ' ἐν ὄλβῳ καὶ τόδ' οὐκ ὀρθῶς ἔχον,
Εὐψυχίας δόκησις. οἰόμεσθα γὰρ

Utinam, O *meum* brachium, quale te pubescens
Meminimus nos, quando cum Hercule
Spartam expugnâsti, socius sis mihi
Talis! Solus *enim* Eurystheum in fugam
Verterem; quia profecto ignavus *est* ad sustinendam hastam.
Hoc autem etiam in opulentia non recte se habet,
Fortitudinis opinio: putamus enim

742. σύμμαχος 745. Ἔστι δ'

738. θείνοντα P.E. Vide ad v. 272. Participium præteriti temporis θενόντα sententiæ minus convenit. *Elmsl.*

739. Εἰ δή ποθ' ἥξομεν γε.] Sic etiam Scaliger. Noster El. 263. Εἰ δή ποθ' ἥξει γ' εἰς δόμους ὁ νῦν ἀπών. *Elmsl.*

Ἤδη] Optime Tyrwhittus: εἰ δή ποθ' ἥξομέν γε, *siquidem omnino perveniemus.* *Musg.*

Ita jam Heath. correxerat. Mox Reisk. τοῦτο γὰρ ψόφος, *nam hæc mera est jactantia tua.* *Beck.*

740. Φεῦ· Εἴθ' ὦ Βραχίων,] Commune est hoc senibus ingenium, suarum virium et suorum temporum momenta lapsa celebrare. Sic Nestor apud Homerum Iliad. η'. v. 157. et λ'. v. 669. et ψ'. v. 626. Εἴθ' ὡς ἡβώοιμι· βίη δέ μοι ἔμπεδος εἴη. Sic Evandrus apud Virgil. Æn. Lib. VIII. v. 560. *O mihi præteritos referat si Jupiter annos; Qualis eram*, etc. Hinc nos Franciados, Lib. I. v. 602. de Johanne de Luxemburga, vetulo illo bellicoso Bohemiæ rege: *Si placeant consulta parum, mea dextera, princeps, Hæc devota tibi. Atque utinam nunc illa valeret; Qualis eram quondam juvenis, certamine justo Cum stravi Sythicum media Babylone gigantem, Deinde alios Persarum equites ter quinque superbos Barbaricis spoliis pro Christi nomine stravi.* *Barnes.*

741. Μεμνήμεθ' revocandum ex edd. ante Barn. monuit Reisk. *Beck.*

742. Σπάρτην ἐπόρθεις,] Citat Barnesius Schol. ad Or. 451. Pausaniam III. c. 15. p. 244. Apollodorum II. 7, 3. Addit Musgravius Diodorum Siculum IV. 33. Cum omnium fere Herculis laborum particeps fuerit Iolaus, Spartæ expugnationem memorat Euripides, *quia Lacedæmonios caros non habuit*, inquit Barnesius. *Elmsl.*

Σπάρτην ἐπόρθεις,] Spartæ ab Hercule expugnationem commemorant Barnesio citati, Scholiastes ad Orest. v. 451. Pausanias, p. 96. l. 42. Apollodorus, Lib. II. c. 7. sect. 3. Quibus adde Diodor. Sic. Lib. IV. c. 33. Acute vero judicat Barnesius, Euripidem præ odio Lacedæmoniorum hujus calamitatis mentionem injecisse. *Musg.*

Σπάρτην ἐπόρθεις,] Hæc ad historiam spectant, quæ ait, Herculem ob cæsum Œonum, filium Licymnii, Hippocoontidas et Lacedæmoniam bello petiisse, victisque iis et urbe Sparta eversa sub Tyndaro redegisse. Vid. Eurip. Scholiasten ad Orest. v. 451. Pausan. in Laconic. fol. 96. lin. 42, etc. et Apollodor. Biblioth. Lib. II. c. 7. §. 3. Ἑλὼν δὲ τὴν Πύλον, ἐστράτευεν ἐπὶ Λακεδαίμονα μετελθεῖν τοὺς Ἱπποκόωντος παῖδας θέλων, etc. Hoc vero præcipue hic ab Euripide memoratur, quia Lacedæmonios caros non habuit. *Barnes.*

743. οἷος tacite Barnesius. *Solus* om-

Τὸν εὐτυχοῦντα, πάντ' ἐπίστασθαι καλῶς.=
ΧΟ. Γᾶ, καὶ παννύχιος σελάνα,
Καὶ λαμπρόταται θεοῦ
Φαεσιμβρότου αὐγαὶ,
'Αγγελίαν μοι ἐνέγκατ',
'Ιαχήσατε δ' οὐρανῷ,
Καὶ παρὰ θρόνον ἀρχέταν,

Felicem omnia bene scire.
Cho. O Terra, O Luna per totam noctem lucens,
Et splendidissimum Dei
Mortales-illustrantis jubar,
Perferte mihi nuncium,
Vocemque ad cœlum tollite,
Et ad sedem regiam,

750. φαεσίμβροτοι

nes interpretes, præeunte Brodæo. Sed οἶος, *solus*, nusquam, quod sciam, apud Euripidem legitur, semel apud Sophoclem, Aj. 750. Verba οἶος ἂν τροπὴν Εὐρυσθέως θείην significare videntur, ὥστε ἐμὲ τροπὴν Εὐρυσθέως θεῖναι. Alterum tamen exemplum ejusdem constructionis nondum reperi. *Elmsl.*

οἷαν ἂν τροπὴν scribit Reisk. *Beck.*

744. Leg. aut μένει, quod malim, aut κακοῦ, *quia etiam ignavus manet et sustinet aciem*, vel *quia mali quoque est pugnam tolerare. Beck.*

748. Alcmenam et Herculis filios in scena remanere censet Prev. *Beck.*

750. Annon legendum φαεσιμβρότου? Confer tamen Suppl. 208. [479. Med. 353.] Musgravius. Satis constat solem haud raro absolute θεὸν appellari. Neque eo nomine improbanda est vulgata scriptura, quod θεοῦ nullum, αὐγαὶ vero geminum habet epitheton. Ita enim passim loquuntur tragici. Soph. Aj. 134. Τελαμώνιε παῖ, τῆς ἀμφιρύτου Σαλαμῖνος ἔχων βάθρον ἀγχιάλου. Ubi nullum codicem βάθρον ἀγχίαλον habere miror, Bothium ita ex conjectura contra omnes artis criticæ regulas scripsisse non miror. Nostro loco cum Homericum φαεσιμβρότου ἠελίοιο manifesto respexerit poëta, Musgravii emendationem admittere non dubitavi. Ut videant tirones quantulam auctoritatem habeant libri vulgati in terminationibus adjectivorum inter bina substantiva positorum, Aldinam aliquot versuum scripturam subjiciam. Hec. 425. Ὦ τῆς ἀώρου θύγατερ ἀθλίας (ἀθλία primus edidit Porsonus) τύχης. Phœn. 177. Σφάγια δ' ἅμ' αὐτῷ, γῆς φιλαίματοι (φιλαιμάτου Grotius) ῥοαί. Ibid. 213. Ἵν' ὑπὸ δειράσι νιφοβόλοιο (νιφοβόλοις Kingius) Παρνασοῦ κατενάσθην. Hippol. 1192. Τὴν εὐθὺς Ἄργους κἀπιδαυρίας (κἀπιδαυρίαν Valckenarius) ὁδόν. Alc. 1057. Ἔκρυψ' ἐμῆς γυναικὸς ἀθλίου (ἀθλίους Lascaris) τύχας. Ubi ambiguitatis vitandæ caussa ἀθλίους dicere maluit poëta quam ἀθλίας. Rhes. 299. Χρυσέα δὲ πλάστιγξ αὐχένα ζυγηφόρων (ζυγηφόρον) Πώλων ἔκλῃε χιόνος ἐξαυγεστέρων. Adde nostræ fabulæ, vv. 785. 932. Æsch. Prom. 111. Soph. Phil. 1289. *Elmsl.*

Præter Aj. 134. vide Ant. 587. Ὅμοιον ὥστε ποντίαις (vulgo ποντίας ἁλὸς) Οἶδμα δυσπνόοις ὅτ' ἂν Θρῄσσῃσιν ἔρεβος ὕφαλον ἐπιδράμῃ πνοαῖς. Ita legendum e scholiaste. Quod si vidisset Brunckius, emendatione ejus ad v. 598. caruissemus.

Elmsl. Addend.

Φαεσίμβροτοι] Annon legendum φαεσιμβρότου. Confer tamen Suppl. v. 479. *Musg.*

751. ἐνέγκατε, contra metrum edd. omnes præter Aldinam et Hervagianam primam. *Elmsl.*

752. Ἰαχήσατε secundam producit, et ἰαχεῖ infra v. 782. Plura exempla da-

Γλαυκᾷ τ' ἐν Ἀθάνᾳ.
Μέλλω τᾶς πατριώτιδος γᾶς,
Μέλλω περὶ τῶν δόμων,
Ἱκέτας ὑποδεχθεὶς,
Κίνδυνον πολιῷ τεμεῖν σιδάρῳ.—
Δεινὸν μὲν πόλιν ὡς Μυκήνας

Et ad cæsiam Minervam,
Oportet me *pro* patrio solo,
Oportet pro ædibus,
Supplices *in agrum meum* quia recepi,
Periculum cano secare ferro.
Dirum quidem *est*, civitatem, ut Mycenas,

bunt Heathius ad nostrum locum, et Marklandus ad Iph. A. 1036. Dixi ad Soph. Œd. T. 1222. secundam in ἰαχὴ et ἰαχεῖν communem esse, neque quidquam caussæ esse cur scriberetur ἰακχὴ et ἰακχεῖν. Postea vero suspicio mihi oborta est, ἰαχὴ et ἰαχεῖν media correpta e Doricis ἀχὰ et ἀχεῖν, interdum etiam ex Atticis ἠχὴ et ἠχεῖν, librariorum errore nata esse. Quam suspicionem minime absurdam esse ostendent sequentia tragicorum loca. I. Æsch. Theb. 875. Τὸν δυσκέλαδόν θ' ὕμνον Ἐριννύος Ἰαχεῖν, ἀΐδα τ' Ἐχθρὸν παιᾶν' ἐπιμέλπειν. Numerosius esset ἀχεῖν, præcedente scilicet dactylo. Noster Ion. 883. ἀχεῖ Μουσᾶν ὕμνους εὐαχήτους. Scripsit autem Æschylus, ni fallor, ἠχεῖν et Ἀΐδῃ. Ἀΐδῃ Blomfieldius. II. Soph. Trach. 635. Οἵτας παραναιετάοντες. Ibid. 643. Ἰάχων (sic) καναχὰν ἐπάνεισιν. Nemo non videt metro convenientius esse ἀχῶν. III. Eurip. Med. 149. Ἰαχὰν, οἵαν ἁ δύστανος. Ibid. 175. Ἔλθοι, μύθων τ' αὐδαθέντων. Hic etiam antistrophico versui melius respondet ἀχὰν quam ἰαχάν. IV. Phœn. 1055. Ἰαχά τ' ἦν ὅμοιος. Ibid. 1080. Ὁρμήσασ' ἐπ' ἔργον. Lege, Ἀχά τ'. V. Ibid. 1311. Πότερον ἄρα νέκυν ὀλόμενον ἰαχήσω; Ibid. 1326. Ἄποτμος, ἄποτμος ὁ φόνος, ἕνεκεν (ἕνεκ' plurimi codd.) Ἐριννύων. Dochmiacum efficies satis justum legendo ἀχήσω. Sed recte se habere videtur ἰαχήσω secunda producta, etsi non optime respondet Ἐριννύων. VI. Hippol. 582. Ἰαχὰν μὲν κλύω. Syzygia est dochmiaca. Vel legendum ἀχὰν, vel delendum μὲν, quod sine ullo incommodo abesse potest. VII. Iph. A. 1045. Μελῳδοὶ, Θέτιν ἰαχήμασι τόν τ' Αἰακίδαν. Ibid. 1067. Ὃς ἥξει χθόνα λογχήρεσι σὺν Μυρμιδόνων. Malim, Μελῳδοῖς Θέτιν ἀχήμασι. Plura congerere supersedeo. Aoristus autem ἴαχον, quod aliquoties apud Atticos poëtas occurrit, mediam, ni fallor, semper corripit, neque unquam ab iis extra modum indicativum usurpatur. Apud nostrum El. 707. pro ἰάχει malim ἴαχεν prima et secunda brevi. Noster Hel. 1147. Καὶ ἰαχὴ σὴ καθ' Ἑλλανίαν. In quo versu ἰαχὴ non solum secundam corripere videtur, verum etiam primam singulari exemplo producere. Latent, ni fallor, sub literis καὶ ἰαχὴ σὴ verba καίτοι κέκλησαι. Confer v. 993. *Elmsl.*

753. Vocabulum ἀρχέτας, quod ἅπαξ ἁπλῶς λεγόμενον vocat Barnesius, legitur etiam in El. 1149. monente Musgravio. Dicitur θρόνον ἀρχέταν ut τύραννον δῶμα, Hippol. 844. τύραννον ἑστίαν, Androm. 3. Nota autem in hoc versu postremam vocabuli syllabam positione productam ante mutam et liquidam. Quod ne in melicis quidem sæpe fit. Sic ὑπὸ πλάκα apud Soph. Ajac. 1220. κατά τε δρία, Trach. 1014. *Elmsl.*

ἀρχέταν,] Exstat vox Electr. v. 1149. Dicitur autem θρόνον ἀρχέταν, ut Τύραννον ἑστίαν, Androm. v. 3. *Musg.*

παρὰ θρόνον ἀρχέταν,] Ἀρχέτας ὁ, ἀντὶ τοῦ Ἀρχηγέτας, ἤγουν ἀρχηγέτης, ὅ ἐστιν ἄρχων. Ἀρχηγέται δὲ, οἱ ἥρωες ἐπώνυμοι τῶν φυλῶν, καὶ, ὡς ἡμεῖς λέγομεν, οἱ Πατριάρχαι· Vel, ut Hesychius et Phavorinus: θεοὶ ἐν Ἀθήναις. Hinc *sedem regiam*, vel etiam *divinam*, θρόνον ἀρχέταν vocat, ab ἀρχὸς, alludendo ad illam Deo-

Εὐδαίμονα, καὶ δορὸς
Πολυαίνετον ἀλκᾷ,
Μῆνιν ἐμᾷ χθονὶ κεύθειν.
Κακὸν δ', ὦ πόλις, εἰ ξένους
Ἱκτορας παραδώσομεν,
† Καὶ λεύσιμον ἄλγος.

Fortunatam, et armorum
Robore valde celebrem,
Iram adversus meam terram fovere.
Malum vero, O civitas, si hospites
Supplices dedamus,
Et in dolorem per lapidationem.

761. Πολυαινέτου 762. ἐμὲ χθονὶ 764. Ἱκτῆρας 765. Καὶ λεύσιμον Ἄργος.

rum significationem Athenis notam; est autem ἅπαξ ἁπλῶς λεγόμενον. *Barnes.*

754. ἐν superfluit. Brodæus. Idem monuit ad v. 511. Utrobique ἐν *apud* significat, ut passim apud tragicos. Usitatior locutio esset παρ' Ἀθάνᾳ. *Elmsl.*

Quia præpositio ἐν hic locum non habet, Heath. rescribit Γλαυκᾷ τέ γ' Ἀθάνᾳ. *Beck.*

756. περὶ τῶν δόμων] Πρὸ τῶν δόμων, ὑπὲρ τῶν δόμων. *Barnes.*

757. Minime silentio prætereundum ὑποδεχθεὶς activo sensu pro ὑποδεξάμενος adhibitum. Satis scio haud raro permutari κοσμησάμενος et κοσμηθεὶς, στεφανωσάμενος et στεφανωθεὶς, et similia. Sed in verbis hujus generis nihil inter mediam, quam vocant, et passivam formam interest, nisi quod στεφανωσάμενος, verbi caussa, *a se coronatus,* στεφανωθεὶς *ab alio coronatus* plerumque significat. Longe rarius permutantur aoristi verborum quorum aoristus activus nullus sit, medius autem sensum habeat vere activum. Cujus permutationis exempla nonnulla in appendice dabo. Passivum est εἰσδεχθέντες apud Demosthenem adv. Bœotum, p. 1012. ed. Reisk. Passiva sunt etiam ἐδωρήθη apud Soph. Aj. 1029. χειρωθεὶς, Œd. C. 903. Trach. 1059. κτηθεῖσα apud Eurip. Hec. 449. ἐκτήθη apud Thucyd. I. 123. II. 36. Passiva sunt etiam θεαθὲν apud Thucydidem III. 38. βιασθῇ, ibid. 47. βιασθεὶς, IV. 19. βιασθέντες, VII. 11. 43. 45. ὀλοφυρθεὶς, VI. 78. Exempla quæ daturus eram aoristorum mediorum et passivorum promiscue usurpatorum, alio loco et tempore proferam. *Elmsl.*

758. Κίνδυνον τεμεῖν] Hanc locutionem alibi non reperi. *Elmsl.*

Κίνδυνον — τεμεῖν] Sic μαχᾶν τέμνειν τέλος, Pindar. Olymp. III. Antistr. 3. *Musg.*

Κίνδυνον πολιῷ τεμεῖν σιδήρῳ] Τεμεῖν hic, quod alibi κρίνειν, Latine cernere ferro; controversias armis dirimere. *Æmil. Portus.*

Markl. ad Eurip. Suppl. 1215. τεμεῖν κίνδυνον explicat, *secando facere* periculum, i. e. ense, quo secantur et cæduntur hostes, periclitaturus sum. *Beck.*

761. Πολυαίνετον edd. recentiores, ut legisse videtur Brodæus. *Elmsl.*

762. ἐμὲ χθονὶ etiam E. G. Ἐμῇ χθονὶ, H. Stephanus. Ἐμᾷ χθονὶ recte edd. recentiores.

κεύθειν.] *In animo habere,* ut infra v. 879. Sic etiam in Suppl. 305. Ἀλλ' εἰς ὄκνον μοι μῦθος, ὃν κεύθω, φέρει. *Elmsl.*

ἐμᾷ χθονὶ] H. Stephani emendatio est, nisi quod ἐμῇ scribendum putat, non ἐμᾷ. Ed. Ald. et MSS. E. G. ἐμὲ χθονί. *Musg.*

Μῆνιν] Male illi notarunt, quicunque in margine suo scripserunt: Μή νιν Canter. Nec enim ullibi ita Canterum legentem offendi; et hæc loci expositio illam lectionem confodiet: Δεινὸν μέν ἐστι τοῦτο τὸ χρῆμα, ἤγουν ὡς τὴν πόλιν, Μυκήνας λέγω, τὴν εὐδαίμονα καὶ πολεμικὴν, μῆνιν καὶ ὀργὴν ἐν θυμῷ ἔχειν τῇ ἐμῇ χθονί. *Barnes.*

Ζεύς μοι ξύμμαχος, οὐ φοβοῦμαι.
Ζεύς μοι χάριν ἐνδίκως
Ἔχει. οὔ ποτε θνατῶν
† Ἡσσονές ποτ' ἂν, εἴτ' ἐμοῦ φανοῦνται.—
Ἀλλ' ὦ πότνια, (τὸ γὰρ οὖδας

Jupiter *est* mihi belli socius, non metuo:
Jupiter mihi gratiam merito
Habet. Nunquam hostibus
Inferiores videbuntur, quoad hoc, Reges mei.
Sed, O veneranda, solum enim

770. *σὸν γὰρ οὖδας*

763. *Κακὸν δ', ὦ πόλις, εἰ ξένους*
Ἱκτῆρας παραδώσομεν
ΚΑΙ ΛΕΥΣΙΜΟΝ ᾿ΑΡΓΟΣ.

Scaligeri et Duporti conjecturæ, quas apud Barnesium videre est, in metri leges peccant. Canteri autem emendatio: *καὶ δείσομεν Ἄργος* mihi quidem admodum frigida videtur. Mihi in mentem venit:

ΚΑἈΝΑΙΣΙΟΝ ΑΙ'ΣΧΟΣ

quod cum *κακὸν* jungendum, hoc sensu: *Malum enim, imo pessimum opprobrium est, tradere supplices hostibus. αἶσχος* et *ψόγος* jungit noster in Melanippe Fr. XXVI. Ut hic *ἀναίσιον αἶσχος* sic in Troad. 1103. *δύσγαμον αἶσχος*. *Jacobs.*

764. *ἱκτῆρας.*] Metro melius conveniret *ἴκτορας*. vid. ad v. 365. *Musg.*

765. *Καὶ λεύσιμον ἄλγος* vet. cod. apud Stephanum Thes. Ling. Gr. v. *Λεύσιμος*, monente Heathio. Permutantur *Ἄργος* et *ἄλγος* etiam in Suppl. 747. Quamvis *ἄλγος* in textum receperim, minime video quid significet *λεύσιμον ἄλγος*. Exspectares *ἀθάνατον ἄλγος*, ut in Hel. 987. aut aliquid ejusmodi. Raro autem vidi uberiorem conjecturarum segetem. *Καὶ λεύσιμον ἄγος* metro violato legendum censuerunt Scaliger et Duportus, *καὶ δείσομεν Ἄργος* Canterus, *ἐπὶ λεύσιμον ἄλγος* Heathius, *κελεύμασιν Ἄργους* Reiskius.

Θῦμα λεύσιμον, sacrificium exsecrandum, ut recte interpretatur Butlerus, Æsch. Agam. 1127. Sed locum desidero ubi *λεύσιμον* non *lapidatione dignum* sed *lapidatione pejus* significet. Hoc enim postulare videtur *ἄλγος*. Vide v. 247. *Elmsl.*

καὶ λεύσιμον Ἄργος.] Reponit Canterus *καὶ δείσομεν Ἄργος*. Reiskius vero *κελεύμασιν Ἄργους*. Optime, nisi analogia postularet *κελεύσμασιν*. Favet huic conjecturæ MS. E. in quo superscribitur *κελεύσιμον*. *Musg.*

καὶ λεύσιμον Ἄργος] Hic locus cum aperte corruptus sit, Scaliger, ut et Duportus, legit *καὶ λεύσιμον ἄγος*, *Piaculum lapidatione dignum*, nequaquam inepte, si per leges versus stare posset. Henricus Stephanus: *καὶ λεύσιμον ἄλγος*, quod nihilo magis mihi arridet; illius rationes consulat, qui velit: Canterus longe acutius: *καὶ δείσομεν Ἄργος*, ut sit: *εἰ ξένους παραδώσομεν, καὶ δείσομεν Ἄργος*. *Barnes.*

καὶ λεύσιμον Ἄργος] Olim correxeram aut *θωπεύσομεν* aut *καὶ λεύσιμον ἔργον*. Sed neutrum defendere ausim. *Faehse.*

766. *Ζεύς μοι ξύμμαχος, οὐ φοβοῦμαι.*] Non decet sanctum Euripidis calamum sua laude privare, quoties ad nostrarum fere sacrarum literarum majestatem assurgit. Ita enim David, Psalm. xxvii. v. 1. *Κύριος φωτισμός μου καὶ σωτήρ μου, τίνα φοβηθήσομαι; Κύριος ὑπερασπιστὴς τῆς ζωῆς μου, ἀπὸ τίνος δειλιάσω;* *Barnes.*

769. Pro *εἴτ' ἐμοῦ, οὔτ' ἐμοῦ* conjecerunt Stephanus et Scaliger, *οἱ θεοὶ* Canterus, *ἤτ' ἐμοῦ* Duportus, *ἔν γ' ἐμοὶ* vel etiam *μετ' ἐμοῦ* Reiskius, *οὔτε νῦν* Heathius. Quibus omnibus latuerant duo vulgatæ scripturæ fœdissima menda, *ποτε* scilicet quatuor verbis bis adhibitum, et *ἂν* cum futuro *φανοῦνται* conjunctum. Duas emendationes proponit Musgravius vix dignas quæ memorentur. Prima est, *οὔποτε θνατῶν Ἥσσονες πρυτάνεις θεῶν φανοῦνται*. Altera, quæ auctori suo magis placuit, *οὔποτ' ἐθ-*

Γᾶς σὸν, καὶ πόλις, ἇς σὺ μάτηρ,
Δέσποινά τε καὶ φύλαξ)
Πόρευσον ἄλλᾳ τὸν οὐ δικαίως
Τᾷδ' ἐπάγοντα δορύσοντα
Στρατὸν Ἀργόθεν. οὐ γὰρ ἐμᾷ γ' ἀρετᾷ

Terræ *hujus* tuum *est*, et *hæc* urbs, cujus tu mater
Et domina, et custos,
Abige alio eum, qui non juste
Huc adducit armatum
Exercitum ab Argis. Haud enim ob meam virtutem

771. μήτηρ, 773. Πόρευσον, ἀλλὰ 774. Τὰ δ' ἐπάγοντα

νείων Ἧσσον' ἐς τόδ' ἄνακτ' ἐμῷ φανοῦνται. Vertit Portus, *Nunquam mortalibus inferiores dii videbuntur.* Ita Æsch. Theb. 520. Κοὔπω τις εἶδε Ζῆνά του νικώμενον. Mendum videtur esse in literis ΠΟΤΑΝΕΙΤ ΕΜΟΥ. *Elmsl.*

Pro εἴτ' ἐμοῦ, H. Stephanus οὔτ' ἐμοῦ, quo sensu, non satis intelligo. Canterus maluit: οἱ θεοί. Tentabam: Ἥσσονες πρυτανεῖς θεῶν φανοῦνται, cui speciem dat Æschyl. Prometh. v. 169. Sed præ omnibus placet:

— οὔτοτ' ὀθνείων
ἥσσον' ἐς τόδ' ἄνακτ' ἐμῷ φανοῦνται.

Nunquam Reges mei (sc. Demophoon et Acamas) *alienigenis inferiores, quoad hoc, invenientur.* De voce ὀθνεῖος sic Pollux, Lib. III. sect. 54. ξένος — ἀλλόδημος, ἀλλόγλωσσος. τὸ δὲ ὀθνεῖος, ποιητικώτερον.

ἐς τόδ', ut εἰς θυγατέρας, εἰς τέκνα, Orest. v. 534. et 535.

Neque obstat, quod imperium penes unum Demophontem erat, de quo diximus ad v. 36. ἄνακτες enim et ἄνασσαι dici solent, quicunque regem aliquem genere attingunt. vid. ad Hippol. v. 87. Soph. Œd. Tyr. v. 85. vel etiam alii, ut Œd. Tyr. v. 930. infra huj. fab. v. 1055. *Musg.*

Ἥσσονές ποτ' ἂν, εἴτ' ἐμοῦ φανοῦνται] Henric. Stephanus et Josephus Scaliger οὔτ' pro εἴτ' legunt: Duportus ἦτ', pari, ut mihi videtur, successu, id est, nullo. Gul. Canterus pro εἴτ' ἐμοῦ legit οἱ θεοὶ, quæ lectio, excepto, quod corruptionis εἴτ' ἐμοῦ vestigia habeat pauca, nullis objectionibus impetitur. *Barnes.*

εἴτ' ἐμοῦ sensui obstare censet Prev. et postulari vocabulum, quod sit præcipuum totius loci. Itaque corrigitur:

— οὔ ποτε θνατῶν
Ἥσσονες ποτ' ἂν οἱ θεοὶ φανοῦνται.

" Les dieux ne seront pas vaincus par de foibles mortels." *Beck.*

Forte, ἔν γ' ἐμοὶ, *quantum quidem in me sit virium et voluntatis, mortalium nemini succumbent hi Heraclidæ.* vel potius μετ' ἐμοῦ, *mecum. Reisk.*

770. Primus pes spondeus est, cui in antistrophico respondet dactylus, secundus pæon primus, tertius bacchius. Similis est v. 894. modo Ἀφροδίτα primam corripiat. *Elmsl.*

σὸν γὰρ οὖδας.] Legendum, metro postulante, τὸ γὰρ οὖδας. *Musg.*

771. Reisk. distinguit ita: γᾶς, σὸν καὶ πόλις, scil. ἔργον, vel κτῆμα. *Beck.*

773. Videtur scribendum ἄλλῃ. Canterus. *Elmsl.*

ἄλλᾳ] Canteri emendatio est. Ed. Ald. ἀλλὰ. *Musg.*

ἄλλᾳ] Ita ob sensum metrumque scribo pro ἀλλὰ, quod utrique incommodum erat; idque Cantero, Scaligero, Porto, Duporto auctoribus. *Barnes.*

774. Τᾷδ' ἐπάγοντα primus edidit Hervagius ed. secunda.

Verbum est δορύσσω, futurum δορύσω, cujus participium frustra solicitant viri docti [Reiskius et Musgravius] in Eurip. Heracl. 774. Ad verbum δορύσοντα reddas *hasta pugnaturum.* Brunckius ad Soph. Aj. 1188. Δορυσσόντων μόχθων ἄταν ἐπάγων. Nostro loco δορύσσοντα metro repugnante Commeliniana et sequentes ante Musgravium. *Elmsl.*

Δίκαιός εἰμ' ἐκπεσεῖν μελάθρων.—
'Αλλ' ἐπὶ σοὶ πολύθυτος ἀεὶ
Τιμὰ κραίνεται, (οὐδὲ κεύθει
Μηνῶν φθινὰς ἁμέρα)

Æquum est me expelli ex atriis meis.
Enimvero tibi multorum-sacrificiorum semper
Honor constat, neque obliviscitur
Mensium ultima dies,

777. 'Αλλ' ἐπεὶ σοὶ πολύθυτος αἰεὶ

δορύσσοντα] Ita Ed. Ald. et reliquæ usque ad Commelinianam, quæ, nullo auctore, dedit δορύσσοντα. Exstat sane ea vox Soph. Ajac. v. 1207. Hic tamen metro adversatur. An legendum δορυέντη, *ferro instructum*. *Musg.*

δορυσσόεντα Reisk. *Beck.*

775. s. οὐ γὰρ ἐμᾷ γ' ἀρετᾷ, κ. τ. ἑ.] Recte Portus, *Haud enim ob meam virtutem æquum est me expelli ex* mearum ædium *atriis*. Male Stiblinus consentiente Brodæo, *Non enim meapte virtute possum profligare ab atriis.* Cum dativo ἐμᾷ γ' ἀρετᾷ confer vv. 475. 660. 789. De locutione ab Herodoto aliisque frequentata, δίκαιός εἰμι, *æquum est me*, quæ supra legitur, v. 143. consulendus Marklandus ad Suppl. 197. 'Εγὼ δίκαιός εἰμ' ἀφηγεῖσθαι τάδε. *Elmsl.*

776. Δίκαιός εἰμ', *debeo*. vid. ad v. 143. *Musg.*

Δίκαιός εἰμ'] Οἷός τ' εἰμὶ, *possum*. Non ego mea virtute hostes propellere valeo; nisi Deus conatibus meis adspirarit. Ita supra v. 143. Δίκαιοι δ' ἐσμὲν οἰκοῦντες πόλιν Αὐτοὶ καθ' αὐτῶν κυρίους κραίνειν δίκας. Nos certe sufficimus ipsi inter nos æquitatem ministrare. Vid. quæ nos ad Suppl. v. 197. *Barnes.*

777. 'Αλλ' ἐπεὶ σοι (sic) Hervagiana secunda. 'Αλλ' ἐπεί σοι Brubachiana, Hervagiana tertia et Stibliniana. 'Αλλ' ἐπί σοι edd. recentiores. *Elmsl.*

De Panathenæis hic loqui poëtam extra dubium est, quæ πολύθυτα fuisse docebit Scholiastes ad Nub. Aristoph. v. 384. *Musg.*

'Αλλ' ἐπί σοι πολύθυτος αἰεὶ Τιμὰ κραίνεται] Alludit ad Festa in honorem Minervæ Athenis celebrari solita, de qua re vide Johannis Meursii Panathenæa, singularem librum. *Barnes.*

778. κρίνεται E. Nostro loco verba οὐδὲ κεύθει *neque latet* significant, i. e. *neque celebratione carent. Elmsl.*

κραίνεται,] MS. E. κρίνεται.

λήθει. *obliviscitur*. Ita MS. E. Sensus est: *Tibi quidem honor* πολύθυτος *sancitur*, i. e. Panathenæorum festum tibi soli sacrum, *sed neque obliviscitur*, i. e. inter reliquos Deos colit, *ultima mensium dies*, i. e. ἱερομηνία, vel νεομηνία. Vox enim Μηνῶν indicat, poëtam de festo quodam menstruo loqui. Pro λήθει Ed. Ald. et reliqui MSS. [imo alter MS. Elmsl.] κεύθει.

Retinendum κεύθει, quod pro κεύθεται ponitur, vid. Æschyl. Sept. Theb. 594. Soph. Ajac. 641. Electr. 871. Œd. Tyr. 978. Antigon. 978. *Musg.*

Sine causa Scal. emendat οὐδ' ἐ κεύθει. nam κεύθειν sæpe passive ponitur. Si quid immutandum esset, mallem οὐδέ γ' εὕδει. *Reisk.*

779. Hesychius a Musgravio allegatus: Φθινὰς ἁμέρα. τὴν ἱσταμένου τρίτην τριμήνιον λέγει. Num legendum, τὴν ἱσταμένου τρίτῃ ἱερομηνίαν λέγει? Absurda quidem est hæc interpretatio, nec tamen auctore suo indigna. Ultimum mensis diem, τὴν ἕνην καὶ νέαν, nostro loco intelligi censent Brodæus aliique plerique. Quam interpretationem libentius amplecterer, si constaret ultimum mensis diem, haud secus atque primum, religioso cultu apud Athenienses celebratum esse. Nec video quid obstet quo minus ad mentem Musgravii νουμηνίαν sive kalendas hic intelligamus. Nullus enim dies majori jure φθινὰς ἡμέρα appellari potest, quam is in quo fit solis et lunæ coitus. Quem *interlunii diem* appellat Plinius XVI. 39. νουμηνίαν κατὰ σελήνην Thucydides II. 28. qui monet solem eo solo die deficere. Verba autem κατὰ σελήνην addidit Thu-

Νέων τ' ἀοιδαὶ, χορῶν τε μολπαί.
Ἀνεμόεντι δέ γ' ἐπ' ὄχθῳ,
Ὀλολύγματα παννυχίοις ὑπὸ παρ-
θένων ἰαχεῖ ποδῶν κρότοισι.==

Templorumque carmina, chororumque lusus.
Ventoso autem in colle
Ululatus resonant nocturnis plausibus
Pedum virginum.

780. Ναῶν τ' ἀοιδαὶ, 783. κρότοισιν.

cydides, propterea quod *νουμηνία πολιτικὴ* cycli Metonici non semper in veram *νουμηνίαν* incidebat. *Elmsl.*

φθινὰς ἀμέρα] Hesychius: *φθινὰς ἀμέρα τὴν ἱσταμένου τρίτην τριμήνιον λέγει.* Sacrorum quolibet mense pro salute civitatis factorum meminit Etymologus M. v. *Ἐπιμήνια,* quocum conferendus Harpocration eadem voce, ut et Hesychius v. *Ἐπίμηνοι.* Idem et a privatis fieri mos erat. vid. Virg. Eclog. I. 44. Horat. Lib. III. Od. 23. Tibull. Lib. I. Eleg. 3. v. 34. Ad utra horum referas *ἔμμηνα ἱερὰ* memorata Sophocli Electr. 283. parum sane interest. Ipsis noviluniis celebrata esse docent Horatius et Hesychius, quod et obscurius significat Euripidis *φθινὰς ἀμέρα.* Confer, si plura vis, Thucyd. III. 56. cum Il. 4. *Musg.*

Μηνῶν φθινὰς ἀμέρα] Mensis Græcorum trifariam erat divisus, decem priores dies dicti erant *μεὶς ἀρχόμενος,* decem medii *μέσος,* decem ultimi *φθίνων*; adeo ut *πρώτη ἀρχομένου* esset primus, *πρώτη μέσου* undecimus, *πρώτη φθίνοντος,* vel *ἀπιόντος,* vicesimus primus, etc. Hæc festa Minervalia celebrabantur, *Μηνὸς φθίνοντος*: Panathenæa enim minora erant celebrata postridie Bendidæorum, quæ vicesima Thargelionis agebantur; majora autem vicesimo tertio hecatombæonis. *Barnes.*

ἀλλ' ἐπεί. f. *ἀμέλει.* *Reisk.*

780. Heathius priorem vocabuli *ναῶν* syllabam propter vocalem sequentem corripi posse censet. Frustra de metro solliciti sunt viri docti. Versus constat e dipodia iambica, cretico et bacchio. Vide vv. 776. 783. Similes sunt sedecim apud Æschylum in primo Agamemnonis *μέλει,* quorum primus est, v. 200. *Πνοαὶ δ' ἀπὸ Στρυμόνος μολοῦσαι.* Adde Æsch. Suppl. 549.* 558. 570. 579.* 602.* 607.* Soph. Œd. C. 698. 700. 702. 711.* 713. 715.* 1567. 1578. Quorum qui asterisco notantur primam syllabam producunt. Nostro loco non metro quidem sed sensui repugnare videtur *ναῶν,* cujus loco *νέων* reposui. Cui scripturæ favere videtur Pindarus Pyth. V. 138. *τὸν ἐν ἀοιδᾷ νέων πρέπει χρυσάορα Φοῖβον ἀπύειν.* *Elmsl*

μολπαί.] Non displiceret, nisi in præcedente commate esset *ἀοιδαί.* Nunc legendum, ni fallor, *πομπαί.* Sed utrum *χορῶν πομπαὶ,* an *κόρων,* præstiterit, non definio. *Musg.*

Ναῶν τ' ἀοιδαὶ, χορῶν τε μολπαί.] An *νεῶν,* juvenum, vel puellarum, id certe versus postulare videtur. *Barnes.*

ἀοιδαὶ, subintell. *κεύθουσι.* *non silent cantiones. Reisk.*

781. *Ἀνεμόεντι δέ γ' ἐπ' ὄχθῳ,*] *Imo et in ventoso colle.* In Acropoli scilicet, quæ *Παλλάδος ὄχθος* appellatur Ion. 12. monente Musgravio, *ἐλαιοφόρος ὄχθος,* Herc. 1169. *Elmsl.*

ἐπ' ὄχθῳ in Acropoli, quæ *Παλλάδος ὄχθος* vocatur, Ion. v. 12. Ovid. Metam. Lib. II. v. 711.

> Illo forte die castæ de more Puellæ
> Vertice supposito festas in Palladis arces
> Pura coronatis portabant sacra canistris.

vid. et Suidam v. *κανηφόροι.* *Musg.*

Ut metrum antithetico respondeat, legendum:

Ἀνεμόεντι δὲ κἀπ' ὄχθῳ hephthemimeris dactylica. *Heath.*

782. s. Ordo est, *ὀλολύγματα ἰαχεῖ ὑπὸ παννυχίοις κρότοισι παρθένων ποδῶν.* *Resonant ululatus ad nocturnos plausus virgineorum pedum.* *Παρθένων ποδῶν* ut *παρθένῳ χερὶ,* Phœn. 852. Cum hoc loco con-

ARGUMENTUM ACTUS QUARTI.

Nuntius, Alcmenæ servus, egregie describit victoriam, quam de Eurystheo reportarant Hyllus, Iolaus et Athenienses: qua narratione manumissionem ab Alcmena meretur; quæ mirifice ob hæc lætatur et nepotibus gratulatur de reliquæ vitæ spe. Chorus serio secum triumphat, docens Eurysthei exemplo, Deum semper quasi acie explicata superbis adversari, modestos e contra juvare et extollere. Denique Herculem inter Deos relatum certis argumentis colligit.

ΘΕ. Δέσποινα, μῦθους σοί τε συντομωτάτους
Κλύειν, ἐμοί τε τούσδε καλλίστους φέρω,

Fam. O Domina, nuncios tibi brevissimos
Auditu, et mihi huic pulcherrimos, fero,

785. ἐμοί τε τῷδε

fer omnino Tro. 547. παρθένοι δ' Ἀέριον ἀνὰ κρότον ποδῶν Βοὰν ἔμελπον εὔφρον'.

782. Ὀλολύγματα] *Festi ululatus*, Musgravius. Ita intelligendus Soph. Trach. 205. Ἀνολολύξεται δόμος Ἐφεστίοις ἀλαλαγαῖς Ὁ μελλόνυμφος· ἐν δὲ κοινὸς ἀρσένων Ἴτω κλαγγά. Xenoph. Anab. IV. 3. 19. allegatus a Blomfieldio ad Æsch. Theb. 254. Ἐπαιάνιζον πάντες οἱ στρατιῶται, καὶ ἀνηλάλαζον, ξυνωλόλυζον δὲ καὶ αἱ γυναῖκες ἅπασαι. Interdum καταχρηστικῶς de viris dicitur ὀλολύζειν. Vide Æsch. Agam. 604. Aristoph. Eq. 616. 1327. Pac. 97. Hoc autem differunt ὀλολύζειν et *ululare*, quod ὀλολύζειν semper, si bene memini, de re læta dicitur. Æsch. Theb. 831. Πότερον χαίρω, κἀπολολύξω Πόλεως ἀσινεῖ σωτῆρι, Ἢ τοὺς μογεροὺς καὶ δυσδαίμονας Ἀτέκνους κλαύσω πολεμάρχους; Eurip. Med. 1173. Εἶτ' ἀντίμολπον ἧκεν ὀλολυγῆς μέγαν Κωκυτόν. El. 690. Ὡς ἢν μὲν ἔλθῃ πύστις εὐτυχὴς σέθεν, Ὀλολύξεται πᾶν δῶμα. θνήσκοντος δέ σου, Τἀναντί' ἔσται τῶνδε. Vide tamen Soph. El. 750.
Elmsl.

Soph. El. 749. Στρατὸς δ' ὅπως ὁρᾷ νιν ἐκπεπτωκότα Δίφρων, ἀνωλόλυξε τὸν νεανίαν, Οἷ' ἔργα δράσας οἷα τυγχάνει κακά. Trach. 785. Ἅπας δ' ἀνηυφήμησεν οἰμωγῇ λεώς, Τοῦ μὲν νοσοῦντος, τοῦ δὲ διαπεπραγμένου. Utrobique insigne καταχρήσεως exemplum. *Elmsl. Addend.*

Ὀλολύγματα] *Festi ululatus*. Orest. v. 1136. fœminarum tamen Polluc. Lib. I. sect. 28.

782. s. ὑπὸ — ἰαχεῖ.] Tmesis pro ὑπιαχεῖ, vel potius ὑπιακχεῖ. Sic enim scribendum. vid. ad Helen. v. 1486. *Musg.*

Ὀλολύγματα παννυχίοις] De his nocturnis circa sacra vociferationibus supra Euripides in Troad. v. 1063. Φροῦδαί σοι θυσίαι, χορῶν τ' εὔφημοι κέλαδοι κατ' ὄρφναν, σεμναί τ' ὀλολυγαί. Vid. quæ nos ibi ad v. 1065. et Iphigen. Taur. v. 1338.
Barnes.

Verte: *Vociferationes resonant concinentibus per totam noctem virgineorum pedum plausibus.* Verbum ἰαχεῖ penultimam producit, ut Helen. 1486. Herc. Fur. 349. Troad. 826. Electr. 1140.
Heath.

784. Diversus, ni fallor, est hic Θεράπων a superiore. Ille enim Hylli, hic Alcmenæ servus est. Contra nuntius, qui v. 784. Eurystheum captivum ad Alcmenam ducit, fortasse eadem est persona, quæ hic Θεράπων appellatur. Nonnihil de hac quæstione habet Beckius III. p. 1081. (Vid. ad init. h. fab.)
Elmsl.

ΘΕ. Δέσποινα, μύθους σοί τε συντομωτάτους
ΚΛΥΕΙΝ ἘΜΟΙ ΤΕ τῷδε καλλίστους φέρω.
νικῶμεν ἐχθροὺς καὶ τρόπαι' ἱδρύεται.

Verba ἐμοὶ τῷδε pro *mihi* simpliciter dicta esse volunt. Quod ut fieri posse concedamus, sensus tamen, qui inde existit, is est, quem nemo facile in elegantissimo poëta concoquat. *Affero nuntium, tibi quidem* auditu *brevissimum, mihi autem* auditu *pulcherrimum*. Nullus igitur dubito vocem ἐμοὶ in mendo cubare et legendum esse:

Δέσποινα, μύθους, σοί τε συντομωτάτους
ΚΛΥΕΙΝ, ΛΕΓΕΙΝ ΤΕ τῷδε καλλίστους φέρω.

Ita et v. κλύειν habet quod ei opponatur,

Νικῶμεν ἐχθροὺς, καὶ τροπαῖ' ἱδρύεται,
Παντευχίαν ἔχοντα πολεμίων σέθεν.
ΑΛ. Ὦ φίλταθ', ἥδε σ' ἡμέρα διήλασεν
Ἠλευθερῶσθαι τοῖσδε τοῖς ἀγγέλμασι.
Μιᾶς δέ μ' οὔπω ξυμφορᾶς ἐλευθεροῖς.

Vincimus hostes, et collocantur trophæa,
Quæ habent universa arma tuorum hostium.
Alc. O charissime, iste dies egit te *huc*,
Uti liber fias propter hos nuncios.
Nondum tamen liberas me ab una quadam difficultate:

786. τρόπαι' 788. ἤδέ σ' 790. συμφορᾶς

et τῷδε recte pro ἐμοὶ ponitur. Quod prius illud attinet v. Brunck. ad Sophocl. Œdip. T. 534. Antithesis autem τοῦ λέγειν et κλύειν poëtarum usu tritissima. Pherecrates Comicus ap. Plutarch. T. II. p. 1141. D.

Λέξω μὲν οὐκ ἄκουσα· σοί τε γὰρ ΚΛΥΕΙΝ
Ἐμοὶ δὲ ΛΕΞΑΙ θυμὸς ἡδονὴν ἔχει.

Sophocles Philoct. 24.

Ὡς τἀπίλοιπα τῶν λόγων σὺ μὲν ΚΛΥΗΙΣ
Ἐγὼ δὲ ΦΡΑΖΩ.

Euripides in Suppl. 109.

σὸν τὸ μηνύειν ἐμοὶ
Ἡμῶν δ' ἀκούειν.

in Philoct. ap. Aristotel. Rhet. c. 19. (Fragm. XIII.)

λέξω δ' ἐγὼ κἄν μου διαφθείρας δοκῇ
λόγους ὑποστὰς αὐτὸς ἠδικηκέναι·
ἀλλ' ἐξ ἐμοῦ γὰρ τἀμὰ μαθήσῃ (Musgr. φρασθήσῃ) κλύων
Ὁ δ' αὐτὸς αὐτὸν ἘΜΦΑΝΙΕΙ ΣΟΙ λέγων.

Postremus versus fortasse sic corrigendus:

Ὁ δ' αὐτὸς αὐτὸν ἘΜΦΑΝΗ ΘΗΣΕΙ λέγων.

θήσει pro ποιήσει poëtarum, inde ab Homeri ævo, more perpetuo. In nostra Tragœdia Alcmena, nuntio de victoria audito, de suorum vita atque salute sollicita

φόβος, inquit, εἴ μοι ζῶσιν, οὓς ἐγὼ θέλω.
ΘΕ. Ζῶσιν· μέγιστόν γ' εὐκλεεῖς κατὰ στρατόν.
ΑΛ. Ὁ μὲν γέρων ΟΥ̓Κ ἔστιν Ἰολέως ὅδε.

Ad postremum versum hæc animadvertit Musgravius: "Sic lego, deleta interrogationis nota. Loquitur tanquam de Iolao desperans vel timori certe quam spei propior." Vix credo. Nam ea quæ præcedunt et quæ sequuntur hunc versum, alium sensum suadere videntur. Si enim usum loquendi Euripideum recte teneo, interrogatio quædam præcedere debuit hæc Nuntii verba:

μάλιστα· πράξας δ' ἐκ θεῶν κάλλιστα δή.

ut adeo interrogationis notam, si a Codicibus abesset, audacter reponerem. Deinde vero, ad μάλιστα non supplendum esset, ἐστι, ut Musgravio placet, sed οὐκ ἐστι id quod sensui et rerum veritati prorsus contrarium. Scribendum itaque, ni me omnia fallunt:

Ὁ μὲν γέρων οὖν ἐστιν Ἰολέως ὅδε;

Vivitne igitur et spirat adhuc Iolaus senex? Ad hæc Nuntius, μάλιστα, *omnino vivit*, respondet. *Jacobs.*

785. Pro frigido illo τῷδε dedi de meo τούσδε. Ordo videtur esse, μύθους τούσδε καλλίστους φέρω, σοί τε συντομωτάτους κλύειν, ἐμοί τε [συντομωτάτους λέγειν.] Vide Soph. Œd. T. 1234. Vel, μύθους τούσδε φέρω, σοί τε συντομωτάτους κλύειν, ἐμοί τε καλλίστους [λέγειν]. De ellipsi vide ad v. 312. *Elmsl.*

ἐμοί τε τῷδε] Et mihi huic nuntio rerum lætarum; quia erat illi Εὐαγγέλιον, quod Hispanice *los Albricios* vocatur, donandum; ut brevi post libertate donatum ab Alcmena videmus, v. 788. Ὦ φίλταθ', ἥδε σ' ἡμέρα διήλασεν Ἠλευθερῶσθαι τοῖσδε τοῖς ἀγγέλμασι. *Barnes.*

ἐμοί τε. f. ἐρεῖν τε. *Et tibi brevissimo*

Φόβος γὰρ εἴ μοι ζῶσιν, οὓς ἐγὼ θέλω.
ΘΕ. Ζῶσιν, μέγιστόν γ' εὐκλεεῖς κατὰ στρατόν.
ΑΛ. † Ὁ μὲν γέρων οὐκ ἔστιν Ἰόλεως ὅδε;
ΘΕ. Μάλιστα, πράξας γ' ἐκ θεῶν κάλλιστα δή.
ΑΛ. Τί δ' ἔστι; μῶν τι κεδνὸν ἠγωνίζετο;
ΘΕ. Νέος μεθέστηκ' ἐκ γέροντος αὖθις αὖ.
ΑΛ. Θαυμάστ' ἔλεξας. ἀλλά σ' εὐτυχῆ φίλων

Metuo enim an mihi vivant, quos opto *vivere*.
Fam. Vivunt maxime gloriosi in exercitu.
Alc. Senex ergo num adhuc superstes est, Iolaus hic noster?
Fam. Maxime, idque re pulcherrime gesta Deorum favore.
Alc. Quod vero est? num quod præclarum *facinus* in prælio fecit?
Fam. Factus est juvenis rursus ex sene.
Alc. Mira dicis: sed te prosperam amicorum

793. F. Ὁ μὲν γέρων οὖν ἔστιν Ἰόλεως ἔτι; 794. πράξας δ' 795. Τίδ' ἐστι;

auditu, et mihi enunciatu pulcherrimo. τῷδε, *huic homini,* i. e. *mihi. Reisk.*

786. τρόπαι' ἱδρύεται,] Vid. quæ nos infra ad v. 937. *Barnes.*

788. Nescio quid significet διήλασεν, cujus loco διήνυσεν reponendum censet Reiskius. Paullo melius esset διήγαγεν. Soph. El. 781. ἀλλ' ὁ προστατῶν Χρόνος διῆγέ μ' αἰὲν ὡς θανουμένην. Ibidem v. 855. παραγάσης pro παραγάγης habet Aldus. *Elmsl.*

Forte διήνυσεν (nisi διήλασεν idem significat), *perfecit, eo rem adegit, in caussa est, ut libertate doneris. Reisk.*

791. Noster Med. 187. Δράσω τάδ'. ἀτὰρ φόβος εἰ πείσω Δέσποιναν ἐμήν. Ibid. 926. Ἔτικτον αὐτούς. ζῆν δ' ὅτ' ἐξηύχου τέκνα, Εἰσῆλθέ μ' οἶκτος, εἰ γενήσεται τάδε. *Elmsl.*

Φόβος γὰρ, εἴ μοι ζῶσιν, οὓς ἐγὼ θέλω.] De Hyllo, nepote, et Iolao, sene amico, pia mulier angebatur. *Barnes.*

ζῶσιν,] Scilicet Hyllus et reliqui Herculis filii, qui prælio interesse potuerunt. *Beck.*

793. οὐκ ἔστιν] *Salvusne est?* Brodæus. Quasi in libro suo σῶς ἐστιν invenerit. Vide nostrum Suppl. 653. incertum Rhes. 521. Deinde cum certum sit Iolaum post v. 747. non amplius in scenam prodire, non video quid significet ὅδε in fine versus. Vertit Musgravius, deleto interrogationis signo, *At ille certe non vivit, Iolaus ille quem hic vidisti.* Quam interpretationem ne auctori quidem suo magnopere placuisse credo. Legendum videtur, Ὁ μὲν γέρων οὖν ἔστιν Ἰόλεως ἔτι; Ita noster Iph. T. 538. Θέτιδος δὲ τῆς Νηρῆδος ἔστι παῖς ἔτι; Οὐκ et οὖν sæpe permutari nemo nescit. Bis in una fabula, Soph. Œd. C. 587. (ubi οὖν præbet altera Juntina) 1199. *Elmsl.*

οὐκ ἔστιν, Ἰόλεως ὅδε;] Sic lego, deleta interrogationis nota. Loquitur, tanquam de Iolao desperans, vel timori certe, quam spei, propior. *At ille certe non vivit, Iolaus ille, quem hic vidisti.* ἔστιν, *vivit*, ut Hippol. v. 1179. *Musg.*

οὐκ ἔστιν] Nonne vivit? Εἰμὶ pro ζάω vid. Hippolyt. v. 357. *Barnes.*

794. πράξας γ' P. E. *Elmsl.*

796. Νέος μεθέστηκ' ἐκ γέροντος] Plutarchus hunc locum respicit: Ὁ Εὐριπίδου Ἰόλαος, ἐξ ἀδρανοῦς καὶ παρήλικος, εὐχῇ τινὶ νέος καὶ ἰσχυρὸς ἐπὶ τὴν μαχην ἄφνω γέγονεν. Ὁ δὲ τῶν Στωϊκῶν σοφὸς χθὲς μὲν ἦν ἔχθιστος ἅμα καὶ κάκιστος, τήμερον ἄφνω μεταβέβηκεν εἰς ἀρετήν. *Brodæus.*

799. σημανεῖ P. E. In verbis hujus formæ præsens pro futuro passim reposuerunt librarii. Vide Æsch. Suppl. 531. Soph. Œd. C. 837. Ant. 242. Trach. 872. Eurip. Androm. 1051. *Elmsl.*

801. Κατὰ στόμα] *Face to face.* Incertus Rhes. 406. Θρῃκῶν ἀρίστοις ἐμ-

Μάχης ἀγῶνα πρῶτον ἀγγεῖλαι θέλω.
ΘΕ. Εἷς μου λόγος σοι πάντα σημανεῖ τάδε.
Ἐπεὶ γὰρ ἀλλήλοισιν ὁπλίτην στρατὸν
Κατὰ στόμ' ἐκτείνοντας ἀντετάξαμεν,
Ἐκβὰς τεθρίππων Ὕλλος ἁρμάτων πόδα,
Ἔστη μέσοισιν ἐν μεταιχμίοις δορὸς,
Κἄπειτ' ἔλεξεν, Ὦ στρατήγ', ὃς Ἀργόθεν

Pugnæ dimicationem primum narrare volo.
Fam. Una mea oratio omnia tibi significabit hæc.
Postquam enim alteri alteris armatum exercitum
In fronte extendentes opposuimus,
Hyllus quadrijugis ex curribus efferens pedem,
Constitit in medio spatio utriusque exercitus instructi,
Et deinde dixit: O dux qui ab Argis

799. σημαίνει 801. ἐκτείνοντες 803. Ἔστη

πεσῶν κατὰ στόμα. Sic etiam vv. 487. 507.

ἐκτείνοντας P. E. *Productos.* Ἐκτείνοντες e verbo ἀντετάξαμεν natum est. Ex eadem caussa dedit Aldus in Suppl. 134. Τί γὰρ λέγουσιν, ὅσια χρήζοντες (χρήζοντος) σέθεν. Ἐκτείνειν hic intransitivum est, ut in Suppl. 664. Τευχεσφόρον μὲν λαὸν ἐκτείνοντ' ἄνω Ἰσμήνιον πρὸς ὄχθον. Ad quem locum hæc habet Marklandus: Ἐκτείνοντας Reiskius. Ἐκτείνοντα *est, ut puto,* ἐκτείνοντα ἑαυτὸν, extendentem seipsum, *i. e.* ἐκτεινόμενον, extensum. *Nam* ἐκτείνοντας, *opinor, est mendum preli, pro* ἐκτείνοντα. Ita in priore editione vir humanissimus. In altera, ut etiam magis Reiskio parceret, duo vocabula ἐκτείνοντας Reiskius delevit. Nostro loco nemini, opinor, durum videbitur στρατὸν — ἐκτείνοντας. Ita noster Hec. 38. Κατέσχ' Ἀχιλλεὺς πᾶν στράτευμ' Ἑλληνικὸν, Πρὸς οἶκον εὐθύνοντας ἐναλίαν πλάτην. Ubi consulendus Porsonus. Soph. Phil. 356. καί μ' εὐθὺς ἐν κύκλῳ στρατὸς Ἐκβάντα πᾶς ἠσπάζετ', ὀμνύντες βλέπειν Τὸν οὐκέτ' ὄντα ζῶντ' Ἀχιλλέα πάλιν. Adde Æsch. Prom. 805. *Elmsl.*

Præter Suppl. 134. conferantur sequentia tragicorum loca. Noster Iph. A. 89. Κάλχας δ' ὁ μάντις ἀπορίᾳ κεχρημένος Ἀνεῖλεν, Ἰφιγένειαν, ἣν ἔσπειρ' ἐγὼ, Ἀρτέμιδι θῦσαι. Κεχρημένοις recte Heathius et Marklandus. Soph. Œd. T. 1452. Οὑμὸς Κιθαιρὼν οὗτος, ὃν μήτηρ τ' ἐμοὶ Πατήρ τ' ἐθέσθην ζῶντε κύριον τάφον. Ζῶντι Toupius. Æsch. Pers. 831. Πρὸς ταῦτ' ἐκεῖνον σωφρονεῖν κεχρημένοι (κεκτημένοι de suo Brunckius) Πινύσκετ' εὐλόγοισι νουθετήμασι. Lego, σωφρονεῖν κεχρημένον, *sapientiæ inopem,* atque ideo σωφρονιστοῦ δεόμενον. Κέχρημαι enim cum genitivo idem significat ac δέομαι, *egeo, opus habeo.* Noster Cycl. 87. ἀμφὶ δ' αὐχέσι Τεύχη φέρουσι κενὰ, βορᾶς κεχρημένοι, Κρωσσούς θ' ὑδρηλούς. Ita legendum. Ibid. 97. εἴτε τις θέλει Βορὰν ὀδῆσαι ναυτίλοις κεχρημένοις. Sic etiam πώματος κεχρημέναι, Ion. 1199. Eadem locutio, σωφρονεῖν κεχρημένον, eidem poëtæ restituenda videtur Agam. 1628. Γνώσει γέρων ὢν ὡς διδάσκεσθαι βαρὺ Τῷ τηλικούτῳ, σωφρονεῖν εἰρημένον. De mutatione casus alibi dixi. *Elmsl.*

Κατὰ στόμ' ἐκτείνοντες] Anglice, *Extending in front.* Vide, quæ nos ad Rhes. v. 406. Ibid. Ἀντετάξαμεν] Verbum militare, a τάξις, ordo, turma, cohors, statio; hinc Τακτικὴ, subaudi τέχνη, quæ de arte militari tractat, præsertim quod ad milites ordinandos attinet. *Barnes.*

802. Ἐκβὰς—πόδα,] Vide v. 169. ubi male Reiskius, ἐμβήσεις πόδα. Consulendus omnino Porsonus ad Or. 1428. *Elmsl.*

Ἐκβὰς τεθρίππων Ὕλλος ἁρμάτων πόδα,] Ἐκβὰς εἰς πόδα, ἐπὶ ποδῶν, ἐκ τοῦ ἅρματος. *Barnes.*

Ἥκεις, τί τήνδε γαῖαν οὐκ εἰάσαμεν
* * * * * * * * *
Καὶ τὰς Μυκήνας οὐδὲν ἐργάσει κακὸν,
Ἀνδρὸς στερήσας. ἀλλ᾽ ἐμοὶ μόνος μόνῳ
Μάχην ξυνάψας, ἢ κτανὼν, ἄγου λαβὼν

Venis in terram bellatorum parum fauste,
* * * * * *
Cur Mycenis nihil pulchri facies,
Si *eas* viris privâris? Quare mecum, solus cum solo
Pugna congressus, aut *me* cæso, abduc capiens

805. Ἥκεις ἐπὶ τήνδε γαῖαν, οὐκ εἴα σὰ μὲν Ib. Lacunam post hunc versum non indicat Aldus. 806. ἐργάσῃ 808. Μάχῃ συνάψας,

ἁρμάτων παρὰ ἔστη ob metrum pro παρέστη. *Reisk.*

804. Corruptissimi versus, qui sic forte emendari possunt:

— ὦ στρατηγ᾽, ὃς Ἀργόθεν
ἥκεις ὁπλιτῶν γαῖαν, οὐκ ἐν αἰσίμῳ,
καὶ τὰς Μυκήνας οὐχ ἓν ἐργάσῃ κακὸν,
ἀνδρὸς στερήσας — —

O ductor, qui ab Argis ad terram bellatorum inauspicato venis, et multorum malorum Mycenis causa eris, viris privans. Hesychius: αἴσιμον—συμφέρον. Deinde ἀνδρὸς pro ἀνδρῶν. Virgil. Æneid. III. v. 400. *obsedit milite campos.* Sic et νέον ἄνδρα pro νέους ἄνδρας, Æschyl. Pers. v. 13. Nonnus Lib. XIII. v. 503.

εἰς χορὸν οὐκ ἐπὶ δῆριν ἐνόπλιον ἄνδρα κομίζων.

Denique Atticam ὁπλιτῶν γαῖαν vocari credibile est, quia ibi inventa est ὅπλισις. Themist. Orat. XIX. *Musg.*

ὦ στρατήγ᾽, ὃς Ἄργοθεν
Ἥκεις ἐπὶ τήνδε γαῖαν, οὐκ ἐᾷ σὰ μὲν,
Καὶ τὰς Μυκήνας οὐδὲν ἐργάσῃ κακὸν
Ἀνδρὸς στερήσας.

In hoc loco desperato ac obscuro satis fuerit, periculum fecisse et voluntatem prodidisse. Vide, an hæc vulgatis tibi sint potiora:

ὦ στρατήγ᾽, ὃς Ἄργοθεν
Ἱκνεῖ ᾽πὶ τ. γαῖαν, οἰκείους ἅμα
Καὶ τὰς Μ. οὐ. ἐργάσῃ κακὸν
Ἀνδρὸς στ.

Deesset τοὺς, quod ægre abesse potest. O dux, qui ab Argis venis in hanc terram, neque tuis amicis, domesticis, neque rei publicæ Mycenarum quidquam damni inferes, si utrumque uno viro, i. e. te privaveris, tu enim es homo nihili. Ἀνδρὸς ergo pro ἑνὸς sumendum atque in contemtum.

Alia esset via, qua sensum quendam eliceres: ὦ στρατ. ὃς Ἀρ.—Ἥκεις τί τήνδε γαῖαν; οἰκείους ἅμα, κ. τ. λ. O dux, *quid* venis Argis huc? Certe tuis et rebus Mycenarum parum damni inferes, si, &c.

In Pausan. Messen. IV. 16, 2. οἰκεία pro οὐκ εἴα olim legebatur. *Faehse.*

805. Si sententiam meam circa locum plane conclamatum proferre liceat, versum unum saltem, forsan etiam et plures, qui hunc proxime sequebantur, excidisse, hunc autem versum ita olim fuisse scriptum existimo, Ἥκεις, τί τήνδε γαῖαν οὐκ ἐάσομεν. Heathius. De lacuna omnino Heathio assentior. Versuum qui exciderunt primus fortasse hujusmodi fuit, Καὶ τὰς Μυκήνας αὖθις εἰρήνην ἄγειν. Quæ conjectura caussam lacunæ satis probabilem sistit, verba scilicet καὶ τὰς Μυκήνας parvo intervallo bis posita. Ita fere vocabulum Ἀργεῖος Hervagio caussa fuit ut Coprei personam non versui 135. sed versui 140. in prima editione præfigeret. Quod ad scripturam nostri versus attinet, proxima vero est Heathii emendatio, quem miror εἰάσαμεν sub vulgata lectione εἴα σὰ μὲν latere non vidisse. Adde quod in his locutionibus rectius adhibetur præteritum quam futurum. Æsch. Prom. 746. Τί

Τοὺς Ἡρακλείους παῖδας, ἢ θανὼν, ἐμοὶ
Τιμὰς πατρῴους, καὶ δόμους ἔχειν ἄφες.—
Στρατὸς δ' ἐπήνεσ', εἴς τ' ἀπαλλαγὰς πόνων
Καλῶς λελέχθαι μῦθον, εἴς τ' εὐψυχίαν.
Ὁ δ' οὔτε τοὺς κλύοντας αἰδεσθεὶς λόγων,

Herculis filios; aut interfectus, mihi
Paternos honores et domos habere permitte.
Exercitus vero assensit, et ad finem malorum,
Et pro magnitudine animi, præclare dictam esse sententiam.
Iste vero neque reveritus eos, qui *hæc* verba audiêrant,

813. Ὅδ'—λόγῳ,

δῆτ' ἐμοὶ ζῆν κέρδος, ἀλλ' οὐκ ἐν τάχει Ἔρριψ' ἐμαυτὴν τῆσδ' ἀπὸ στύφλου πέτρας; Aristoph. Vesp. 213. Τί οὐ κατεκοιμήθημεν ὅσον ὅσον στίλην; Lys. 181. Τί δῆτα ταῦτ' οὐχ ὡς τάχιστα, Λαμπιτοῖ, Ξυνωμόσαμεν, ὅπως ἂν ἀῤῥήκτως ἔχῃ; Præsens adhibetur in eadem fabula, v. 1103. Τί οὐ καλοῦμεν δῆτα τὴν Λυσιστράτην, Ἥπερ διαλλάξειεν ἡμᾶς ἂν μόνη. Ita quoque noster Herc. 1137. Οἴμοι, τί δῆτα (vulgo τί δή γε) φείδομαι ψυχῆς ἐμῆς, Τῶν φιλτάτων μοι γενόμενος παίδων φονεύς; Οὐκ εἶμι (vulgo κοὐκ εἶμι) πέτρας λισσάδος πρὸς ἅλματα, κ. τ. ἑ. Cum tertio versiculo confer Andr. 1198. Futurum in vulgatis libris habet noster Hippol. 1063. Ὦ θεοὶ, τί δῆτα τοὐμὸν οὐ λύσω στόμα, Ὅστις γ' ὑφ' ὑμῶν, οὓς σέβω, διόλλυμαι; Ubi λύω legendum esse monui ad Marklandi Iph. T. 693.

Plato Menexeno, p. 236. C. Τί οὖν οὐ διῆλθες; *Elmsl.*

Οὐκ ἐᾷ σὰ μὲν] Olim in omnibus libris impressis erat εἴα, quod est imperfecti a verbo ἐάω, Duportus legit ἔα, quasi imperandi modi esset, quod fieri non potest: hic modus enim τῷ οὐ nunquam postponitur: Scaliger legit ἔλα, eodem errore; sed, ut ingenue fatear, nullum hic video sensum apertum, excepto, quem in Latina versione habes. Stephanus et Portus nihil opis adferunt. *Barnes.*

Reisk. conjicit: οὐκ εἰς ἔμπαλιν, vel οὐκ εἶ τἄμπαλιν, *nonne ibis retro*, illuc, unde venisti? *Beck.*

807. Ἀνδρὸς pro ἑνὸς ἀνδρός. Noster Androm. 901. Κακόν γ' ἔλεξας, ἄνδρα (ἕν' ἄνδρα Aldus) δίσσ' ἔχειν λέχη. *Elmsl.*

808. Μάχην συνάψας,] Dativum contra Valckenarium defendere conatur Heathius, sed exempla ab eo allegata nihil ad rem sunt. Accusativum habet Æsch. Pers. 336. Eurip. Phœn. 1245. Alc. 518. 1159. Suppl. 155. Heracl. 831. Adde ξυνῆψαν ἀλκὴν, Suppl. 693. ἔχθραν ξυνάπτειν, Heracl. 460. ξυνάψαι πόλεμον, Hel. 55. ξυνῆψε πόλεμον, Rhes. 425.

Ἄγου.] *Abduc* omnes interpretes. Imo, *tecum abduc.* Tantum enim interest inter activam et mediam formam, quantum inter *filium in Hispaniam duxit*, et *filium in Hispaniam secum duxit.* Leve quidem discrimen, minime tamen negligendum. Cum ἄγεσθαι *uxorem ducere* significat, εἰς δόμους vel aliquid ejusmodi plerumque addunt tragici. Interdum vero nudum verbum adhibent, ut noster Iph. A. 433. Ἀρτέμιδι προτελίζουσι τὴν νεανίδα Αὐλίδος ἀνάσσῃ. τίς νιν ἄξεταί ποτε; Unde fortasse legendum in Or. 1671. Γῆμαι πέπρωταί σ' Ἑρμιόνην. ὃς δ' οἴεται Νεοπτόλεμος ἄξεσθαί (vulgo γαμεῖν) νιν, οὐ γαμεῖ ποτε. *Elmsl.*

μάχῃ] Legendum cum Reiskio μάχην. *Musg.*

Sic et Valck. ad Phœn. 1235. Heath. vulgatum defendit, quia συνάπτειν interdum neutra significatione legitur, ut Phœniss. 714. 1396. et jam Reisk. observarat, si retineatur vulgata, subintelligi posse σεαυτόν. *Beck.*

811. Στρατὸς δ' ἐπήνεσ',] Ita recte olim; nec erat, quod Canterus ἐπένευσεν corrigendo legeret; ἐπαινέω idem valet, ac ἐπινεύω. *Barnes.*

813. λόγων primus edidit Hervagius ed. secunda. Eadem varietas apud Soph. Phil. 896. Λόγου conjecit Brodæus. *Elmsl.*

Οὔτ' αὐτὸς αὑτοῦ δειλίαν, στρατηγὸς ὤν,
Ἐλθεῖν ἐτόλμησ' ἐγγὺς ἀλκίμου δορὸς,
Ἀλλ' ἦν κάκιστος. εἶτα τοιοῦτος γεγὼς,
Τοὺς Ἡρακλείους ἦλθε δουλώσων γόνους.
Ὕλλος μὲν οὖν ἀπῴχετ' εἰς τάξιν πάλιν.
Μάντεις δ' ἐπειδὴ μονομάχου δι' ἀσπίδος
Διαλλαγὰς ἔγνωσαν οὐ τελουμένας,
Ἔσφαζον, οὐκ ἔμελλον, ἀλλ' ἀφίεσαν

Neque ipse quamvis esset dux, ignaviam suam,
Ausus est ad fortis hastæ certamen propius venire,
Sed erat ignavissimus: dein cum talis esset,
Venit in servitutem redacturus liberos Herculis.
Hyllus itaque discessit iterum in *suam* aciem,
Vates vero, postquam singulari certamine
Pacem non fieri cognoverunt,
Mactabant, non cunctabantur, sed emittebant

λόγων,] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. λόγῳ. *Musg.*

814. Οὔτ' αὐτὸς αὑτοῦ δειλίαν,] Barnesius. Vide ad v. 144. Sive αὑτοῦ sive αὐτοῦ scribatur, sensus est, οὔτε ἑαυτοῦ δειλίαν. Æsch. Agam. 845. Τοῖς τ' αὐτὸς αὑτοῦ πήμασιν βαρύνεται, Καὶ τὸν θυραῖον ὄλβον εἰσορῶν στένει. Soph. Œd. C. 929. Σὺ δ' ἀξίαν οὐκ οὖσαν αἰσχύνεις πόλιν Τὴν αὐτὸς αὑτοῦ. Idem Aj. 1131. ΤΕΥ. Εἰ τοὺς θανόντας οὐκ ἐᾷς θάπτειν παρών. ΜΕ. Τούς γ' αὐτὸς αὑτοῦ πολεμίους. οὐ γὰρ καλόν. Quæ loca attuli, ut viderent discipuli geminatum pronomen αὐτὸς αὑτοῦ pro ἐμαυτοῦ, σεαυτοῦ et ἑαυτοῦ usurpari. Ceterum ad δειλίαν supplendum αἰδεσθεὶς sive αἰσχυνθεὶς, monente Brodæo. Ita incertus Rhes. 923. Κἀπεί σε τίκτω, ξυγγόνους αἰδουμένη Καὶ παρθενείαν, ἦκ' ἐς εὐύδρους πατρὸς Δίνας. Qui locus nostro simillimus est, modo παρθενείαν pro amissa virginitate accipias.

Atticista Anonymus: Αὐτὸς αὐτὸν ἀντὶ τοῦ ἐμαυτόν. Αὐτοῦ (f. αὐτὸς αὑτοῦ) ἀντὶ τοῦ ἐμαυτοῦ. Αὐτῷ (f. αὐτὸς αὑτῷ) ἀντὶ τοῦ ἐμαυτῷ. *Elmsl.*

Forte, οὐδ' αὐτὸς αὑτὸν (scil. αἰδεσθεὶς), *neque ipse sese reveritus* δειλίας (scil. ἕνεκα), *caussa pavoris*, ne pavidus videretur, *quamvis esset imperator. Reisk.*

817. Δουλώσων pro δουλωσόμενος. Noster Suppl. 502. Πολέμους ἀναιρούμεσθα, καὶ τὸν ἥσσονα Δουλούμεθ' ἄνδρες ἄνδρα, καὶ πόλεις πόλιν. Iph. A. 1269. Οὐ Μενέλεώς με καταδεδούλωται, τέκνον. Activa forma *in servitutem redigere*, media *sibi in servitutem redigere* significat. Incertus Rhes. 407. σοὶ δὲ δουλώσας λεὼν Παρέσχον. *Tibi in servitutem tradidi.* Ubi solœcum esset δουλωσάμενος. Namque in hujusmodi verbis activa forma pro media interdum usurpatur, nequaquam autem media pro activa. *Elmsl.*

822. Λαιμῶν βροτείων] De Macariæ sacrificio hic loquitur poëta. Parcit autem illius descriptioni, ne Alcmenæ dolorem pariat. Barnesius. Hujusmodi monita subtiliora sunt quam veriora. Non recordatus est Barnesius, Polyxenæ cædem quinque et sexaginta versibus matri delatam esse. Nisi forte putavit hoc inter Hecubam et Alcmenam interesse, quod illam quinquaginta liberis orbatam ad novum dolorem de quinquagesimo primo obduruisse necesse esset. Ceterum eandem locutionem habet noster Iph. Aul. 1084. Βρότειον αἱμάσσοντες λαιμόν.

οὔριον φόνον.] *Secundum sanguinem.* Faustum scilicet et salutarem, ut recte interpretes. Cicero de Divinat. I. 15. *Auspicia quæ alicui secunda evenerunt.* Soph. Œd. C. 1456. Ἔπτηξα θυμόν. οὐρανία γὰρ ἀστραπὴ φλέγει πάλιν. Ubi οὐρανία ex οὐνία natum videtur, οὐνία ex οὐρία. Schol. Οὐρανία γὰρ ἀστραπή. ἀντὶ τοῦ ταχεῖα. *Elmsl.*

οὔριον φόνον.] Noster Hel. 1587. αἱμα-

Λαιμῶν βροτείων εὐθὺς οὔριον φόνον.
Οἱ δ' ἅρματ' εἰσέβαινον, οἱ δ' ὑπ' ἀσπίδων
Πλευροῖς ἔκρυπτον πλεύρ'. Ἀθηναίων δ' ἄναξ
Στρατῷ παρήγγειλ', οἷα χρὴ τὸν εὐγενῆ,
Ὦ ξυμπολῖται, τῇ τε βοσκούσῃ χθονὶ,
Καὶ τῇ τεκούσῃ, νῦν τιν' ἀρκέσαι χρεών.—
Ὁ δ' αὖ τό τ' Ἄργος μὴ καταισχῦναι θέλειν,
Καὶ τὰς Μυκήνας, ξυμμάχους ἐλίσσετο.

Ex faucibus humanis statim faustam cædem.
Alii autem conscendebant currus, alii sub clypeorum
Lateribus *sua* latera regebant. Atheniensium vero rex
Hortatus est exercitum, qualia oportet *virum* fortem;
O cives, terræ quæ *vos* alit,
Et quæ genuit *vos*, opus est quemlibet *vestrum* jam opem ferre.
Similiter etiam alter Argos ne quis volens dedecoraret
Et Mycenas, precabatur socios.

823. Οἱδ' bis 824. Πλευραῖς ἔκρυπτον 828. Ὅδ' αὐτὸ τἄργος μὴ καταισχύναι θέλων, 829. συμμάχους

τος δ' ἀποῤῥοαὶ Εἰς οἶδμ' ἐσηκόντιζον οὔριοι ξένῳ. *Elmsl.*

Λαιμῶν βροτείων] Non est omittenda elegans Barnesii observatio, Nuncium Macariæ cædi depingendæ adeo non immorari, ut vix disertam ejus mentionem faciat, tanquam caventem, ne Alcmenæ dolorem refricaret. *Musg.*

Λαιμῶν βροτείων] Synecdoche numeri, pro λαιμοῦ βροτείου, i. e. Macariæ: eousque enim distulerunt illius cædem, donec frustra omnem compositionis, aut reconciliationis, spem cecidisse vidissent. Quare frustra illi se torquent, qui βροτείων pro βροτοέντων sumentes, negant, Athenienses humanis immolationibus uti, de solo enim Macariæ sacrificio hic loquitur poëta. Parcit autem illius descriptioni; ne Alcmenæ dolorem pariat. *Barnes.*

Reisk. οὔριον φόνον vult esse sanguinem e vulnere largiter profluentem absque mora. *Beck.*

823. s. Post ἀσπίδων interpungit Heathius, ita vertens, *Hi vero sub clypeis, lateribus latera tegebant.* Ceteri omnes, *sub clypeorum lateribus. Elmsl.*

824. Πλευροῖς] P. E. Suspicor vocabula πλευραὶ, πλευραῖς et πλευρὰς in tragicorum scriptis ubique vitiosa esse. Vide omnino Porsonum ad Hec. 814. Or. 217. qui alteram formam a librariis obliteratam in nonnullis locis restituit. Quibus adde Soph. Aj. 1409. Παῖ, σὺ δὲ πατρός γ', ὅσον ἰσχύεις, Φιλότητι θιγὼν, πλευρὰς ξὺν ἐμοὶ Τάσδ' ἐπικούφιζ'. Ubi malim, πλευρὰν ξὺν ἐμοὶ Τοῦδ' ἐπικούφιζ'. Ubi vulgo legitur apud nostrum πλευρὰς, malim πλευροῖς, Cycl. 208. πλευρὰν, Herc. 53. πλευρά τ', ibid. 1100. In Iph. T. 299. scriptura incertior est. Vide an legendum, λαγόνας εἰς μέσας. *Elmsl.*

Pollux III. 51. Ἕποιτο δ' ἂν τούτοις, πολίτης. τὸ δὲ συμπολιτὴς, οὐ δόκιμον, εἰ καὶ Εὐριπίδης αὐτῷ κέχρηται ἐν Ἡρακλείδαις τε καὶ Θησεῖ. Adde Æsch. Theb. 611. *Elmsl.*

827. Καὶ τῇ τεκούσῃ,] Se enim Autochthones esse gloriabantur Athenienses. Unde Euripides, Ion. v. 29. Λαὸν εἰς αὐτόχθονα κλεινῶν Ἀθηνῶν, in quem locum plura dicere polliciti sumus, ut meminimus ad hujus Fabulæ, v. 69. *Barnes.*

828. Ὅδ' αὖ τὸ τἄργος] Edd. veteres præter Aldinam et Hervagianam primam. Ὅδ' αὖ τότ' ἄργος Canteriana. Veram scripturam primus exhibuit Portus.

Ἐπεὶ δ' ἐσήμην' ὄρθιον Τυρσηνικῇ
Σάλπιγγι, καὶ ξυνῆψαν ἀλλήλοις μάχην,
Πόσον τίν' αὐχεῖς πάταγον ἀσπίδων βρέμειν,
Πόσον † τιναγμὸν, οἰμωγήν θ' ὁμοῦ;
Τὰ πρῶτα μέν νυν πίτυλος Ἀργείου δορὸς

Postquam autem signum clare datum est Tyrrhenica
Tuba, et inter se commiserunt pugnam,
Quantum sonitum clypeorum putas fremuisse?
Quantum gemitum et lætum clamorem simul?
Primum quidem impressio Argivi exercitus

830. ἐσήμην' 831. συνῆψαν 833. Πόσον τινὰ τιναγμὸν, 834. Τὰ πρῶτα μὲν νῦν

μὴ καταισχῦναι θέλων,] Loca scriptorum quæ ad interpretationem suam defendendam attulit vir eruditus (Musgravius), cum diversissima sint a nostro loco, memorare supersedeo. Participium θέλων et verbum ἐλίσσετο separari nequeunt. Legendum igitur, μὴ καταισχῦναι θέλειν, id est, μὴ καταισχύνειν. Ita noster El. 1350. Οὕτως ἀδικεῖν μηδεὶς θελέτω. Vide Marklandum ad Suppl. 892. Παῖς ὢν, ἐτόλμησ' εὐθὺς οὐ πρὸς ἡδονὰς Μουσῶν τραπέσθαι, καὶ τὸ μαλθακὸν βίου. *Elmsl.*

Si recte se haberet participium, scribendum esset, οὐ καταισχῦναι θέλων. Noster Ion. 1117. Τὸ μὴ δίκαιον τῆς δίκης ἡσσωμένον Ἐξηῦρεν ὁ θεὸς, οὐ μιανθῆναι θέλων. *Elmsl.*

μὴ καταισχύναι θέλων,] Interpretor: *ne quis volens dedecoraret*, ut θέλων sit per enallagen casus pro θέλοντα. Sic θανὼν est pro θανόντα in Æsch. Agam. v. 1598. ἐκβὰς pro ἐκβάντα, vel ἐκβάντας, Aristoph. Ran. v. 1107. Oraculum apud Herodotum I. c. 55. μηδὲ μένειν, μηδ' αἰδεῖσθαι κακὸς εἶναι. Alioqui pronum est emendare θέλειν. *Musg.*

Reisk. et Heath. reponunt θέλειν. *Beck.*

829. ἐλίσσετο.] *Supplicabat.* Verbum minime imperatorium ex industria adhibuisse videtur poëta, quo melius Eurysthei timiditatem exprimeret. Alioqui προυτρέψατο, *hortatus est*, aut aliquid ejusmodi dixisset. *Elmsl.*

830. ἐσήμηνε impersonaliter accipiendum est. Cujus constructionis exempla attulit H. Stephanus v. Σημαίνω. Vide Xenophontem Pæd. V. 3, 52. Anab. I. 2, 17. (ubi suspicor ἐσάλπιγξε e glossa ortum esse) II. 2, 4. III. 4, 4. In his locis ὁ σαλπιγκτὴς subaudiri monent interpretes. Suppleri potest etiam ὁ στρατηγός. Noster Tro. 1257. Χωρεῖτε, Τρώων παῖδες, ὀρθίαν ὅτ' ἂν Σάλπιγγος ἠχὼ δῶσιν ἀρχηγοὶ στρατοῦ. Sed eandem rationem in hac locutione obtinere existimo, quam in ὕει, νίφει, et similibus, in quibus male ὁ θεὸς supplent grammatici.

ὄρθιον] *Magno sonitu.* Citat Barnesius Æsch. Pers. 389. ὄρθιον δ' αμα Ἀντηλάλαξε νησιώτιδος πέτρας Ἠχώ. Vide etiam superiorem annotationem. Præconis ὀρθίων κηρυγμάτων meminit Soph. El. 683. De Tyrrhenica tuba vide Barnesium ad Phœn. 1392. et interpretes ad Soph. Aj. 17. Herodotus VI. 27. Φιλέει δέ κως προσημαίνειν, εὖτ' ἂν μέλλῃ μεγάλα κακὰ ἢ πόλι ἢ ἔθνεϊ ἔσεσθαι. Ἔσεισε pro σεισμὸς ἐγένετο dixit Thucydides IV. 52. monente Stephano, v. Σείω. *Elmsl.*

830. s. ὄρθιον Τυρσηνικῇ Σάλπιγγι] De tubæ inventione, et quare Tyrrhenica dicitur, vid. quæ nos ad Phœniss. v. 1392. Ὄρθιον, ἤγουν μέλος. Æschyl. Pers. Ὄρθιον δ' ἅμα Ἀντηλάλαξαν νησιώτιδος πέτρας Ἠχώ. Vid. Polluc. Onomast. Eustath. fol. 826. lin. 64. Ὄρθιος νόμος, ἤγουν τρόπος ἐκεῖνος ᾠδῆς, εἰς πόλεμον ἐρεθιστικός. *Barnes.*

ἐσήμηνε impersonaliter accipiendum est, pro *signum datum fuit;* possit ὁ ἀὴρ, aut τὶς, aliquis, aut ὁ σημῆναι subintelligi. *Reisk.*

832. αὐχεῖς] *Existimas.* Brodæus. Vide vv. 334. 931. Exempla passim occurrunt. Sic etiam ἐλπίζειν de re præterita dicitur. *Elmsl.*

Ἐῤῥήξαθ' ἡμᾶς, εἶτ' ἐχώρησαν πάλιν.
Τὸ δεύτερον δὲ, πoὺς ἐπαλλαχθεὶς ποδὶ,
Ἀνὴρ δ' ἐπ' ἀνδρὶ στὰς, ἐκαρτέρει μάχη.
Πολλοὶ δ' ἔπιπτον. ἦν δὲ τοῦ κελεύσματος,
Ὦ τὰς Ἀθήνας, ὦ τὸν Ἀργείων γύην

Perrupit nos, deinde retrocesserunt.
Postea vero collatus pes pedi,
Et vir adversus virum stans, perseverabat *in* pugna:
Multi autem cadebant: erant autem adhortationis *hæc verba:*
O qui Athenas, O qui Argivorum agros

837. ἐκαρτέρει μάχῃ.

αὐχεῖς] Νομίζεις, existimas. *Barnes.*

833. Æsch. Agam. 332. Καὶ τῶν ἁλόντων καὶ κρατησάντων δίχα Φθογγὰς ἀκούειν ἐστὶ συμφορᾶς διπλῆς. Stephani emendationem recte improbat Musgravius, Homericum εὐχωλὴν male Æuripidi tribuit. Scripturam quam præbebant codices, quamvis mendosam, in textu repræsentavi, quippe sub qua latere videretur vera scriptura.

Thucydides VII. 71. Ἦν τε ἐν τῷ αὐτῷ στρατεύματι τῶν Ἀθηναίων, ἕως ἀγχώμαλα ἐναυμάχουν, πάντα ὁμοῦ ἀκοῦσαι, ὀλοφυρμὸς, βοὴ, νικῶντες, κρατούμενοι. Mallem, si consentirent libro, βοὴ, ὀλοφυρμός. Βοὴ et κραυγὴ hac significatione promiscue usurpantur. Sed non prætermitti debet Æschyli locus, unde fortasse defendi potest nostri loci emendatio a Stephano proposita. Agitur de pugna Salaminia, Pers. 424. Οἱ δ' ὥστε θύννους ἤ τιν' ἰχθύων βόλον, Ἀγαῖσι κωπῶν, θραύσμασίν τ' ἐρειπίων Ἔπαιον, ἐῤῥάχιζον. οἰμωγὴ δ' ὁμοῦ Κωκύμασιν κατεῖχε πελαγίαν ἅλα. *Elmsl.*

στεναγμὸν] [quod habent edd. recentiores. Elmsl.] H. Steph. conjectura est. Ed. Ald. πόσον τίνα τιναγμόν. MSS. E. G. πόσον τιναγμόν. Præstat haud dubie H. Stephani conjectura, quæ et ipsa subinsulsi aliquid habet. Quis enim non potius dixisset, gemitus, lætosque clamores simul auditos esse. Hom. Il. Δ'. v. 450.

ἔνθα δ' ἅμ' οἰμωγή τε καὶ εὐχωλὴ πέλεν ἀνδρῶν.

Sed talis sensus quomodo hic efficiendus sit, non dixerim, nisi forte legendo:

πόσον τίνα στεναγμὸν, εὐχωλήν θ' ὁμοῦ;

Musg.

834. De vocabulo πίτυλος, quod nostro loco ὁρμὴ significat, consulendus Monkius ad Eurip. Hippol. 1462. et Blomfieldius ad Æsch. Theb. 855. [862.] quorum interpretationibus nihil quod addam habeo. *Elmsl.*

πίτυλος] Impressio, simul ab omnibus facta. Vid. quæ nos ad Iphig. Taur. v. 308. *Barnes.*

836. Homerus Il. Ν'. 130. Φράξαντες δόρυ δουρὶ, σάκος σάκεϊ προθελύμνῳ, Ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ. Virgilius Æn. X. 361. *Concurrunt, hæret pede pes, densusque viro vir.* Brodæus. Virgiliana locutio, *hæret pede pes*, Euripideam πoὺς ἐπαλλαχθεὶς ποδὶ, *pes cum pede alternatus*, vix attingit. *Elmsl.*

837. ἐκαρτέρει μάχῃ.] P. E. ad Marklandi Iph. T. 720. Μάχη ἦν καρτερὰ dicunt prosæ orationis scriptores. Herodotus I. 76. Μάχης δὲ καρτερῆς γενομένης, καὶ πεσόντων ἀμφοτέρων πολλῶν, τέλος οὐδέτεροι νικήσαντες διέστησαν, νυκτὸς γενομένης. Thucydides I. 49. Ἦν τε ἡ ναυμαχία καρτερά. IV. 43. Καὶ ἦν ἡ μάχη καρτερά. Constructio est ut apud Soph. Ant. 259. Λόγοι δ' ἐν ἀλλήλοισιν ἐῤῥόθουν κακοὶ, Φύλαξ ἐλέγχων φύλακα. *Elmsl.*

838. Noster Phœn. 1165. Πολλοὶ δ' ἔπιπτον, κρᾶτας αἱματούμενοι. Androm. 1131. Πολλοὶ δ' ἔπιπτον μιγάδες. In Or. 1498. suspicor e glossa interlineari natam esse vulgatam scripturam, Νεκροὶ δ' ἔπιπτον, οἱ δ' ἔμελλον, οἱ δ' ἔκειντ'.

Κελεύματος omisso Σ e Commeliniana in Musgravii editionem propagatum est, ipso invito, ut constat ex ejus annotatione ad v. 765. ubi hanc formam diserte improbat. *Elmsl.*

Σπείροντες, οὐκ ἀρήξετ' αἰσχύνην πόλει;—
Μόλις δὲ, πάντα δρῶντες, οὐκ ἄτερ πόνων,
'Ετρεψάμεσθ' 'Αργεῖον εἰς φυγὴν δόρυ.
Κἀνταῦθ' ὁ πρέσβυς "Υλλον ἐξορμώμενον
'Ιδὼν, ὀρέξας ἱκέτευσε δεξιὰν
'Ιόλαος, ἐμβῆσαί νιν ἵππειον δίφρον.
Λαβὼν δὲ χερσὶν ἡνίας, Εὐρυσθέως

Seritis, non depelletis ab urbe dedecus?
Vix autem omnia facientes, non sine labore
Vertimus in fugam Argivum exercitum.
Tunc autem senex Hyllum extra *aciem* ruentem
Conspicatus, porrecta dextra rogavit,
Iolaus, ut se imponeret in equestrem currum.
Cum autem manibus habenas cepisset, Eurysthei

842. 'Αργείων εἰς φυγὴν δόρυ; 845. F. ἵππιον

Forte, ἦν δὲ τοὐγκέλευσμα τόδ'· ὦ τὰς — *erat autem adhortatio hæc*, etc. *Reisk.*

839. Ὦ τὰς 'Αθήνας,] Supplendum οἰκοῦντες. Nam σπείροντες non convenit. Vide ad v. 312.

Adde (exemplis Musgravii) Æsch. Prom. 369. Τῆς καλλικάρπου Σικελίας λευροὺς γύας. Ita recte Robortellus. Apud Soph. Œd. C. 58. meliores libri, οἱ δὲ πλησίοι γύαι, deteriores ex emendatione, αἱ δὲ πλησίον γύαι. Contra in Ant. 569. ubi in melioribus legitur, 'Αρώσιμαι γὰρ χἀτέρων εἰσὶν γύαι, vel γύναι, ἀρώσιμοι recte præbent libri deteriores. Apud nostrum Bacch. 13. ubi vulgo legitur, Λιπὼν δὲ Λυδῶν τὰς πολυχρύσους γύας, τῶν πολυχρύσων potius quam τοὺς πολυχρύσους legendum videtur. Qui femininum γύη Atticis ignotum fuisse mecum arbitrantur, legent proculdubio in Hel. 88. Τί δῆτα Νείλου τούσδ' ἐπιστρέφει γύας; In Hec. 453. glossema πεδία pro γύας habent codd. et edd. pleræque, consentiente Porsono in prima et secunda editione. Hic etiam τὰς γύας nonnulli libri.

τὸν — γύην.] Non est, quod miremur, γύην cum articulo masculino conjunctum. Sic enim Poëta incertus (Simonides opinor) apud Platonem Ep. I. γόνιμοι βρίθοντες αὐταρκεῖς γύαι. Sophocles in Phœnice apud Athenæum, Lib. II. cap. 27. πάντα πληθύει γύην. Lycophron, v. 252. γύαι λόγχαις ἀποστίλβοντες.

Ὦ τὸν 'Αργείων γύην σπείροντες] Γύη ἡ et γύης ὁ, *arvum*, μέτρον γῆς. ἡ γύη, vel γυία, frequentius occurrit, nec tamen ὁ γύης omnino ignotum. Ita enim Eustathius, fol. 1572. et lin. 19. Γύη δὲ, ἢ γύης ἀρσενικὸν, μέτρον γῆς· οἱ δὲ παλαιοὶ φασὶ, καὶ ὅτι γύης, καὶ μέτρον γῆς καὶ μέρος ἀρότρου. Ita sane Hesiodus Oper. et Dier. Lib. II. v. 45. Φέρειν δὲ γύην, ὅτ' ἂν εὕρῃς, Εἰς οἶκον, κατ' ὄρος διζήμενος, ἢ κατ' ἄρουραν, Πρίνινον· Ὃς γὰρ βουσὶν ἀροῦν ἐχυρώτατός ἐστιν. Item v. 54. Πρίνου γύην vocat, *dentale* ex ilice factum. Sed nec desunt, quibus ὁ γύης sit μέτρον γῆς, ut Plato 1 Epist. ex quodam poëta: Οὐδὲ γαίας εὐρυπέδου Γόνιμοι βρίθοντες αὐτάρκεις γύαι. *Barnes.*

840. 'Αρήξετε pro ἀπαμυνεῖτε. *Arcebitis.* Noster Med. 1272. Παρέλθω δόμους. ἀρῆξαι φόνον Δοκεῖ μοι τέκνοις. Vide ad Œd. T. 892. 893. *Elmsl.*

841. οὐ πόνων ἄτερ.] At vid. Thyest. frag. II. *Burn.*

842. 'Αργεῖον edd. recentiores. 'Αργείων contra metrum habet Aldus etiam in Or. 837. Tro. 94. Θεσπρωτῶν, Phœn. 996. *Elmsl.*

845. Ὄχημ' ἵππειον habet noster Hippol. 1352. ἵππιον ἅρμα, Hel. 1495. utrumque metro postulante, neutrum in senario. Ante Barnesium utrobique ἵππειον legebatur, et in El. 825. Δισσοὺς διαύλους ἱππείους διήνυσε. 'Ιππίου θεοῦ primus reposuit Valckenarius in Phœn. 1721. *Quod*

Πώλοις ἐπεῖχε. τἀπὸ τοῦδ' ἤδη κλύων
Λέγοιμ' ἂν ἄλλων, δεῦρο δ' αὐτὸς εἰσιδών.
Παλληνίδος γὰρ σεμνὸν ἐκπερῶν πάγον
Δίας Ἀθάνας, ἅρμ' ἰδὼν Εὐρυσθέως,
Ἠράσαθ' Ἥβῃ Ζηνί θ', ἡμέραν μίαν
Νέος γενέσθαι, κἀποτίσασθαι δίκην
Ἐχθρούς. κλύειν δὴ θαύματος πάρεστί σοι.

In equos adegit. Quod autem postea *accidit, id* audiens
Ex alio dixerim, hactenus vero testis oculatus.
Transiens enim venerandum pagum Pallenidis
Divæ Minervæ, currum conspicatus Eurysthei,
Votum fecit Juventæ, et Jovi, ut uno die
Rejuvenesceret, et ulcisci posset
Hostes: audire jam miraculum licet.

848. Λέγοι μὲν ἄλλος,

hoc solo nomine rectius est, inquit Porsonus, *quod iambum pro spondeo præbeat,* in quinta scilicet sede. Nostro loco non refragabor quo minus ἵππιον δίφρον legatur. Quamquam multo libentius retinerem ἵππειον δίφρον quam ἵππειον θεὸν, ἵππειον Ἄργος, ἵππειον Ποσειδῶ, et similia. *Elmsl.*

847. ἐπεῖχε.] *Instabat.* Noster Bacch. 1119. Αὐτονόη τ' ὄχλος τε πᾶς Ἐπεῖχε Βακχῶν. Ad quem locum citat Musgravius Plutarchum Pyrrho, p. 393. C. Ἔνθα δὴ Λεόνατος ὁ Μακεδὼν ἄνδρα κατιδὼν Ἰταλὸν ἐπέχοντα τῷ Πύῤῥῳ. *Elmsl.*

ἐπεῖχε.] Vide ad Bacch. v. 1119. *Musg.*

847. s. Hæc, Musgravii emendationem secutus, ita reddit Prev. "Mes yeux n'ont pu les suivre: mais voici ce qu'on m'a rapporté." *Beck.*

848. Λέγοιμ' ἂν ἄλλου legisse videtur Brodæus, cujus annotatio ita se habet: Κλύων. *Ea ex alio audiens.* Dedi de meo, Λέγοιμ' ἂν ἄλλων. Ita Æsch. Pers. 266. Καὶ μὴν παρών γε, κοὐ λόγους ἄλλων κλύων, Πέρσαι, φράσαιμ' ἄν. Eurip. Tro. 483. Καὶ τὸν φυτουργὸν Πρίαμον οὐκ ἄλλων πάρα Κλύουσ' ἔκλαυσα, τοῖσδε δ' εἶδον ὄμμασιν Αὐτὴ κατασφαγέντ' ἐφ' ἑρκείῳ πυρᾷ. Ut nostro loco ἄλλος pro ἄλλων, ita Ἕλληνος pro Ἑλλήνων habet Aldus in Iph. T. 496. πόνος pro πόνων apud Soph. Œd. T. 315. τίνος pro τίνων, El. 534. *Elmsl.*

Λέγοιμ' ἂν ἄλλου,] Elegantissima et certissima Valckenærii emendatio est, proposita ad Phœniss. v. 826. Ed. Ald. et MSS. λέγοι μὲν ἄλλος. *Musg.*

849. Nomen non Παλλήνη sed Πάλληνον fuisse suspicor ex adverbio Παλλήναδε, cujus loco Βαλλήναδε per jocum dixit Aristoph. Ach. 234. Apud Andocidem de Mysteriis, p. 53. pro ἐπὶ Παλληνίῳ malim ἐπὶ Παλλήνῳ. *Elmsl.*

Παλληνίδος — Ἀθάνας.] Ex Herod. Lib. I. c. 62. patet, vicum hunc inter Athenas et Marathonem situm esse. Hinc igitur firmatur, quod dixi ad v. 70. scenam hujus fabulæ Marathone constitutam esse. *Musg.*

849. s. Παλληνίδος γὰρ σεμνὸν ἐκπερῶν πάγον Δίας Ἀθάνας,] Minervæ, quæ in vico Atticæ colitur, cui Pallene nomen. Stephanus περὶ πόλεων, postquam non pauca de Pallene, quæ et Phlegra, ubi gigantum erat pugna, hæc addit: Ἔστι δὲ καὶ Δῆμος Ἀττικὸς, τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς. Herodotus in Clio: Ἀπικνέεται ἐπὶ Παλληνίδος Ἀθηναίης ἱρόν. *Brodæus.*

851. Huc respicere monet Brodæus Plutarchum adversus Stoicos, p. 1057. E. Ὁ Εὐριπίδου Ἰόλαος ἐξ ἀδρανοῦς καὶ παρήλικος εὐχῇ τινι νέος καὶ ἰσχυρὸς ἐπὶ τὴν μάχην ἄφνω γέγονεν. ὁ δὲ τῶν Στωϊκῶν σοφὸς, χθὲς μὲν ἦν αἴσχιστος ἅμα καὶ κάκιστος, τήμερον δὲ ἄφνω μεταβέβληκεν εἰς ἀρετὴν, καὶ γέγονεν ἐκ ῥυσσοῦ καὶ ὠχροῦ, καὶ, κατ' Αἴσχυλον,

Δισσὼ γὰρ ἀστέρ' ἱππικοῖς ὑπὸ ζυγοῖς
Σταθέντ', ἔκρυψαν ἅρμα λυγαίῳ νέφει.
Σὸν δὴ λέγουσι παῖδά θ' οἱ σοφώτεροι,
Ἥβην θ'. ὁ δ' ὄρφνης ἐκ δυσαιθρίου νέων

Duo enim divi supra equestre jugum
Stantes, texerunt currum obscura nube.
Sapientiores dicunt *fuisse* tuum filium,
Hebenque. Ille vero ex æetherea caligine juvenilium

854. F. ἐπὶ ζυγοῖς 856. παῖδά γ' 857. ἐκδὺς αἰθρίου,

ἐξ ὀσφυαλγοῦς καὶ ὀδυνοσπάδος λυγροῦ γέροντος, εὐπρεπὴς, θεοειδὴς, καλλίμορφος. *Elmsl.*

Ἠράσαθ' Ἥβη Ζηνί θ',] Ἠράσατο pro ἠρήσατο, ab ἀράομαι, ἀρήσομαι, Thema ἀρά. Ideoque prius α producitur, ut e contra in ἠράσατο, ab ἐράομαι, *amo*, breve est, sicut Homer. Iliad. ξ'. v. 317. Οὐδ' ὁπότ' ἠρασάμην Ἰξιονίης ἀλόχοιο. *Barnes.*

852. κἀποτίσασθαι δίκην] Sic etiam mox v. 882. μὴ ἀποτίσασθαι δίκην. Legebatur etiam τὴν δὲ τίσωμαι δίκην in Med. 1313. sed Brunckio φόνῳ e codd. reponenti obsecutus est Porsonus. *Duas lectiones e Cottoniano*, inquit Porsonus, *notavit collator*, φόνῳ *et* φόνον, *quarum neque hæc contemnenda est.* Dativum habent omnes libri, quantum ex editorum silentio conjicere licet, in ejusdem fabulæ, v. 261. Πόσιν δίκῃ τῶνδ' ἀντιτίσασθαι κακῶν. Sic etiam Bacch. 341. Τῆς σῆς ἀνοίας τόνδε τὸν διδάσκαλον Δίκῃ μέτειμι. Malim utrobique δίκην. Ita Æsch. Agam. 1271. Ἐπεύχεται θήγουσα φωτὶ φάσγανον, Ἐμῆς ἀγωγῆς ἀντιτίσασθαι φόνον. Choëph. 986. Ὡς τόνδ' ἐγὼ μετῆλθον ἐν δίκῃ μόρον Τῆς μητρός. Eum. 230. Ἐγὼ δ', ἄγει γὰρ αἷμα μητρῷον, δίκας Μέτειμι τόνδε φῶτα [καὶ κυνηγέτις.] Ita interpungendum. Noster Bacch. 508. ἀτάρ τοι τῶνδ' ἄποιν' ὑβρισμάτων Μέτεισι Διόνυσός σ'. In his locutionibus adhibetur duplex accusativus eodem fere modo ut in αἰτῶ σε ἀργυρίον et similibus. Dum de hac re agitur, duas observationes ad usitatissimam locutionem δοῦναι δίκην pertinentes hic subjiciam. Prima est, eadem significatione interdum dici λαβεῖν δίκην, quamvis *pœnas dare* et *pœnas sumere* apud Latinos non minus inter se differant quam τῖσαι δίκην et τίσασθαι δίκην. Noster Bacch. 1300. Πόλει τε τάρβος ἦσθα. τὸν γέροντα δὲ Οὐδεὶς ὑβρίζειν ἤθελ', εἰσορῶν τὸ σὸν Κάρα. δίκην γὰρ ἀξίαν ἐλάμβανεν. Lego, ἀξίαν ἂν ἔλαβεν ἄν. Herodotus I. 115. Οὗτος δὲ ἀνηκουστέε τε καὶ λόγον εἶχε οὐδένα, ἐς ὃ ἔλαβε τὴν δίκην. Altera observatio spectat ad Or. 606. Ἑκοῦσαν, οὐκ ἄκουσαν ἐπισείσω πόλιν, Σοὶ σῇ τ' ἀδελφῇ λεύσιμον δοῦναι δίκην. Δοῦναι δίκην, inquit Porsonus, *quod alibi fere sonat* pœnas pendere, judicium subire, *hic rarissimo usu ponitur pro eodem prope, quod Latine dicitur* jus dare *vel* reddere. Hæc ille, cui fraudi fuit distinctio loco non suo posita. Ita interpungendum: Ἑκοῦσαν, οὐκ ἄκουσαν ἐπισείσω πόλιν Σοὶ σῇ τ' ἀδελφῇ, [ὥστε ὑμᾶς] λεύσιμον δοῦναι δίκην. Similis constructio verbi ἐπισείειν, v. 255. *Elmsl.*

Noster Or. 427. Συνῆκα. Παλαμήδους σε τιμωρεῖ φόνου. Ita Aldus. Fluctuant codd. inter φόνος, φόνου et φόνον. *Quodvis probum*, inquit Porsonus, *sed optimum videtur* φόνος. Æsch. Agam. 1271. Ἐπεύχεται θήγουσα φωτὶ φάσγανον Ἐμῆς ἀγωγῆς ἀντιτίσασθαι φόνον. Cum Bacch. 1300. confer Atticistam Anonymum: Ζημίαν λαβεῖν ἀντὶ τοῦ ζημιωθῆναι. Δίκην λαβεῖν, *pœnas sumere*, præter alios Isocrates περὶ Ἀντιδόσεως, pp. 380. 390. *Elmsl. Addend.*

854. ἀστέρ',] *Divi, numina.* Latini eadem potestate *Sidera.* Corn. Severus v. 33.

— neque extremas jus est demittere in artes
Sidera; seducto regnant sublimia cœlo
Illa.

Idem v. 43. de Gigantibus:

Tentavere (nefas) olim detrudere mundo
Sidera.

Denique v. 51.

Impius et miles metuentia cominus Astra
Provocat.

Βραχιόνων ἔδειξεν ἡϐητὴν τύπον.
Αἱρεῖ δ' ὁ κλεινὸς Ἰόλεως Εὐρυσθέως
Τέτρωρον ἅρμα πρὸς πέτραις Σκειρωνίσι,
Δεσμοῖς τε δήσας χεῖρας, ἀκροθίνιον

Brachiorum juvenilem notam edidit.
Capit vero inclytus Iolaus Eurysthei
Quadrijugum currum ad saxa Scironia,
Et vinciens vinculis manus, spolium

859. ὁ κλεινὸς πόλεως 860. σκειρωνίσιν.

Confer etiam Virg. Æneid. XI. 260. Nostri Troad. 849. Hoc in loco, quod sidera potius dixit, quam divos, non sine ratione factum videtur. Fingunt utique poëtæ, deorum per aëra trajectum lucido limite, qualis est stellæ cadentis, notari. Statius Theb. VI. 388. de Apolline:

Claraque per Zephyros etiamnum semita lucet.

Idem IX. 647.

— Irrubuit cœli plaga sidere mixto,
Occursuque sacro pariter jubar arsit utrumque.

Phænomenon igitur, quod ob oculos ponere voluit Euripides, hujusmodi est: cecidisse de cœlo in currum Iolai duas sive faces, sive (ut cum vulgo loquamur) stellas; earum lumine exstincto, currum tenebris involutum fuisse. Quod narrat Nuncius, divos duos insedisse currui, non est phænomenon; neque enim divos hosce a quoquam conspectos fuisse tradit; sed phænomeni tantum interpretamentum.

ὑπὸ ζυγοῖς.] Legendum, ni fallor, ἐπὶ ζυγοῖς. *Musg.*

ἐπὶ jam conjecerat Reisk. *Beck.*

856. Παῖδά θ' Reiskius. Παῖδά σ' ed. Commelinianæ vitium typographicum in Musgravianam manavit. *Elmsl.*

857. Ἐκ δυσαιθρίου ipsius Musgravii emendatio est. *Elmsl.*

ἐκ δυσαιθρίου] Barnesius ἐκδὺς αἰθρίου, quod metro adversatur, ne dicam et sensui. *Musg.*

859. Ὁ κλεινὸς Ἰόλεως primus edidit Hervagius ed. secunda. Ita etiam emendavit Brodæus. Vide Porsoni Advers. p. 89. *Elmsl.*

βρέφος, quod eleganter pro αὐτὸ positum est, pendet ab ἀπήνεγκε, παῖδα a τεκοῦσα, cum contra in eo quem tractamus loco idem verbum duplicem accusativum regat πέδον et γυίας. Pleonasmus tandem quem Musgravius observat in Hecuba, 487.

> Ἢ δόξαν ἄλλως τήνδε κεκτῆσθαι μάτην

diversissimæ etiam naturæ est. Restat igitur ut cum Scaligero corrigamus:

> Ὃς ἀντὶ δίας ψεκάδος Αἰγύπτου πέδων
> λευκῆς τακείσης χίονος ὑγραίνει γυίας.

Hac enim periphrasi nihil fere vulgatius. πέδον χθονὸς Asius dixit apud Athenæum, Lib. XII. p. 525. F.

> χιονέοισι χιτῶσι πέδον χθονὸς εὐρέος εἶχον.

Euripides autem sexcenties dixit πέδον χθονὸς, πέδον γῆς, &c. Proferam hac opportunitate oblata conjecturam de vexatissimo Coluthi loco, quem et Dorvillius et Lennepius tentaverunt, neuter satis feliciter. Dicitur enim de Eride, v. 44. *Tanquam taurus œstro agitatus in silvis vagatur:*

> Τοῖα βαρυζήλοισιν Ἔρις πληγῇσι δαμεῖσα
> Πλάζετο, μαστεύουσα, θεῶν πῶς δαῖτας ὀρίνοι
> Πολλάκι δ' εὐλάϊγγος ἀπὸ κλισμοῖο θοροῦσα
> Ἵστατο, καὶ παλίνορσος ἐφέζετο· χειρὶ δὲ γαίης
> ΟΥ'ΔΕ ΤΕ ΚΟΛΠΟΝ ἜΡΥΞΕ καὶ οὐκ ἐφράσσατο πέτρην.

Pro ἔρυξε Dorvillius ἄραξε corrigit, cujus vestigia legens emendandum suspicor

> χειρὶ δὲ γαίης
> ΕΥ'ΔΑΠΕΔΟΝ Γ' ἈΝΑΡΑΞΕ καὶ οὐκ ἐφράσσατο πέτρην.

Strenue terram pulsavit manibus. Quintus Calaber, Lib. XI. 23.

> ἀναῤῥάξασα χέρεσσι
> Τρηχὺ πέδον Λιβύης.

In Helenæ loco, unde progressi sumus, pro ὑγραίνει, Aristides T. III. p. 559. ἀρδεύει legit. Æschyl. Prometh. v. 850.

> ὃς καρπώσεται
> Ὅσην πλατύῤῥους Νεῖλος ἈΡΔΕΥΕΙ χθόνα.

Verbum ἀρδεύειν sollicitat Gedike V. CL. in difficili Pindari loco Olymp. V. 54.

> Ὑγί-
> εντα εἴ τις ὄλβον
> ἈΡΔΕΙ, ἐξαρκέων κτεάτεσσι, καὶ
> εὐλογίαν προστιθεὶς, μὴ ματεύ-
> σῃ θεὸς γενέσθαι.

Ubi ille

> εἴ τις ὄλβον
> ἈΡΥΕΙ

conjecit, quod in metri leges peccat. Equidem hunc locum ita explicandum puto, ut per ὄλβον ὑγιέντα intelligantur *divitiæ cum corporis sanitate conjunctæ* ad quam *mentis sanitas* accedere debet, ut

Πρωτεὺς δ', ὅτ' ἔζη, τῆσδε γῆς τύραννος ἦν,
Φάρον μὲν οἰκῶν νῆσον, Αἰγύπτου δ' ἄναξ,
Ὃς τῶν κατ' οἶδμα παρθένων μίαν γαμεῖ,
Ψαμάθην, ἐπειδὴ λέκτρ' ἀφῆκεν Αἰακοῦ.

Proteus autem, quando vivebat, erat dominus hujus terræ,
Incolens quidem insulam Pharum, rex vero Ægypti:
Qui unam marinarum virginem uxorem duxit
Psamathen, postquam reliquit lectum Æaci:

7. Αἰόλου.

perfecta sit felicitas. Illa autem in eo conspicitur, si quis *divitiis recte utitur*, ἐξαρκεῖ κτεάτεσσι. Hunc enim sensum habet verbum ἐξαρκεῖν, *ita se gerere in alicujus rei usu ut consentaneum est*. Sensus igitur totius loci hic est: Si quis divitias, cum sanitate conjunctas, semper auget (ἄρδει, αὐξάνει), eo quod illis recte et ut virum sapientem decet utitur, gloriamque sibi præterea comparat, ad summum fortunæ pervenisse videri debet. — Contra autem verbum ἀρύειν restituendum videtur Aristoni Epigr. III. Analect. Vet. Poët. T. II. p. 258.

Ἀμπελὶς ἡ φιλάκρητος ἐπὶ σκήπωνος ὁδηγοῦ
ἤδη τὸ σφαλερὸν γῆρας ἐρειδομένη,
Λαθριδίη βάκχοιο νεοθλιβὲς ἦλθ' ἀπὸ ληνοῦ
ΠΩΜΑ ΠΙΕΙΝ ΚΥΚΛΩι πλησαμένη κύλικα
Πρὶν δ' ἈΡΥΣΑΙ μογερὰν ἔκαμεν χέρα, ὡς δὲ παλαιὴ
νηῦς ὑποβρύχιος ζωρὸν ἔδυ πέλαγος.

Videsis an corrigendum sit:

Λαθριδίη βάκχοιο νεοθλιβὲς ἦλθ' ἀπὸ ληνοῦ
ΠΩΜ' ἈΡΥΕΙΝ ΚΟΙΛΗι χρησαμέν' ὡς κύλικι.
Πρὶν δ' ἈΝΥΣΑΙ μογερὰν ἔκαμεν χέρα.

Accesserat temulenta anus ad torculare recenti impletum vino et jam cœperat CAVA MANU *qua ut poculo utebatur, haurire, cum, antequam perfecisset, crebro hauriendo fatigata, præceps in torculare cecidit vinoque immersa periit. Jacobs.*

3. Pro ὑγραίνει Aristides ἀρδεύει, versum hunc citans in λόγῳ Αἰγυπτίῳ. De Nili incremento videndi Herodotus, Lib. II. c. 22. Diodor. Sic. Lib. I. c. 37. Scholiastes Apollon. Rhod. ad Lib. IV. v. 269. Lucan. Pharsal. Lib. X. v. 220. denique Strabo, Lib. XV. p. 696. ne omnes enumerando lectori tædium creem. *Musg.*

Λευκῆς τακείσης χιόνος,] Ἐκ θερινῶν ὄμβρων καὶ χιόνος χειμερινῆς οἱ ποταμοὶ αὔξεσθαι εἰώθασιν. De Nili autem incremento et olim et etiamnum disceptatum. Quod hic Euripides asserit, ab Anaxagora præceptore habuit, quin idem Æschylus et Sophocles voluere; Cardanus probat; Lucanus negat, Lib. X. v. 220. *Vana fides veterum, Nilo, quod crescat in arva, Æthiopum prodesse nives. Non Arctos in illis Montibus, aut Boreas. Testis tibi sole perusti Ipse color populi, calidique vaporibus Austri. Adde, quod omne caput fluvii, quodcunque soluta Præcipitat glacies, ingresso Vere tumescit, Prima tabe nivis. Nilus neque suscitat undas Ante Canis radios, nec ripis alligat amnem Ante parem nocti Libra sub judice Phœbum.* Vide Scholiasten Apollonii Argon. Lib. IV. ad v. 269. Καὶ ποταμὸς Τρίτων, &c. ubi omnes Veterum opiniones recensentur. Vid. Doctoris Thomæ Browni Pseudodoxiam, Herodotum in Euterpe, Cœlium Rhodigin. Lib. XVIII. c. 39. et Lib. XXVII. c. 6. Tzetzem in Lycophr. p. 25. Gul. Canterum in Notis ad Lycophr. ad finem. Ante omnes Nicolai Lloydii Lexicon Poëticum in voce Nilus, ubi plurima de Nilo cognitu jucunda habentur. *Barnes.*

ὑγραίνει] Aristides in Ægyptio λόγῳ legit ἀρδεύει. *Duportus.*

4. Πρωτεὺς] De eo vide Herodotum Lib. II. c. 114. unde sua depromsit Eustathius ad Odyss. IV. v. 469. *Musg.*

Πρωτεὺς] Huc refer illud Eustathii in Odyss. δ'. v. 369. Πρωτέος ἰφθίμου θυγάτηρ ἁλίοιο γέροντος, fol. 1500. lin. 35.

Τίκτει δὲ τέκνα δισσὰ τοῖσδε δώμασιν,
Θεοκλύμενον μὲν ἄρσεν', ὅτι δὴ θεοὺς σέβων
Βίον διήνεγκ', εὐγενῆ τε παρθένον
Εἰδώ, τὸ μητρὸς ἀγλάϊσμ' ὅτ' ἦν βρέφος,

Et procreavit duos liberos *in* his ædibus,
Theoclymenum marem, quia colens deos
Vitam egit, et puellam liberali
Forma, delicias matris, quando erat infantula,

9. μὲν deest. 11. εἶδος.

Περὶ δὲ Πρωτέως ἱστόρηται, ὅτι ἀνὴρ ἦν τις Μεμφίτης, ᾧ κατὰ ʽΕλλήνων γλῶσσαν ὄνομα Πρωτεύς· Οὗ καὶ τέμενος ἐν Μέμφει κατὰ ʽΗρόδοτον, κάρτα καλὸν καὶ εὖ ἐσκευασμένον. ὅτι δὲ ὁ προῤῥηθεὶς Θῶνος φύλαξ ὢν τοῦ Κανωβικοῦ στόματος, ἀνήνεγκεν εἰς τοῦτον τὸν Πρωτέα τὴν ἀδικίαν τοῦ ἅρπαγος Πάριδος, καὶ ὡς ἀφῃρέθη τότε τὴν ʽΕλένην ἐκεῖνος, καὶ ὡς ἀρέσκονται οἱ πλείους, μὴ εἶναι τὴν ʽΕλένην ἐν Τροίᾳ. *Barnes.*

5. Φάρον μὲν οἰκῶν νῆσον,] Hæc ab Homero sumsit Euripides. Vid. Odyss. δ'. v. 354. Νῆσος ἔπειτά τις ἐστὶ πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ Αἰγύπτου προπάροιθε· Φάρον δέ ἑ κικλήσκουσι, etc. Hic Ægyptii reges quondam habitasse dicuntur. *Barnes.*

6. Ὃς τῶν κατ' οἶδμα παρθένον μίαν γαμεῖ,] Annon παρθένων? *Por.*

7. Αἰόλου.] Legendum Αἰακοῦ, cui invita concubuit Psamathe, Nerei filia, teste Apollodoro Lib. III. c. 11. confer Hesiod. Theog. v. 1004. Pindar. Nem. V. Epod. I. De Æolo, qui Enareten matrimonio duxit (Apollod. Lib. I. c. 7.) nihil tale traditur. *Musg.*

Ψαμάθην,] Nerei filia erat Psamathe, Æoli primum uxor, dein Protei.

Αἰάκου cum Musgr. legit Prev. *Beck.*

9. Versum insuaviter decurrentem emendabat Scaliger, adjiciendo μὲν post Θεοκλύμενον. Non damno: sed nec deterius foret: Θεοκλύμενον οὔνομ' ἄρσεν'.— *Musg.*

Θεοκλύμενον ἄρσεν', ὅτι δὴ θεοὺς σέβων] Hic versus cum minus rotundus sit, Scaliger inter duo priora vocabula addidit μὲν, ut, quem putabat adesse, defectum impleret; sed si iambum et tribrachyn ex primo vocabulo feceris, tum dactylum, dein tres iambos, versus satis sibi constare videbitur; quare nihil mutamus. *Barnes.*

11. τὸ μητρὸς ἀγλάϊσμ', ὅτ' ἦν βρέφος,] Inepta sententia. Cur enim matris ornamentum, quamdiu erat infans, magis, quam postea, quum ætatem maturiorem adepta est? Non enim dicendum est, matrem e vivis excessisse, quippe Nerei filiam, adeoque immortalem. Sed neque illud difficultate caret, cur Euripides nomen, quod adulta gessit Protei filia, memoriæ prodiderit, non item illud, quod infans adhuc gerebat. Hinc, re considerata, quin versus ex hoc loco deperditus sit, inque eo nomen Εἰδοθέας, quo eam aliquando appellatam fuisse, ex Homero novimus Odyss. IV., nullus equidem dubito. Forte hujusmodi erat, qui intercidit, versus:

κεκλημένην πρὸς πατρὸς Εἰδοθέαν ἀεί.

vide enim, quam apte cum reliquis cohæreat:

— εὐγενῆ τε παρθένον
εἶδος, τὸ μητρὸς ἀγλάϊσμ'· ὅτ' ἦν βρέφος
[κεκλημένην πρὸς πατρὸς Εἰδοθέαν ἀεί·]
ἐπεὶ δ' ἐς ἥβην ἦλθεν ὡραίαν γάμων,
καλοῦσιν αὐτὴν Θεονόην — —

Legendum utique ὡραίαν γάμων. Sic enim loqui amant Græci. vid. Jul. Polluc. II. 17. *Musg.*

τὸ μητρὸς ἀγλάϊσμ'] Hesychius. Ἀγλάϊσμα. καλλονή. κόσμος. Æsch. Choëph. v. 191.

εἶναι τόδ' ἀγλάϊσμά μου τοῦ φιλτάτου
βροτῶν Ὀρέστου.

v. Abresch. Lectt. in Æsch. Lib. II. p. 421. Eodem verbo Helena utitur de filia Hermione loquens, versu 281. hujus Tragœdiæ. De voce ἄγαλμα hoc sensu

Ἐπεὶ δ' ἐς ἥβην ἦλθεν ὡραίαν γάμων,
Καλοῦσιν αὐτὴν Θεονόην· τὰ θεῖα γὰρ,
Τά τ' ὄντα καὶ μέλλοντα πάντ' ἠπίστατο,
Προγόνου λαβοῦσα Νηρέως τιμὰς πάρα.
Ἡμῖν δὲ γῆ μὲν πατρὶς οὐκ ἀνώνυμος

Sed postquam ad pubertatem venit et ad ætatem nubilem,
Vocarunt ipsam Theonoen, quia divina,
Cum præsentia tum futura omnia sciebat,
Accipiens a Nereo proavo hanc dotem.
Nobis vero patria quidem *est* non ignobilis

12. *ὡραίων γ'.*

usurpata (*πᾶν ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται.* Suidas.) vide Dorville ad Charit. I. p. 13. Musgrav. ad Suppl. v. 380. Miscell. Obs. Vol. III. p. 267. Valcken. in Ammon. p. 169. — Post hunc versum unum intercidisse jam diu est quod videram. *Jacobs.*

12. *ὡραίαν* emendat Reisk. *Beck.*

Ἐπεὶ δ' ἐς ἥβην ἦλθεν ὡραίων γάμων,] Sic fere Perses Thebanus Epigr. VI. Anal. Vet. Poet. T. I. p. 5.

> Ὤλεο δὴ πρὸ γάμοιο, Φιλαίνιον, οὐδέ σε μήτηρ
> Πυθιὰς ὡραίους ἤγαγεν εἰς θαλάμους

ut hic *θάλαμος ὡραῖος* est thalamus in quem maturæ ætatis virgo introducitur, ita *γάμος ὡραῖος* nuptiæ sunt, quæ maturis puellis contingere solent. Speciosa tamen est et a Musgravio probata conjectura Reiskii

> Ἐπεὶ δ' ἐς ἥβην ἦλθεν ὡραίαν γάμων.

h. *εἰς ὥραν γάμου* ut est in Heraclid. v. 579. Confer Moschopulum II. C. p. 78. *ὡραία γάμων. παρ' Ἀττικοῖς, ἣν οἱ ἄλλοι Ἕλληνες ἐν ἀκμῇ γάμου λέγουσιν.* Eadem fere docet Mœris Atticista. p. 426. ubi vide I. Pierson. — *Ἀγλαΐαν ὥρας* Pindarus dixit, ni fallor, in Fragmento ab Athenæo servato L. XIII. p. 573. (Collectio Fragm. Pind. p. 12, 13.) quod hoc loco emaculemus:

> Πολύξενοι νεάνιδες, ἀμφίπολοι
> Πειθοῦς ἐν ἀφνειᾷ Κορίνθῳ,
> ΔΙΑ ΤΕ ΤΑΣ ΧΕΙΡΑΣ λιβάνου ξανθὰ δάκρυα
> ΤΕ ̔ΗΜΙΝ ΠΟΛΛΑΚΙΣ ματέρας ἐρώτων
> ΟΥ'ΡΑΝΙΑΝ ΙΠΤΑΜΕΝΑΙ ΝΟΗΜΑΤΙ
> ΠΟΤΤΑΝ Ἀφροδίταν ὑμῖν ἄνωθεν ἈΠΑΓΟΡΙΑΣ
> ἔπορεν.

Certam hujus tam corrupti loci emendationem a melioribus tantum Codicibus expectare licet. Interea, quid ingenio præstari possit, periclitabimur. Versu tertio fortasse scribendum:

> ΣΤΑΖΕΤ' ἘΣΧΑΡΑΙΣ λιβάνου ξανθὰ δάκρυα.

στάζειν δάκρυα sensu proprio dixit Euripides. Iph. in Aul. 1466. et Hercul. Fur. 1346. *Οὔτ' ἀπ' ὀμμάτων ἔσταξα πηγάς.* — *Ἔσχαρα* autem de ara passim occurrit. v. Eustath. in Od. Β'. p. 265. 41. Barnes. ad Heraclid. 128. Alberti ad Hesych. V. — In sequentibus corrigo

> ΤΙΜΑΝ ΤΕ ΜΑΚΙΣΤΑΝ ματέρι ἐρώτων
> ΟΥ'ΡΑΝΙΩι ΝΙΠΤΑΜΕΝΑΙ ΝΑΜΑΤΙ
> ΠΟΤΑΓΕΤ' Ἀφροδίτᾳ ''ΑΓ' ὑμῖν ἄνωθεν
> ἈΓΛΑΙΑΝ ̔ΩΡΑΣ ἔπορεν.

Summis honoribus colite matrem amorum Venerem, quæ vobis juventutis splendorem tribuit. Verba *οὐρανίῳ νιπτάμεναι νάματι* ad vulgarem usum ante sacrificium lavandi spectant. Homer. Ιλ. Π'. 230. Ιλ. Ζ'. 276.

> χερσὶ δ' ἈΝΙ'ΠΤΟΙΣΙΝ Διῒ λείβειν αἴθοπα οἶνον
> Ἅζομαι.

Conf. Eustath. p. 501. 25. — *οὐρανίῳ νάματι, rore cœli.* ut Pindar. Ol. XI.

Σπάρτη, πατὴρ δὲ Τυνδάρεως· ἔστιν δὲ δὴ
Λόγος τις, ὡς Ζεὺς μητέρ' ἔπτατ' εἰς ἐμὴν
Λήδαν, κύκνου μορφώματ' ὄρνιθος λαβών,
Ὃς δόλιον εὐνὴν ἐξέπραξ' ὑπ' αἰετοῦ
Δίωγμα φεύγων, εἰ σαφὴς οὗτος λόγος.

Sparta, pater vero Tyndareus: est autem
Fama quædam, quod Jupiter volaverit in meam matrem
Ledam, assumpta forma cygni avis:
Qui effecit dolosum concubitum, ab aquila
Persecutionem fugiens, si vera est ista fama.

20. αἰετοῦ,

ἔστιν δ' οὐρανίων ὑδάτων ὀμβρίων.

Sophocles Œdip. Colon. 623. Θάλλει δ' οὐρανίαις ὑπ' ἄχναις. — Νίπτρα ποταμίας δρόσου simili ratione dixit Euripides in Helena. 1333. — Verba ἀγλαΐαν ὥρας denique firmari possunt ex Epigr. Nossidis IV. Anal. Vet. Poet. T. I. p. 491. ubi Polyarchis meretrix Veneri signum dedicasse dicitur

ἐπαυρομένα μάλα πολλὰν
Κτῆσιν ἀπ' οἰκείου σώματος ἀγλαΐας.

Macedon. Epigr. XVI.

οὐκ ἀπὸ πήγης
Ἀγλαΐη μελέων ἕλκεται ἀενάου.

Jacobs.

14. Τά τ' ὄντα καὶ μέλλοντα πάντ' ἠπίστατο,] In eo enim vatis munus continebatur. Sequitur Noster Homerum. Ιλ. Α'. 69.

Κάλχας Θεστορίδης οἰωνοπόλων ὄχ' ἄριστος
ὃς ᾔδη τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα.

Virgil. Georg. IV. 392.

Novit namque omnia Vates
Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur.

Acceptum ferebat Theonoe hoc munus Nereo, — προγόνου λαβοῦσα Νηρέως τιμὰς πάρα. Hoc sensu verbum τιμὰς legimus in Electra, 992. Dioscuri

— βροτῶν ἐν ἁλὸς ῥοθίοις
Τιμὰς σωτῆρας ἔχοντες.

Hercules Fur. v. 848. — Vide Valckenærium de hac voce disputantem ad Hipp. p. 778. T. Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 285. *Jacobs.*

15. Νηρέως — παρὰ.] De Nereo vate videndi Noster Orest. v. 358. Hesiod. Theog. v. 233. Horat. Lib. I. Od. 15. *Müsg.*

Προγόνου λαβοῦσα Νηρέως τιμὰς πάρα.] Nereus, Theonoæ avus, Deus marinus, erat verax et vates, ut Hesiodus Theogon. v. 233. Νηρέα τ' ἀψευδέα καὶ ἀληθέα γείνατο Πόντος, etc. Et clarum illius vaticinium de Trojano bello exhibet nobis Horatius Carmin. Lib. I. Od. 15. *Pastor quum traheret per freta navibus Idæis Helenam perfidus hospitam, Ingrato celeres obruit otio Ventos, ut caneret fera Nereus fata. Barnes.*

19. μόρφωμ' ἄπ' ὄρνιθος Reisk. conjicit. *Beck.*

κύκνου μορφώματ' ὄρνιθος] Mihi satisfacit vulgata lectio, quam Reiskius in μόρφωμ' ἄπ' ὄρνιθος mutatam voluit. Illum pluralis numerus in μορφώματα offendisse videtur. Haud satis idonea de causa cum istud et aliis poëtis et Euripidi perquam familiare sit, ut plurali pro singulari utantur numero. Non magis tentanda est vulgata lectio, in Hercule Fur. v. 821.

Ἑνὸς δ' ἐπ' ἀνδρὸς σώματα στρατεύομεν.

ubi idem Reiskius: σῶμα συστράτευομεν, Scaliger autem: δώματα tentavit. Simplicissimum esset: σῶμ' ἐπιστρατεύομεν. Sed nihil opus. Sophocl. Philoct. v. 35.

Αὐτόξυλόν τ' ἔκπωμα φαυλούργου τινὸς
τεχνήματ' ἀνδρός.

Jacobs.

20. ὑπ' αἰετοῦ] Legendum ἀπ' αἰετοῦ.

Ἑλένη δ᾽ ἐκλήθην· ἃ δὲ πεπόνθαμεν κακὰ,
Λέγοιμ᾽ ἄν. ἦλθον τρεῖς θεαὶ κάλλους πέρι
Ἰδαῖον ἐς κευθμῶν᾽ Ἀλέξανδρον πάρα,
Ἥρα Κύπρις τε Διογενής τε παρθένος,
Μορφῆς θέλουσαι διαπεράνασθαι κρίσιν.
Τοὐμὸν δὲ κάλλος, εἰ καλὸν τὸ δυστυχὲς,
Κύπρις προτείνασ᾽ ὡς Ἀλέξανδρος γαμεῖ,
Νικᾷ· λιπὼν δὲ βούσταθμ᾽ Ἰδαῖος Πάρις

Helena vero vocata sum: quæ vero mala perpessæ simus,
Dicam. Venerunt tres deæ propter famam
In specum Idæum ad Alexandrum,
Juno, Venus, et virgo Jove-nata,
Volentes judicium de forma subire.
Meam vero formam, si formosum est, quod infelix,
Venus proponens, quod Alexander esset *me* ducturus uxorem,
Vincit. Paris vero Idæus relictis stabulis pecorum,

Tmesis autem est pro *ἀποφεύγων δίωγμα αἰετοῦ.* De historia sic Brodæus: "Jupiter in olorem mutatus, Venerem, quam in aquilam transformari jusserat, fugere simulabat, ut hoc prætextu in Ledæ gremium convolans, ejus amore potiretur." Ex Hygini Astron. Poët. Lib. II. c. 8. *Musg.*

20. s. *Ὅς δόλιον εὐνὴν ἐξέπραξ᾽ ὑπ᾽ αἰετοῦ Δίωγμα φεύγων,*] Fabula est, Jovem, oloris specie tectum, ab aquila quasi fugatum ad Ledam velut opis implorandæ causa tetendisse, a qua receptum ac fotum cum ea demum concubuisse; ex eoque concubitu ovum unum, ut Pausanias, (qui fol. 97. lin. 41. dicit, in templo Hilairæ et Phœbæ suspensum: *Ἐνταῦθα ἀπήρτηται ὠὸν τοῦ ὀρόφου κατειλημένον ταινίαις· εἶναι δέ φασιν ὠὸν ἐκεῖνο, ὃ τεκεῖν Λήδαν ἔχει λόγος*) alii duo ova profusa memorant, sequente etiam Tyndari congressu, unde Castor et Clytæmnestra, Pollux et Helena. Hanc historiam elegantissime tractatam habes in nobili illo poëmate, Arione dicto, toties memorato; libat præterea Apollodorus in Biblioth. Lib. III. c. 10. §. 7. Natal. Comes Mytholog. Lib. II. c. 1. pag. 94. et Lib. IX. c. 19. pag. 1021. Ovid. Metamorph. Lib. VI. Fab. 2. *Fecit olorinis Ledam recubare sub alis.* item vid. ad Orest. v. 459. *Barnes.*

ὑπὸ pertinet ad *φεύγων, ὑποφεύγων δίωγμα. Reisk.*

21. *εἰ λόγος σαφὴς*] *Si vera est et sincera hæc narratio.* Schol. Sophocl. in Œdipo C. 623. *Εἰ ὁ Διὸς Φοῖβος σαφής. ἀντὶ τοῦ ἀληθής.* v. Vauvillieres ad h. l. et Abresch. Dilucid. Thucyd. Auct. p. 349. — In proximis vera est procul dubio antiquarum editionum lectio

εἰ καλὸν τὸ δυστυχές.

ubi Barnesius edidit: *ὅ, τι καλὸν τὸ δυστυχές.* vertens: *Quod autem est formosum id sæpe mortalibus est infestum.* In qua phrasi articulus nulla ratione stare potuisset; neque *τὸ* pro *τοῦτο* accipere Atticorum usus patitur. — Dictum est *εἰ καλὸν τὸ δυστυχὲς* ut in Oreste. v. 17. *Ἀτρέως δὲ — ὁ κλεινὸς, εἰ δὴ κλεινὸς, Ἀγαμέμνων ἔφυ.* et in Sophocl. Trachin. 26.

τέλος δ᾽ ἔθηκε Ζεὺς Ἀγώνιος καλῶς
Εἰ δὴ καλῶς.

Jacobs.

23. *ἦλθον τρεῖς θεαὶ κάλλους πέρι*] De judicio Paridis vid. ad Andromach. v. 284. et Iphig. Aul. v. 1289. et Luciani *Κρίσιν θεῶν*, Natal. Com. Mytholog. Lib. VI. c. 23. Euripides etiam sæpe hujus rei meminit, præsertim Troad. v. 917. *Barnes.*

24. *Ἰδαῖον εἰς κευθμῶνα*] De antro ad Idam fere mediam ubi Paris Dearum litem diremisse dicebatur, vide T. Hemsterhuis. ad Lucian. T. I. p. 252. Diodor. Sicul. XVI. p. 565. C. *Jacobs.*

Σπάρτην ἀφίκεθ', ὡς ἐμὸν σχήσων λέχος.
Ἥρα δὲ μεμφθεῖσ', οὕνεκ' οὐ νικᾷ θεὰς,
Ἐξηνέμωσε τἄμ' Ἀλεξάνδρῳ λέχη,
Δίδωσι δ' οὐκ ἔμ', ἀλλ' ὁμοιώσασ' ἐμοὶ
Εἴδωλον ἔμπνουν οὐρανοῦ ξυνθεῖσ' ὕπο
Πριάμου τυράννου παιδί· καὶ δοκεῖ μ' ἔχειν,
Κενὴν δόκησιν, οὐκ ἔχων. τὰ δ' αὖ Διὸς
Βουλεύματ' ἄλλα τοῖσδε συμβαίνει κακοῖς·

Venit Spartam tanquam habiturus meum lectum.
Sed Juno moleste ferens, quod non vicisset Deas,
Irritum fecit meum conjugium Alexandro:
Dedit enim non me, sed assimilatam mihi
Imaginem vivam, ex æthere componens,
Filio regis Priami: putavit autem se habere me,
Falsa opinione *deceptus*, cum non haberet. Jovis porro
Consilia alia accesserunt ad hæc mala.

32. Ἀλεξάνδρου.

27. εἰ καλὸν] Ita Ed. Ald. Recentiores, errore typographico, ὅτι. *Musg.*

29. Ἰδαῖος Πάρις] Paris erat Idæus dictus ab Ida monte, in quo de tribus deabus judicium tulit. Vid. Iphigen. Aul. v. 1289. *Barnes.*

λιπὼν δὲ βούσταθμ' Ἰδαῖος Πάρις] Coluthus de R. H. v. 5.

Δεῦτε θεμιστοπόλοι νοήματα μηλοβοτῆρος
Ἔσπετέ μοι κελάδοντος ἀπορνύμεναι ποτάμοιο
Ἐξ ὀρέων πόθεν ἦλθεν ἀηθέα πόντον ἐλαύνων.

ubi fortasse corrigendum:

Ἐξ ὀρέων ὅποτ' ἦλθεν ἀηθέα πόντον ἐλαύνων.

Jacobs.

33. Commode citat Brodæus Philostratum vit. Apollon. Lib. IV. c. 5. vide et ad hujus fabulæ initium. *Musg.*

Δίδωσι δ' οὐκ ἔμ', etc.] De hac re Philostratus testatur Apollonium Tyaneum interrogasse Achillis umbram, illam autem pro Euripide stetisse: Τρίτον ἠρόμην· ἡ Ἑλένη, ὦ Ἀχιλλεῦ, ἐς Τροῖαν ἦλθεν, ἢ Ὁμήρῳ ἔδοξεν ὑποθέσθαι ταῦτα; Achilles respondet: Πολὺν χρόνον ἐξηπατώμεθα, πρεσβευόμενοί τε παρὰ τοὺς Τρῶας, καὶ ποιούμενοι τὰς ὑπὲρ αὐτῆς μάχας, ὡς ἐν τῷ Ἰλίῳ οὔσης· Ἡ δ' Αἴγυπτόν τε ᾤκει, καὶ τὸν Πρωτέως οἶκον, ἁρπασθεῖσα ὑπὸ τοῦ Πάριδος. Ἐπεὶ δὲ ἐπιστεύθη τοῦτο, ὑπὲρ αὐτῆς τῆς Τροίας λοιπὸν ἐμαχόμεθα, ὡς μὴ αἰσχρῶς ἀπέλθοιμεν. De vita Apollonii Lib. IV. c. 5. Idem evidentissime testatur Herodotus in Euterpe, seipsum ex Ægyptiis sacerdotibus audivisse, Helenam una cum Paride ad ostia Canopi appulsam, Paridem, quæstione facta a Thone, Canopi satrapa, ad Proteum missum, qui, omnium hominum justissimus quum esset, Helenam illiusque et Menelai opes universas sibi asservandas dixit, mortem insuper Paridi minatus, nisi cum suis intra triduum Ægyptum linqueret. Plura videas de hac re Herodot. Lib. II. c. 12. usque ad c. 18. et supra ad v. 4. Hæc autem Helenæ Idoli, a Paride lecto recepti, fabula Stesichorum auctorem habuit: ita enim Tzetzes in Lycophr. Λέγουσι γὰρ, ὅτι διερχομένῳ Ἀλεξάνδρῳ δι' Αἰγύπτου, ὡς Πρωτεὺς Ἑλένην ἀφελόμενος, εἴδωλον Ἑλένης αὐτῷ δέδωκεν, ὥς φησι Στησίχορος. Hinc Aristides περὶ Ῥητορικῆς: Ὥσπερ οἱ Στησιχόρου Τρῶες, οἱ τὸ τῆς Ἑλένης εἴδωλον ἔχοντες, ὡς αὐτήν. *Barnes.*

35. Reisk. scribit ξυνθεῖσ' ἄπο. *Beck.*

36. s. τὰ δ' αὖ Διὸς Βουλεύματ'] Ita Hom. Il. α'. v. 5. Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή. De terra præ multitudine hominum nimis angustata; et quod Jovis erat consilium,

Πόλεμον γὰρ εἰσήνεγκεν Ἑλλήνων χθονὶ
Καὶ Φρυξὶ δυστήνοισιν, ὡς ὄχλου βροτῶν
Πλήθους τε κουφίσειε μητέρα χθόνα,
Γνωτόν τε θείη τὸν κράτιστον Ἑλλάδος.
Φρυγῶν δ' ἐς ἀλκὴν προὐθέμην — ἐγὼ μὲν οὔ,
Τὸ δ' ὄνομα τοὐμὸν — ἆθλον Ἕλλησιν δορός.
Λαβὼν δέ μ' Ἑρμῆς ἐν πτυχαῖσιν αἰθέρος,
Νεφέλῃ καλύψας, — οὐ γὰρ ἠμέλησέ μου
Ζεύς, — τόνδ' ἐς οἶκον Πρωτέως ἱδρύσατο,
Πάντων προκρίνας σωφρονέστατον βροτῶν,

Nam immisit bellum in terram Græcorum,
Et in infelices Phryges, ut hominum turba,
Et multitudine, matrem Tellurem levaret,
Et clarum faceret optimum Græcorum.
Phrygum autem in potestate posita fui, non ego quidem,
Sed nomen meum, Græcis belli præmium.
Mercurius autem accipiens me in sinubus aëris,
Tegens nube, non enim neglexit me
Jupiter, collocavit in hanc domum Protei,
Judicans *eum* omnium hominum castissimum,

per Thebana et Iliaca bella illam suo pondere levare, vid. ad dictum Homeri locum Scholiasten Didymi nomine notum et Eustath. fol. 20. lin. 14. ubi tamen hæc verba: *ὡς καὶ ὁ Εὐριπίδης ἐν Ὀρέστῃ μυθολογεῖ*, ita sunt legenda—*ὡς καὶ ὁ Εὐριπίδης ἐν Ἑλένῃ μυθολογεῖ.* Hunc enim ipsum respicit locum Eustathius; et sane graviter *μνημονικὸν ἁμάρτημα* peccavit, si aliter notavit ipse. *Barnes.*

40. *κουφίσειε*] Idem de Jovis consilio affirmat Orest. v. 1658. *Musg.*

41. Γνωτόν τε θείη τὸν κράτιστον Ἑλλάδος.] Γνωτὸς hic simpliciter *ἀρίζηλος*, *notus*, sonat, aliquando etiam *ἀδελφὸς*, frater: hic vero Achillem notat poëta; et per hunc versum etiam alios Homeri interpretes in locum prædictum sequitur; qui hunc locum — *Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή*, ita exponunt; quod Jupiter, Thetidis precibus motus, Achillem præ cæteris Græcis honorabilem fecit, Trojanos nempe semper victores constituendo, donec ille iræ, quam erga Agamemnonem gerebat, renuntians contra eos militabat. Vid. Homer. Iliad. *α'*. et interpretes illius. *Barnes.*

42. *προὐθέμην*] Legendum *προυτέθην*. *Musg.*

45. Distinguendum:

Νεφέλῃ καλύψας (οὐ γὰρ ἠμέλησέ μου
Ζεύς) τόνδ' ἐς οἶκον — —

46. *ἐς οἶκον Πρωτέως ἱδρύσατο,*] Vid. supra ad v. 33. *Barnes.*

48. Ἀκέραιον ὡς σώσαιμι Μενέλεω λέχος.] Ut *ἀκήρατον λέχος*, in Oreste, 468. et Troad. 977.

Ἀκήρατον δέ μ' ἐκ πατρὸς λαβὼν δόμων.

quare Timæus in Gloss. Plat. Ἀκέραιοι. οἱ ἔξω κηρός. Plato de LL. VIII. p. 647. E. Μέχρι μὲν παιδογονίας ἤϊθεοι καὶ ἀκήρατοι γάμων τε ἁγνοὶ ζῶσιν. Menda levandus Suidas. V. Ἀκέραιος. ὁλόκληρος. Ἀκεραίοις δὲ καὶ οὐ προσδεχομένοις ἐπιγενόμενοι τῆς γῆς ἐκράτουν. Legendum videtur. Ἀκέραιοι δὲ καὶ οὐ προσδεχομένοις — *Cum ipsi integris viribus essent illosque improviso adgressi essent, terra potiti sunt.* *Jacobs.*

50. *ἀναρπαγὺς,*] Proprie *ἀναρπάζεσθαι*

Ἀκέραιον ὡς σώσαιμι Μενέλεῳ λέχος.
Κἀγὼ μὲν ἐνθάδ' εἴμ', ὁ δ' ἄθλιος πόσις,
Στράτευμ' ἀθροίσας, τὰς ἐμὰς ἀναρπαγὰς
Θηρᾷ, πορευθεὶς Ἰλίου πυργώματα.
Ψυχαὶ δὲ πολλαὶ δι' ἔμ' ἐπὶ Σκαμανδρίοις
Ῥοαῖσιν ἔθανον· ἡ δὲ πάντα τλᾶσ' ἐγὼ
Κατάρατός εἰμι, καὶ δοκῶ, προδοῦσ' ἐμὸν
Πόσιν, συνάψαι πόλεμον Ἕλλησιν μέγαν.
Τί δῆτ' ἔτι ζῶ; θεοῦ τόδ' εἰσήκουσ' ἔπος
Ἑρμοῦ, τὸ κλεινὸν ἔτι κατοικήσειν πέδον

Ut servarem conjugium Menelao inviolatum.
Et ego quidem hic sum: at infelix maritus
Congregato exercitu, meum raptum
Venatur, profectus *ad* arces Ilii.
Multi vero viri propter me ad Scamandria
Fluenta occubuerunt. Ego vero quæ omnia sustinui,
Execranda sum; et existimor, prodito meo
Marito, conflâsse bellum Græcis magnum.
Cur igitur adhuc vivo? hunc sermonem audivi ex Deo
Mercurio, me iterum habitaturam esse in terra

49. εἰμί· ὁ δ'

dicuntur, qui improviso abripiuntur. vid. v. 246. Hinc retinendum ἀναρπαγάς. *Musg.*

ἀν' ἁρπαγὰς] Ita disjunctim lego pro ἀναρπαγὰς, quod olim male adfuit, ut sit: ἀνὰ τὰς ἁρπαγὰς θηρᾷ. ἀναρπαγαὶ autem si legas unico vocabulo, quanquam vix id dari puto, Θηρᾷ τὴν ἄνοδον τῆς ἁρπαγῆς, erit exponendum. Sed prior sententia potior. *Barnes.*

Reisk. aut ἀναρπαγὰς retineri, aut ἀνθαρπαγὰς scribi, volebat. *Beck.*

52. Ψυχαὶ] In hoc loco ψυχαὶ pro *viri.* Eti ta sæpe ψυχὴ pro σῶμα, persona, vir, aut fœmina. Vid. Pfochenii Diatriben de Græcæ Linguæ Novi Testamenti Puritate, c. 95. §. 65. p. 72. *Barnes.*

52. s. Ψυχαὶ δὲ πολλαὶ — ἔθανον·] Homerum imitatur — πολλὰς δ' ἰφθίμων ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν, Ἡρώων. — Pro Σκαμανδρίοις est Σκαμανδρίαις apud Aristophan. in Thesmoph. 871. ubi totus hic versus legitur. At Σκαμανδρίοις ἀκταῖσιν iterum legitur in nostra Tragœdia, v. 608. — Mox verbis

ἡ δὲ πάντα ΤΛΑΣ' ἐγὼ
κάταρατός εἰμι καὶ δοκῶ προδοῦσ' ἐμὸν
πόσιν.

leve mendum inhæret. Euripides enim scripsisse videtur:

ἡ δὲ παντ' ἈΓΝΩ'Σ ἐγὼ
κάταρατός εἰμι.

Ego autem omnium ignara, et innocens adeo, omnibus tamen execranda videor. Huc pertinet glossa Hesychii: Ἀγνὸς. (L. ἀγνὼς. v. Interpp.) καθαρός. ἢ ἄγνωστος. Sophocles Œdip. C. 547.

καὶ γὰρ ἈΓΝΩΣ ἐφόνευσα κἀπώλεσα.
Νόμῳ δὲ καθαρὸς ἄϊδρις εἰς τόδ' ἦλθον.

Lucian. de Dea Syria. T. III. p. 465. Ὁ μὲν ὧδε ἈΓΝΩΣ ἐὼν ἐδέετο. — In hunc sensum Helena, v. 269. ait

πρῶτον μὲν, οὐκ οὖσ' ἄδικός, εἰμι δυσκλεής.

Jacobs.

54. Ed. Hervag. κἀπάρατος. Hes. ἀπάρατον. ἀπευκτόν. *Beck.*

Σπάρτης σὺν ἀνδρὶ, γνόντος, ὡς ἐς Ἴλιον
Οὐκ ἦλθον, ἵνα μὴ λέκτρ' ὑποστρώσω τινί.
Ἕως μὲν οὖν φῶς ἡλίου τόδ' ἔβλεπεν
Πρωτεὺς, ἄσυλος ἦν γάμων· ἐπεὶ δὲ γῆς
Σκότῳ κέκρυπται, παῖς ὁ τοῦ τεθνηκότος
Θηρᾷ γαμεῖν με. τὸν πάλαι δ' ἐμὸν πόσιν
Τιμῶσα, Πρωτέως μνῆμα προσπιτνῶ τόδε
Ἱκέτις, ἵν' ἀνδρὶ τἀμὰ διασώσω λέχη,
Ὡς, εἰ καθ' Ἑλλάδ' ὄνομα δυσκλεὲς φέρω,
Μή μοι τὸ σῶμά γ' ἐνθάδ' αἰσχύνην ὄφλῃ.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Τίς τῶνδ' ἐρυμνῶν δωμάτων ἔχει κράτος;

Spartæ cum *meo* marito, postquam resciverit, quod ad Trojam
Non venerim, ne forte substernerem alicui meum corpus.
Quandiu igitur hanc solis lucem aspiciebat
Proteus, nuptiis tuta eram: sed postquam terræ
Tenebris occultatus est, defuncti filius
Venatur meas nuptias: sed pristinum meum maritum
Honorans, ad hoc Protei monumentum procido
Supplex, ut marito servem meum conjugium;
Ut, si per Græciam infame nomen fero,
Ne corpus saltem hoc mihi dedecus hic sustineat.

TEUCER.

Quis habet imperium harum munitarum ædium?

58. γνόντος genitivus absolute positus, et supplendum αὐτοῦ. *Beck.*

59. λέχος ὑποστρῶσαι citat Eustath. in Iliad. Α'. 23, 24. *Burn.*

ἵνα μὴ λέκτρ'] i. e. Hoc me præmonuit Hermes, quo pertinacius castitatem meam tuerer. *Musg.*

60. s. Ἕως μὲν οὖν φῶς ἡλίου τόδ' ἔβλεπε Πρωτεὺς,] Notandum est, hic Euripidem ab Homero dissentire, qui Proteum immortalem vocat, et etiam ipsi Menelao visum, et arte quadam coactum ad oracula proferenda, Odyss. δ'. Cum e contra hoc in loco Proteus inducitur mortalis, et fato succubuisse, ante Menelai in Ægyptum adventum. Quod tamen Euripid. nequaquam vitio vertendum; quia semper omnibus poëtis licuit semperque licebit, quarumvis fabularum Œconomiam in rem suam salvo decoro variare; ut nos alibi observavimus, et speciatim ad Troad. v. 624. *Barnes.*

63. Θηρᾷ γαμεῖν με.] Sic iterum v. 544. Ὅς με θηρᾶται λαβεῖν. Frequentius accusativo sequente verbum θηρᾶν usurpant. conf. Dorville in Charit. p. 539. ed. Lips. *Jacobs.*

67. ὄφλῃ.] Prior syllaba communis est; cujus rei instantias satis multas protulimus ad Phœniss. v. 19. *Barnes.*

68. δωμάτων] De Theoclymeni regia loquitur, cui patris sepulcrum contiguum erat, ipso testante infra v. 1164. *Musg.*

69. προσεικάσαι,] Non conjiciebat, sed videbat, ædes dignas esse homine beato.

Πλούτου γὰρ οἶκος ἄξιος προσεικάσαι,
Βασίλειά τ' ἀμφιβλήματ' εὔθριγκοί θ' ἕδραι.
Ἔα.
Ὦ θεοὶ, τίν' εἶδον ὄψιν; ἐχθίστην ὁρῶ
Γυναικὸς εἰκὼ φόνιον, ἥ μ' ἀπώλεσεν
Πάντας τ' Ἀχαιούς. θεοί σ', ὅσον μίμημ' ἔχεις
Ἑλένης, ἀποπτύσαιεν. εἰ δὲ μὴ 'ν ξένη
Γαίᾳ πόδ' εἶχον, τῷδ' ἂν εὐστόχῳ πέτρῳ
Ἀπόλαυσιν εἰκοῦς ἔθανες ἂν Διὸς κόρης.
ἙΛ. Τί δ', ὦ ταλαίπωρ', ὅστις ὤν μ' ἀπεστράφης,
Καὶ ταῖς ἐκείνης συμφοραῖς ἐμὲ στυγεῖς;
ΤΕΥ. Ἥμαρτον· ὀργῇ δ' εἶξα μᾶλλον, ἤ μ' ἐχρῆν·
Μισεῖ γὰρ Ἑλλὰς πᾶσα τὴν Διὸς κόρην.

Divitiis enim affluens *hæc* domus videtur, ut conjici potest;
Regalesque porticus, et pinnis conspicuæ sedes.
Ea.
Sed, O dii, quam speciem vidi? video invisissimæ
Mulieris formam lethalem, quæ me perdidit,
Et omnes Græcos. Dii te, quantam habes similitudinem
Helenæ, abominentur: si vero non in peregrina
Terra essem, hoc saxo recte jacto
Præmium similitudinis Helenæ filiæ Jovis morereris.
Hel. Quare vero, O miser, quisquis es, me sic aversaris,
Et me propter illius calamitatem odisti?
Teu. Erravi; et cessi iræ magis, quam me oportuit:
Tota enim Græcia odit filiam Jovis.

76. τόδ' εἶχον. 77. Ἀπώλλυσ', ἵν' εἰκ.

Malim igitur: προσαυγάσαι. Verbum αὐγάζω videndi sensu exstat Hecub. v. 634. Rhes. v. 789. infra v. 1316. *Musg.*

74. μίμημ'] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. μίσημ'. *Musg.*

76. πότ' εἶχον,] Malim cum Tanaq. Fabro in margine exemplaris sui πόδ' εἶχον, non nescius tamen, Xenophonti Asiaticos per τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν ἔχοντας significari. *Musg.*

Γαίᾳ ποτ' εἶχον,] Scaliger junctim legit ποτεῖχον, non bene; ut mihi videtur; nec enim Dorice nunc loquendum erat, nec προσεῖχον hic staret, sed εἶχον, et ἔχω hic ponitur pro εἰμὶ, vel οἰκέω, ut Xenoph. τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν ἔχοντας, Asiaticos vocat, sic ἔχω ἐν ταύτῃ γῇ. Ut hic sit sensus: εἰ δὲ μὴ ἐν τῇ ξένῃ εἶχον ποτὲ, ἀλλ' ἔνθα κύριος ἤμην, ἦ μὴν ἂν σὲ ἐλιθοβόλησα. *Barnes.*

τῷδ' ἂν εὐστόχῳ πέτρᾳ] Inde χεὶρ εὔστοχος *manus quæ telum in scopum recte dirigit.* in Hercul. Fur. v. 194.

Ὅσοι δὲ τόξοις χεῖρ' ἔχουσιν εὔστοχον.

Eodem sensu usurpat verbum εὔστοχος, Æschyl. in Choëph. v. 692. Τόξοις πρόσωθεν εὐσκόποις χειρουμένη. conf. Abresch. in Æsch. Lib. II. p. 457. De translata

Σύγγνωθι δ' ἡμῖν τοῖς λελεγμένοις, γύναι.
ἙΛ. Τίς δ' εἶ; πόθεν γῆς τῆσδ' ἐπεστράφης πέδον;
ΤΕΥ. Εἷς τῶν Ἀχαιῶν, ὦ γύναι, τῶν ἀθλίων.
ἙΛ. Οὐκ ἆρά σ', Ἑλένην εἰ στυγεῖς, θαυμαστέον.
Ἀτὰρ τίς εἶ; πόθεν; τίνος; ἐξαυδᾶν σε χρή.
ΤΕΥ. Ὄνομα μὲν ἡμῖν Τεῦκρος, ὁ δὲ φύσας πατὴρ
Τελαμὼν, Σαλαμὶς δὲ πατρὶς, ἡ θρέψασά με.
ἙΛ. Τί δῆτα Νείλου τάσδ' ἐπιστρέφει γύας;
ΤΕΥ. Φυγὰς πατρῴας ἐξελήλαμαι χθονός.

Ignosce vero mihi, mulier, ob ea quæ dixi.
Hel. Quisnam es? unde venisti in hujus terræ solum?
Teu. *Sum* unus ex miseris Græcis, O mulier.
Hel. Non igitur mirandum *est*, si odisti Helenam.
Verum quis es? unde? cujus? oportet te dicere.
Teu. Nomen quidem nobis *est*, Teucer. Qui vero *me* genuit pater,
Telamon; patria vero Salamis, quæ me nutrivit.
Hel. Quid igitur Nili his in agris versaris?
Teu. Exul pulsus sum ex patria terra.

significatione verbi εὔστοχος, vide Dorville ad Char. p. 408. Lips. *Jacobs.*

77. Ἀπώλλυσ' ἵν' εἰκοῦς] Omnino legendum cum Reiskio: ἀπόλαυσιν εἰκοῦς, ut ἀπόλαυσιν sit accusativus pendens, quemadmodum ὑπόνοιαν, Phœn. v. 1149. κενεὰν χάριν, in Epigrammate Meleagri Antholog. H. Steph. p. 228. Pro ἀπώλλυσ' MS. E. ἀπώλεσ'. *Musg.*

Ἀπώλλυσ', ἵν' εἰκοῦς] Hic locus videtur corruptus, quanquam enim ἀπώλλυσα pro ἀπώλεσα poni potest, ut ὀλλῦσαι pro ὀλέσαι Homero; cum tamen ἵν' pro ἕνεκα sit inusitatum, et nulla sit idonea inter ἀπώλλυσα et ἔθανες copula, neque versus stare poterit, cum ultima τοῦ ἀπώλλυσ' sit longa; potius, quam cum Cantero ἕνεκ' pro ἵν' legerem, cum Scaligero totum versum ita velim legi: Πολλοῖσι νεῖκος ἔθανες ἂν Διὸς κόρη, aut saltem ἀπώλεσ' omnino legendum; nam de εἰκοῦς nihil dubitandum, cum idem vocabulum sit satis authenticum, ἡ εἰκὼ pro εἰκὼν, et supra versu 72. legatur. *Barnes.*

Heath. conjicit: Ἀπώλεσ'· εἰκοῦς ἔθανες ἂν Διὸς κόρης, et subaudit ἕνεκα. *Beck.*

78. ὅστις ὢν] Emendabat Canterus εἰσιδὼν. Sed recte Barnesius vulgatam tuetur ex Aristoph. Vesp. v. 238. licet ibi ὅστις εἶ et ἥτις εἶ dicatur, hic vero ὅστις ὢν. *Musg.*

Τί δ', ὦ ταλαίπωρ', ὅστις ὢν μ' ἀπεστράφης,] Canterus pro ὅστις ὢν legit εἰσιδὼν, ingeniose satis; sed nulla necessitate; ὅστις ὢν enim eodem modo hic legitur, ac ὅστις εἶ Aristophan. Vesp. Προσκαλοῦμαί σ', ὅστις εἶ, πρὸς τοὺς ἀγορανόμους. *Barnes.*

86. Ἄταρ τίς εἶ; πόθεν; τίνος τ'; αὐδᾶν σε χρή.] Vulgo τίνος; ἐξαυδᾶν— ut citat Valckenærius ad Eurip. Phœniss. 175. *Por.*

Ἀτὰρ τίς εἶ; πόθεν; τίνος;] Hæc ad Homeri imitationem spectant, qui simili forma utitur, Odyss. α'. v. 170. Τίς; πόθεν εἶς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις, ἠδὲ τοκῆες; *Barnes.*

Ut anapæstus ex quarta sede expungatur, Heath. emendat:

Ἀτὰρ τίς εἶ ποτε; τίνος; ἐξαυδᾶν σε χρή. *Beck.*

88. Citat R. P. Præf. ad Hecub. p. clxvi. *Burn.*

Τελαμών· Σαλαμὶς δὲ πατρὶς, ἡ θρέψα ά με.] Huic versui succurrere possumus transpositione verborum:

Πατρὶς δὲ Σαλαμίς. *Faehse.*

ʽΕΛ. Τλήμων ἂν εἴης· τίς δέ σ' ἐκβάλλει πάτρας;
ΤΕΥ. Τελαμὼν ὁ φύσας. τίν' ἂν ἔχοις μᾶλλον φίλον;
ʽΕΛ. Ἐκ τοῦ; τὸ γάρ τοι πρᾶγμα συμφορὰν ἔχει.
ΤΕΥ. Αἴας μ' ἀδελφὸς ὤλεσ', ἐν Τροίᾳ θανών.
ʽΕΛ. Πῶς; οὔ τι που σῷ φασγάνῳ βίον στερείς;
ΤΕΥ. Οἰκεῖον αὐτὸν ὤλεσ' ἅλμ' ἐπὶ ξίφος.
ʽΕΛ. Μανέντ'; ἐπεὶ τίς σωφρονῶν τλαίη τάδ' ἄν;
ΤΕΥ. Τὸν Πηλέως τίν' οἶσθ' Ἀχιλλέα γόνον;
ʽΕΛ. Μνηστὴρ ποθ' Ἑλένης ἦλθεν, ὡς ἀκούομεν.

Hel. Miser sis oportet. Quis vero te ejecit patria?
Teu. Telamon qui *me* genuit: quem alium haberes cariorem
Hel. Quam ob causam? Hæc enim res habet calamitatem.
Teu. Ajax frater *meus* perdidit me, mortuus ad Trojam.
Hel. Quomodo? an tuo gladio privatus vita?
Teu. Saltus in proprium gladium perdidit ipsum.
Hel. Insanientemne? nam quis faceret hæc sanus?
Teu. Novistine quendam Achillem filium Pelei?
Hel. Aliquando venit procus Helenæ, ut audimus.

92. Legendum cum Tyrwhitto:

— τίν' ἂν ἔχοιμ' ἄλλον φίλον;

Musg.

Τελαμὼν ὁ φύσας.] Thucydidis Scholiastes: Τεῦκρος μὲν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐκβληθεὶς διὰ τὸν Αἴαντα, εἰς Κύπρον ἀφίκετο. Horat. Carmin. Lib. I. Od. 7. *Teucer Salamina Patremque Quum fugeret, tamen uda Lyæo Tempora populea fertur vinxisse corona, Sic tristes affatus amicos,* &c. Et sane, quum senior Telamon audivit, filium suum, Ajacem, ex Græcorum injuriis ad mortem voluntariam redactum, adeo indignabatur, fratrem Teucrum nec illius causa aliquid magnum fecisse, nec dixisse, ut nec in terram suam illum admiserit, nec ex navi apologiam facientem excusaverit, uti Pausanias aliique testantur; quare ille ad Cyprum ex oraculo Apollinis navigabat, ubi novam urbem, Salamina, condidit illiusque posteri ad Evagoram usque, Isocratis coætaneum, ibi regnabant. *Barnes.*

95. στερεὶς;] *Privatus.* Sic στερέντες, Hecub. 621. *Musg.*

Conf. Brunck. ad Hecub. 621. *Beck.*

98. Ἀχιλλέα] De ultima hic producta vide quæ nos ad Phœniss. v. 71. et v. 1267. Androm. v. 534. et v. 1226. etc. *Barnes.*

99. Μνηστὴρ — Ἑλένης] Non commemoratur in catalogo procorum Helenæ, quem dedit Apollodorus, Lib. III. c. 9. Sed de hoc non constans erat Mythologorum traditio. vid. Pausan. p. 108. *Musg.*

Μνηστήρ ποθ' Ἑλένης] Alii dicunt, Achillem ipsum Helenæ procum non fuisse, sed Patroclum; de qua re Pausanias in Laconicis, fol. 108. lin. 15. Neque inter illius procos numeratur ab Apollodoro, qui Bibliothecæ, Lib. III. c. 9. hos tantum assignat; quorum nomina lubet huc attexere; sunt autem: "Ulysses, Diomedes, Antilochus, Agapenor, Sthenelus, Amphilochus, Thalpius, Meges, Amphilochus alter, Mnestheus, Schedius, Polyxenus, Peneleus, Ajax Oilei, Ajax et Teucer Telamonis, Ascalaphus, et Ialmenus, Elephenor, Eumelus, Polypœtus, Leonteus, Podalirius et Machaon, Philoctetes, Eurypylus, Protesilaus, Patroclus, Menelaus." Quare Theon in Achillis Encomio dicit, Achillem gloriæ amore, non juramento obstrictum, ad Trojam venisse: Τοῖς μὲν ἄλλοις οὐδὲ βουλομένοις ἐνῆν μὴ στρατεύειν· ἐνεβιάζοντο γὰρ αὐτοὺς εἰς τὰς ναῦς ὅρκοι καὶ σπονδαί· Ἀχιλλέα δὲ ὅρκος μὲν οὐδεὶς, ὁ δὲ τῆς Δόξης ἔρως ὥπλισε. De hoc autem juramento, quo adstrinxit Tyndarus procos omnes Helenæ, vid. quæ nos ad Iphig. Aul. v. 58. *Barnes.*

ΤΕΥ. Θανὼν ὅδ' ὅπλων ἔριν ἔθηκε συμμάχοις.
ἙΛ. Καὶ δὴ τί τοῦτ' Αἴαντι γίγνεται κακόν;
ΤΕΥ. Ἄλλου λαβόντος ὅπλ', ἀπηλλάχθη βίου.
ἙΛ. Σὺ τοῖς ἐκείνου δῆτα πήμασιν νοσεῖς;
ΤΕΥ. Ὅθ' οὕνεκ' αὐτῷ γ' οὐ ξυνωλόμην ὁμοῦ.
ἙΛ. Ἦλθες γὰρ, ὦ ξέν', Ἰλίου κλεινὴν πόλιν;
ΤΕΥ. Καὶ ξύν γε πέρσας αὐτὸς ἀνταπωλόμην.
ἙΛ. Ἤδη γὰρ ἧπται καὶ κατείργασται πυρί;
ΤΕΥ. Ὥστ' οὐδ' ἴχνος γε τειχέων εἶναι σαφές.
ἙΛ. Ὦ τλῆμον Ἑλένη, διὰ σ' ἀπόλλυνται Φρύγες.
ΤΕΥ. Καὶ πρός γ' Ἀχαιοί· μεγάλα δ' εἴργασται κακά.
ἙΛ. Πόσον χρόνον γὰρ διαπεπόρθηται πόλις;
ΤΕΥ. Ἑπτὰ σχεδόν τι καρπίμους ἐτῶν κύκλους.

Teu. Is mortuus reliquit certamen sociis *suis* de armis.
Hel. Quare vero hoc fuit malum Ajaci?
Teu. Cum alius potitus esset armis, ipse de vita decessit.
Hel. Tu igitur ob illius mala laboras?
Teu. Propterea quod non una cum eo perii.
Hel. Venisti igitur, O hospes, ad inclytam urbem Ilii?
Teu. Et quidem simul expugnans, vicissim perii.
Hel. Jamne incensa, et deleta est igni?
Teu. Ita, ut ne vestigium quidem murorum appareat.
Hel. O misera Helena, propter te pereunt Phryges!
Teu. Et præterea Græci: magna enim mala edidit.
Hel. Quantum vero tempus consumptum est post expugnatam urbem?
Teu. Septem propemodum frugiferi annorum orbes.

100. ὅδ' ὅπλων] Æmilii Porti emendatio est. Ed. Ald. δ' ὅπλων. *Musg.*

Θανὼν ὅδ' ὅπλων] Prius quum in omnibus editionibus ὁ deerat, et θανὼν δ' ὅπλων legebatur, non modo versus, sed et sensus jactura, vidi ego, ὁ præfigendum τῷ δ', ut sit ὅδ', et sic utrique factum satis. Quam rem miror a Scaligero, Duporto, Cantero, omnibusque aliis omissam; præter unicum Æmilium Portum. *Barnes.*

102. Ἄλλου λαβόντος ὅπλ' ἀπηλλάχθη βίου.] De Ajacis insania et morte, ex dolore, quem indignans habuit, eo quod Græci Achillis arma non illi, sed Ulyssi, judicarant, deque illo judicio, videsis Ovid. Metamorph. Lib. XIII. Fab. 1. Sophoclis Ajac. Mastigoph. Hom. Odyss. λ'. v. 542. Οἴη δ' Αἴαντος ψυχὴ Τελαμωνιάδαο Νόσφιν ἀφεστήκει, κεχολωμένη εἵνεκα νίκης, Τὴν μὲν ἐγὼ νίκησα δικαζόμενος παρὰ νηυσὶ Τεύχεσιν ἀμφ' Ἀχιλῆος, etc. In quem locum videsis interpretes. *Barnes.*

112. Ἑπτὰ σχεδόν τι καρπίμους ἐτῶν κύκλους.] Frugiferos annorum orbes, pro annis, eadem ratione, ac æstas pro anno. *Barnes.*

114. Πολλὰς σελήνας,] Multos menses, lunas, i. e. menses, quia menses lunari cursu veteres metiebantur. Hinc Dionysius Afer — Οὐκ ἂν ἐκείνην Νηῒ περήσειας τριτάτης ἐπὶ κύκλα σελήνης. Ὅ ἐστιν, ἐπὶ μῆνας τρεῖς, inquit Eustathius. Hinc et Euripid. in Alcest. v. 442. — Μὴ λύρας κτύπος Ἔστω, σελήνας δώδεκ' ἐκπληρουμένας. *Brodæus*

ἙΛ. Χρόνον δ' ἐμείνατ' ἄλλον ἐν Τροίᾳ πόσον;
ΤΕΥ. Πολλὰς σελήνας, δέκα διελθούσας ἔτη.
ἙΛ. Ἦ καὶ γυναῖκα Σπαρτιᾶτιν εἵλετε;
ΤΕΥ. Μενέλαος αὐτὴν ἦγ' ἐπισπάσας κόμης.
ἙΛ. Εἶδες σὺ τὴν δύστηνον; ἢ κλύων λέγεις;
ΤΕΥ. Ὥσπερ σέ γ', οὐδὲν ἧσσον, ὀφθαλμοῖς ὁρῶ.
ἙΛ. Σκοπεῖτε, μὴ δόκησιν εἴχετ' ἐκ θεῶν.
ΤΕΥ. Ἄλλου λόγου μέμνησο, μὴ κείνης ἔτι.
ἙΛ. Οὕτω δοκεῖτε τὴν δόκησιν ἀσφαλῆ;
ΤΕΥ. Αὐτὸς γὰρ ὄσσοις εἰδόμην καὶ νοῦς ὁρᾷ.
ἙΛ. Ἤδη δ' ἐν οἴκοις σὺν δάμαρτι Μενέλεως;
ΤΕΥ. Οὔκουν ἐν Ἄργει γ', οὐδ' ἐπ' Εὐρώτα ῥοαῖς.
ἙΛ. Αἶ, αἶ· κακὸν τόδ' εἶπας, οἷς κακὸν λέγεις.

Hel. Quantum vero reliquum tempus in Troja mansistis?
Teu. Multas lunas, decem annos percurrentes.
Hel. An etiam mulierem Spartanam cepistis?
Teu. Menelaus eam abduxit, retrahens coma.
Hel. Vidistine tu miseram illam, an narras tantum audita?
Teu. Sicut te jam meis oculis cerno, non minus.
Hel. Videte ne habueritis falsam a diis *oblatam* opinionem.
Teu. Alius rei mentionem fac, ne illius amplius *memineris.*
Hel. Tam certam hanc opinionem existimatis?
Teu. Ipse enim meis oculis vidi, et mens cernit.
Hel. Estne Menelaus jam domi cum conjuge *sua?*
Teu. Neque in Argis *est,* neque ad fluenta Eurotæ.
Hel. Heu, heu, malum hoc dixisti, quibus malum *hoc* dicis!

124. γ' deest.

119. Σκοπεῖτε μὴ δόκησιν εἴχετ' ἐκ θεῶν.] Similiter dubitans Admetus in Alceste, v. 1146. inquit,

Ὅρα γε, μή τι φάσμα νερτέρων τόδ' ᾖ.

In verbis: Αὐτοῖς γὰρ ὄσσοις εἰδόμην καὶ νοῦς ὁρᾷ. Poëta respexit nobilissimam Epicharmi sententiam: Νοῦς ὁρᾷ καὶ νοῦς ἀκούει. de qua vide L. Kuster. ad Aristophan. Plut. 48. et T. Hemsterh. ibid. p. 27. Comparat Abresch. in Animadd. in Æsch. Lib. II. p. 494. Æschyleum: οὔτοι φρένα κλέψειαν ὠμματωμένην. Eodem redit hoc Sophoclis in Œdipo T. 389.

Τυφλὸς τά τ' ὦτα, τόν τε νοῦν, τά τ' ὄμματ' εἶ.

In versu Euripideo infeliciter Reiskius

— εἶδον ἣν καὶ νοῦς ὁρᾷ.

tentavit. *Quam nunc imaginatione et cogitatione præsentem habeo.* Scribendum potius, si quid mutandum:

αὐτοῖς ἄγ' ὄσσοις εἰδόμην καὶ νοῦς ὁρᾷ.

Jacobs.

122. Reisk. suspicatur: εἶδον, ἣν καὶ νοῦς ὁρᾷ, *quam nunc imaginatione et cogitatione præsentem habeo et coram adspicio. Beck.*

ΤΕΥ. Ὡς κεῖνος ἀφανὴς σὺν δάμαρτι κλῄζεται.
ἙΛ. Οὐ πᾶσι πορθμὸς αὑτὸς Ἀργείοισιν ἦν;
ΤΕΥ. Ἦν· ἀλλὰ χειμὼν ἄλλοσ' ἄλλον ὤρισεν.
ἙΛ. Ποίοισιν ἐν νώτοισι ποντίας ἁλός;
ΤΕΥ. Μέσον περῶσι πέλαγος Αἰγαίου πόρου.
ἙΛ. Κἀκ τοῦδε Μενέλεων οὔτις οἶδ' ἀφιγμένον;
ΤΕΥ. Οὐδείς· θανὼν δὲ κλῄζεται καθ' Ἑλλάδα.
ἙΛ. Ἀπωλόμεσθα· Θεστιὰς δ' ἔστιν κόρη;
ΤΕΥ. Λήδαν ἔλεξας; οἴχεται θανοῦσα δή.

Teu. Nimirum ille dicitur mortuus cum uxore sua.
Hel. Annon erat omnibus Græcis idem trajectus?
Teu. Erat: sed tempestas alio alium disjecit.
Hel. Quibus in dorsis æquorei sali?
Teu. Trajicientibus medium pelagus Ægei maris.
Hel. Et nemo novit Menelaum postea terram attigisse?
Teu. Nemo: fama enim est eum mortuum esse per Græciam.
Hel. Perii: superestne Thestias puella?
Teu. Ledam dicis: morte jam periit.

127. *αὐτός.*

124. Ἄργει, οὐδ'] Annon præstiterit, biatus vitandi causa, Ἄργει γ', οὐδ' —. *Musg.*

125. Κακὸν τόδ' εἶπας οἷς κακὸν λέγεις.] Animadvertendum, posteriora verba — οἷς κακὸν λέγεις ab Helena ea mente adjici, ut ne se Teucro luctu suo prodat. — In proximo versu particula Ὡς male vertitur, *quia*, cum potius ex Atticorum usu abundare videatur. Vide T. H. ad Lucian. T. I. p. 394. *Jacobs.*

127. Οὐ πᾶσι πορθμὸς αὑτὸς Ἀργείοισιν ἦν legendum. *Faehse.*

129. Ποίοισιν ἐν νώτοισιν] Sic Homerus νῶτα θαλάσσης vocat. *Brodæus.*

Non video, quorsum pertineat περῶσι. f. περῶντας (nempe ὥρισεν ἄλλον ἄλλοσε), *dissipavit alium alio trajicientes medium mare Ægæum*, aut, si περῶσι servetur, debet versu proxime præcedente pro ποντίας legi ἐμπεσών. *Reisk.*

131. Μενέλεων] Ed. Ald. Μενέλαων. *Musg.*

135. Οὔπω' νιν] Legendum, ni fallor, ἦπου νιν. Solenniter in MSS. confunduntur οὔπω et ἦπου. vide ad Herc. Fur. v. 1092. *Musg.*

Οὔπω νιν Ἑλένης αἰσχρὸν ὤλεσεν κλέος.] Vere Euripideum est, quod Musgravius emendavit:

Ἦτού νιν Ἑλένης αἰσχρὸν ὤλεσεν κλέος.

κλέος, verbum ambiguæ significationis, sæpius apud nostrum recurrit; Unde καλὸν κλέος, in Hecuba 1207. Photius in Lexico MSS. ad Hesychium laudatus V. Κλέος. Τὴν φαύλην δόξαν. Ἀριστοφάνης. Eustath. in Homeri Od. Α. p. 56. 28. Κλέος γὰρ παρ' Ὁμήρῳ ἡ φήμη. Ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἡ τιμὴ ἐὰν προσθήκην ὁ λόγος λάβῃ τινα· οἷον κλέος ἐσθλόν. *Jacobs.*

136. Leg. βρόχῳ 'νάψασαν, i. e. ἐνάψασαν, vel ἀνάψασαν. *Reisk.*

140. Ἄστροις] Hyginus de Geminis: *Hos complures Astrologi Castorem et Pollucem esse dixerunt.* Astron. Poët. Lib. II. c. 22. Communis sententia non in astris fratres hosce collocat, sed in duplici quodam fulgore, de quo Plinius Histor. Nat. Lib. II. c. 37. Senec. Nat. Quæst. Lib. I. c. 1. *Musg.*

Ἄστροις σφ' ὁμοιωθέντε] Signum Geminorum esse memorant. Pete Hyginum Lib. II. et Plin. Lib. II. c. 37. *Barnes.*

ʽΕΛ. Ἦπού νιν ʽΕλένης αἰσχρὸν ὤλεσεν κλέος;
ΤΕΥ. Φασὶν, βρόχῳ γ᾽ ἅψασαν εὐγενῆ δέρην.
ʽΕΛ. Οἱ Τυνδάρειοι δ᾽ εἰσὶν, ἢ οὐκ εἰσὶν κόροι;
ΤΕΥ. Τεθνᾶσι, κοὐ τεθνᾶσι· δύο δ᾽ ἐστὸν λόγοι.
ʽΕΛ. Πότερος ὁ κρείσσων; ὦ τάλαιν᾽ ἐγὼ κακῶν.
ΤΕΥ. Ἄστροις σφ᾽ ὁμοιωθέντε φάσ᾽ εἶναι θεώ.
ʽΕΛ. Καλῶς ἔλεξας τοῦτο· θάτερον δὲ τί;
ΤΕΥ. Σφαγαῖς ἀδελφῆς οὕνεκ᾽ ἐκπνεῦσαι βίον.
Ἅλις δὲ μύθων· οὐ διπλᾶ χρήζω στένειν.

Hel. Num eam perdidit mala fama Helenæ?
Teu. Aiunt: laqueo generosum collum constrictam.
Hel. Utrum vero vivunt filii Tyndarei, an non?
Teu. Mortui sunt, et non sunt mortui: duplex enim est fama.
Hel. Utra est potior? O me miseram *propter hæc* mala?
Teu. Dicunt eos assimilatos astris esse Deos.
Hel. Recte dixisti hoc, quæ vero *est* altera fama?
Teu. Ob sororem suicidio efflâsse animam.
Sed satis sermonum est; non volo dupliciter gemere.

135. Οὔπω.

142. Σφαγαῖς] Alteram hanc historiam alibi, quam in Euripide, non inveni. Homerus enim Il. γ'. v. 243. tantum mortuos fuisse tradit. *Musg.*

Σφαγαῖς] Gladio; male olim vertebatur, *Ob sororis cædem,* cum sororem, non occisam, sed raptam, illi sciebant; et ob ejus probrosum nomen præ pudore vitam sibi finierunt gloriosi juvenes. Recte itaque Joh. Brodæus explicando dicit: *Propter sororis dedecus atque ignominiam vitam finiisse.* Euripidi cum grammaticis neque hic convenit, quorum verba hæc sunt: Ἴδας καὶ Λυγκεὺς, Ἀφαρέως παῖδες, γάμους θύσντες τῶν Λευκίππου θυγατέρων, Φοίβης καὶ Ἱλαείρας, ἐκάλεσαν τοὺς Διοσκούρους συγγενεῖς ὄντας. Ὁ γὰρ Τυνδάρεως Ἀφαρέως ἀδελφὸς ἦν. λέγεται δὲ, τοὺς Διοσκούρους ἐξαρπάσαι τὰς κόρας ἔτι παρθένους οὔσας. Μαχομένων δ᾽ αὐτῶν περὶ τοῦ γάμου καρτερῶς, ἀνῄρηται Κάστωρ· Ὅθεν ὁ Ζεὺς ὀργισθεὶς κεραυνῷ βάλλει τὸν Ἴδαν· παραμυθεῖται δὲ Πολυδεύκην, καὶ τίθεται αὐτῷ αἵρεσιν, πότερον θέλει ἀθάνατος εἶναι, ἢ σὺν τῷ ἀδελφῷ ἓξ μῆνας τελευτᾷν, καὶ τοὺς ἴσους ζῇν· ὁ δὲ μᾶλλον αἱρεῖται μετὰ Κάστορος ἀποθανεῖν καὶ ζῇν. Consule Pindari Commentarios Hymno Nemeorum ι'. et Ovid. Fastor. Lib. V. ad finem. item Propertii, Lib. I. Eleg. 2. et Theocr. Idyll. κβ'. Διόσκουροι dictum. item Apollod. Bibl. Lib. III. c. 10. et Nat. Comit. Mytholog. Lib. VIII. c. 9. Nec loco movendus Dares Phrygius, ita sentiens; Castor et Pollux iere; postquam audierunt, Helenam, sororem suam, raptam, navim adscendere et secuti sunt. Quum in litore Lesbio navim solverent, maxima tempestate correpti, nunquam eos comparuisse creditum est; postea dictum est, eos immortales factos. Itaque Lesbios navibus eos usque ad Trojam quæsitum isse, neque horum vestigia inventa renuntiasse. Ex Joh. Brodæi notis. *Barnes.*

143. οὐ διπλᾶ χρήζω στένειν.] Hecuba 516. Διπλᾶ με χρήζεις δάκρυα κερδᾶναι. et in hac tragœdia, v. 770. δὶς δὲ λυπηθεῖμεν ἄν. Verba:

Τὴν θεσπιῳδὸν Θεονόην χρήζων ἰδεῖν
Συμπροξένησον, ὥς τύχω μαντευμάτων.

leviter corrupta videntur. Legendum, ni fallor:

Σὺ προξένησον.

Ὧν δ' οὕνεκ' ἦλθον τούσδε βασιλείους δόμους,
Τὴν θεσπιῳδὸν Θεονόην χρῄζων ἰδεῖν,
Συμπροξένησον, ὡς τύχω μαντευμάτων,
Ὅπῃ νεὼς στείλαιμ' ἂν οὔριον πτερὸν
Ἐς γῆν ἐναλίαν Κύπρον, οὗ μ' ἐθέσπισεν
Οἰκεῖν Ἀπόλλων, ὄνομα νησιωτικὸν
Σαλαμῖνα θέμενον τῆς ἐκεῖ χάριν πάτρας.
ΕΛ. Πλοῦς, ὦ ξέν', αὐτὸς σημανεῖ· σὺ δ' ἐκλιπὼν
Γῆν τήνδε φεῦγε, πρίν σε παῖδα Πρωτέως
Ἰδεῖν, ὃς ἄρχει τῆσδε γῆς· ἄπεστι δὲ,
Κυσὶν πεποιθὼς, ἐν φοναῖς θηροκτόνοις·
Κτείνει γὰρ Ἕλλην', ὅντιν' ἂν λάβῃ, ξένον.

Sed quorum causa veni in hanc regiam domum,
Fatidicam Theonoën cupiens videre,
Adjuva me, ut vaticinia audiam,
Quo velum navis prospere dirigam
In terram marinam, Cyprum, ubi me vaticinatus est
Apollo habitaturum, nomen insulare
Salaminis imponentem *urbi*, antiquæ patriæ causa.
Hel. Ipsa navigatio, O hospes, ostendet. Tu vero relicta
Hac terra fuge, priusquam te filius Protei
Videat, qui dominus est hujus terræ: abest enim *jam*
Confidens canibus in cæde feras-mactante.
Occidit enim quemcunque ex Græcis hospitem ceperit.

Tu me ad illam ducas. Προξενεῖν enim proprie de iis dicebatur, qui civitatis nomine peregrinos hospitio excipiebant; inter quos maxime memorabiles sunt πρόξενοι, qui Delphis hospitibus excipiendis publice constituti erant vide Barnesium ad Ion. v. 1039. Deinde hoc verbum ad eos transfertur, qui quamlibet rem aliorum nomine agunt et procurant. Docte de hac et aliis affinis significationis vocibus disputavit Valcken. ad Ammon. p. 202. et Gisb. Kœn. in Gregor. de Dial. p. 259. Spanheim in Aristoph. Ran. v. 460. Interpp. Hesychii. V. *Jacobs.*

147. πτερὸν] *Velum.* vid. Hesiod. Op. et D. v. 628. *Musg.*

νεὼς πτερὸν] Navis *alam*, i. e. *remum.* vid. quæ nos ad Iphigen. Taur. v. 290. et v. 1347. item Troad. v. 1076. *Barnes.*

Heath. vertit: *Quo pacto vento secundo usus navem adpellam. Beck.*

Νεὼς οὔριον πτερὸν] Vela significari hoc loco contendit Dorville ad Charit. p. 262. Lips. Eustath. in Ἰλ. Α'. p. 105. Τὸ δὲ ἱστία λευκὰ πέτασαν δηλοῖ μὲν τὸ ἀνεπέτασαν καὶ ἤπλωσαν, ἀρχὴ δὲ γέγονε τοῦ πτερὰ νηὸς καὶ τὰ ἱστία λέγεσθαι. In aliis locis τὰ πτερὰ τῆς νηὸς sunt *remi;* unde πτεροῦν τὴν ναῦν κώπαις, *navem remis instruere.* ap. Eustath. de Ism. et Ism. VIII. 277. Verbum οὔριον restituendum, ni fallor, Ioni Tragico ap. Athen. Lib. X. p. 426. Περὶ δὲ ταύτης τῆς κράσεως Ἴων ὁ ποιητὴς ἐν τῷ περὶ χίου φησὶν ὅτι ΟΥ'ΡΙΟΝ ὁ μάντις Παλαμήδης ἐμαντεύσατο πλοῦν ἔσεσθαι τοῖς Ἕλλησι πίνουσι τρεῖς πρὸς ἕνα κυάθους. Vulgo legitur: ὅτι ΕΥ'ΡΩΝ ὁ μάντις Παλαμήδης. κ. τ. λ. *Jacobs.*

148. s. οὗ μ' ἐθέσπισεν Οἰκεῖν Ἀπόλλων] Ita Horatius Carmin. Lib. I. Od. 7. *Certus enim promisit Apollo Ambiguam tellure nova Salamina futuram.* Juxta hoc vati-

Ὅτου δ' ἕκατι, μήτε σὺ ζήτει μαθεῖν,
Ἐγώ τε σιγῶ· τί γὰρ ἂν ὠφελοῖμί σε;
ΤΕΥ. Καλῶς ἔλεξας, ὦ γύναι. θεοὶ δὲ σοι
Ἐσθλῶν ἀμοιβὰς ἀντιδωρησαίατο.
Ἑλένῃ δ' ὅμοιον σῶμ' ἔχουσ', οὐ τὰς φρένας
Ἔχεις ὁμοίας, ἀλλὰ διαφόρους πολύ.
Κακῶς δ' ὄλοιτο, μήδ' ἐπ' Εὐρώτα ῥοὰς
Ἔλθοι· σὺ δ' εἴης εὐτυχὴς ἀεὶ, γύναι.
ἙΛ. Ὦ μεγάλων ἀχέων καταβαλλομένα μέγαν οἶκτον,
Ποῖον ἁμιλλαθῶ γόον; ἢ τίνα μοῦσαν ἐπέλθω,
Δάκρυσιν, ἢ θρήνοις, ἢ πένθεσιν; —
Ἒ, ἔ.

Qua vero de causa, neque tu studeas cognoscere,
Et ego taceo: quid enim te juverim dicens?
Teu. Recte dixisti, O mulier. Dii vero tibi
Reddant gratiam pro tuis beneficiis:
Cum autem habeas corpus simile Helenæ, haud animum
Habes similem, sed valde dissimilem.
Male vero pereat *Helena*, neque ad fluenta Eurotæ
Veniat: tibi vero, O mulier, semper bene sit.
Hel. O ego, mutans magnam ægritudinem magno dolore,
Qualem luctum navabo? quam musam sectabor,
Lacrymis, aut næniis aut mœrore?
Heu, heu!

cinium Teucer urbem in Cypro condidit, cui Salaminis nomen inditum. Strabo Lib. XIV. Εἴτ' Ἀχαιῶν ἀκτὴ, ὅπȣ Τεῦκρος προσωρμίσθη πρῶτον Σαλαμῖνα κτίσας ἐν Κύπρῳ, ἐκβληθεὶς, ὥς φασιν, ὑπὸ τοῦ πατρὸς Τελαμῶνος. *Barnes.*

150. Τῆς ἐκεῖ χάριν πάτρας] Videl. Salaminis insulæ, patriæ ejus. *Barnes.*

162. μηδ' ἐπ' Εὐρώτα ῥοὰς] Nec ad *Eurotam,* i. e. in patriam, redeas. Eurotas enim est fluvius Laconiæ; hinc Virgil. Æn. Lib. I. v. 502. *Qualis in Eurotæ ripis, aut per juga Cynthi, exercet Diana choros,* etc. Est et alius ejusdem nominis Thessaliæ fluvius. Vid. quæ nos ad Andromach. v. 793. *Barnes.*

164. καταβαλλομένα μέγαν οἶκτον,] Lego: μεταβαλλομένα μέγαν οἶτον. *O ego, magnam sollicitudinem calamitate commutans. Musg.*

Forte, οἶκον, *O quæ magnorum luctuum magnum fundavi ædificium.* Si vulgata servetur, emerget hic sensus: O ego, quæ posui, effeci, ansam dedi magnis lamentationibus, quæ fiunt ob magna mala.

Beck.

Ὦ μεγάλων ἀχέων καταβαλλομένα μέγαν οἶκτον,] Varie tentarunt Musgravius et Reiskius hunc locum, qui mihi quidem minime sollicitandus videtur. Καταβάλλεσθαι usurpatur ut ἀναβάλλεσθαι de eo, qui cantui præludit. Vid. Valcken. ad Theocrit. VI. 20. T. Hemsterh. ad Thom. M. p. 65. Interpp. Hesych. V. ἀνεβάλλετο. Callimachus ap. Schol. Pind. Nem. II. 5.

Ἀρσινόης, ὦ ξεῖνε, γάμον καταβάλλομ' ἀείδειν.

Mox ποῖον ἁμιλλαθῶ γόον esse videtur: *quod lamentationum genus adgrediar?*

Πτεροφόροι νεάνιδες, — στροφὴ ά.
Παρθένοι, Χθονὸς κόραι,

Alatæ puellæ,
Virgines, Telluris filiæ,

Pro: εἰς ποῖον γόον ἁ. quasi *magno nisu in luctum lamentationemque contendere.* Vide Abresch. in Auct. Diluc. Thuc. p. 556.—Noster in Oreste, v. 949.

Ὡς εἰς στεναγμοὺς καὶ γόους δραμουμένη.
Jacobs.

167. Non inusitatum erat veteribus, mortuorum cippos Sirenum simulacris ornare. vide Mnasalcam Anthol. H. Steph. p. 263. Erinn. Anthol. Reisk. Ep. 674. Mitto enim, quod Sophoclis et Isocratis sepulcris, aliam forte ob causam, imposita sunt. Talia simulacra ob oculos, puto, habuit Helena, Protei sepulcro assistens: ne quis miretur, Sirenas potissimum ab ea in luctus societatem advocari.

πτεροφόροι.] Sirenas aligeras fuisse tradunt Brodæo citati, Porphyrius περὶ ἀποχῆς, Lib. III. Stephanus de Urbibus et Suidas: uterque in voce ἄπτερα. Quibus adde Scholiasten ad Hom. Odyss. μ΄. v. 39. Tzetzen ad Lycophron. v. 715.
Musg.

167. ss. Πτεροφόροι νεάνιδες, Παρθένοι χθονὸς κόραι, Σειρῆνες,] De Sirenibus Veterum Homerus, Orpheus et Apollonius in Argonauticis, Virgilius, aliique tractarunt. Illas grammatici nunc Terræ filias vocant, eodem sensu, quo gigantes Terræ filios vocabant, licet ex aliis quibusvis parentibus ortos, ob crudelitatem et monstrositatem: Alias fere vocantur Acheloi filiæ, et Musarum cujusdam: nam de nomine variatur, nunc Terpsichore, nunc Calliope, nunc Melpomene prætenditur, aliquando Sterope. Nomina etiam Sirenum varie efferuntur, nunc Leucosia, Ligæa et Parthenope dicuntur, nunc Aglaope, Peisinoë, Thelxiopæa, vel, ut alii, Thelxiope, Molpe et Aglaophonos. Theon Sophista: Καὶ Ἡρακλῆς ἐνίκα παλαιῶν, τὸ κέρας ἀνασπάσας τοῦ ποταμοῦ, (Acheloi) καὶ τὸ αἷμα ἔῤῥει, ἀφ' οὗ Σειρῆνες ἐγένοντο. Lucianus Περὶ ὀρχήσεως: καὶ ποταμοῦ καὶ Ἡρακλέους πάλην, καὶ Σειρήνων γένεσιν. Dicuntur autem πτεροφόροι ab Euripide, quia, priusquam Musas ad canendi certamen provocarent, alis gaudebant, unde Porphyrius περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων, Lib. III. Τὸν δὲ Πᾶνα ἐξ ἀνθρώπου καὶ αἰγὸς συνέθεσαν· τὰς δὲ Μούσας ἐπτέρωσαν, καὶ τὰς Σειρῆνας. Vid. Stephanum περὶ πόλεων et Suidam in voce Ἄπτερα. Sed de Sirenibus vide fusius disserentem Natal. Comit. Mytholog. Lib. VII. c. 13. Apollodorum, aliosque. Alias autem publici tabellarii, quos Anglice *posts* vocamus, πτεροφόροι dicuntur, ob surrectas in capite pennas notitiæ causa, unde illud Juvenalis: *Anxia præcipiti currebat Epistola penna.* Vide, quæ nos in Αὐλικοκατόπτρῳ, sive Esthera nostra, ad v. 604. Ἀστάνδαι δ' ἀνὰ γαῖαν ὅλην κίον ἰθυκέλευθοι, item Cœlium Rhodigin. Antiq. Lection. Lib. XX. c. 22.
Barnes.

Helena, cum a Teucro audivisset, Trojam quidem Græcorum copiis expugnatam esse, Menelaum autem Spartam nondum rediisse, persuadet sibi, maritum fluctibus obrutum et submersum mortalem conditionem exuisse. A tanta igitur spe dejecta, totque per annos nutrita, fore aliquando, ut in patriam rediret, flebilem cantilenam instituit. Cui pietatis officio cum se unam vix parem esse sentiat, tantus animi dolor, tantus luctus est! Sirenum auxilium implorat, quarum cantus *ad mulcendas aures natus* (Ovid. Metam. V. 560.) et ad molliores potissimum animi affectiones excitandas aptissimus existimabatur. Quam ob causam mortuorum tumuli Sirenum simulacris ornari solebant, ut constat vel ex Mnasalcæ Epigr. XII. Anal. Vet Poet. T. I. p. 193.

Καδδέ σ' ἀμυξάμεναι περὶ δάκρυσιν αἵδ' ἐπὶ τύμβῳ
λᾶες σειρήνων ἕσταμες εἰδάλιμοι.

Similis ratio est v. 1119. ubi Chorus Lusciniam in luctus societatem advocat.—

Πτερόφοροι νεανίδες
παρθένοι, χθονὸς κόραι
Σειρῆνες.

Sirenas (quas *volucres Sirenas* vocat Claudianus. de R. P. III. 190.) ab antiquis alatas esse fictas docet præter Porphyrium de Abstin. III. 16. quem locum jam Brodæus excitavit, Eustath. in

Σειρῆνες, εἴθ᾽ ἐμοῖς γόοις
Μόλοιτ᾽ ἔχουσαι τὸν Λίβυν

Sirenes, utinam meis luctibus
Veniatis, habentes Lybicam,

Od. M. p. 471. 11. 17. Pausan. IX. 34. p. 778. ubi Junonis signum, Pythodori Thebani opus, Sirenas manu tenuisse narratur; cujus rei significationem nunc quidem ignoramus. Cur volucres factæ sint tradit Hyginus Fab. CXLI. et paulo aliter Ovid. Metam. V. 552. Quod autem Terræ filiæ ab Euripide vocantur, id forsitan intelligi potest ex allegorica quamvis inepta interpretatione fabulæ de Sirenibus, quam Eustathius tradidit l. c. p. 47. 3. Τόπους ἔφασαν εἶναι συνεχὲς ἀνίοντας πνεῦμα γῆθεν ἀναφυσώμενον, ᾧ προστεθέντες ἀπὸ τῶν ἐγχωρίων αὐλοί τινες μέλος ἀπετέλουν τοὺς παροδεύοντας ἐπαγόμενον.— In proximis verbis prava distinctione sensus prorsus obscuratur:

— εἴθ᾽ ἐμοῖς
Μόλοιτ᾽, ἔχουσαι τὸν λίβυν
Λωτὸν ἢ συρίγγας, αἰλίνοις κακοῖς
Τοῖς ἐμοῖσι.

Scabra oratio. Manifestum autem esse videtur, majoris distinctionis notam post κακοῖς ponendam esse. Sed vide totum versum

Σειρῆνες εἴθ᾽ ἐμοῖς

Qui versus est iambicus dimeter brachycatalecticus, cui respondet in antistrophe

Φοίνικας ἁλίῳ πέπλους.

iambicus dimeter acatalecticus. Metrum in toto hoc Chori carmine insigniter violatum. Vide tamen an emendari possit

Σειρῆνες εἴθ᾽ ἐπὶ τοῖς ἐμοῖς

Αἴλινα κακὰ *mala* dicuntur *digna, quæ* αἰλίνῳ *carmine defleantur.* Eustath. in Ιλ. Γ. p. 1223. 8. Λίνος δὲ καὶ Αἴλινος ἔν τε πένθεσι καὶ ἐπ᾽ εὐτυχεῖ μολπῇ κατ᾽ Εὐριπίδην. ex Athenæo. Lib. XIV. p. 619. qui Euripidem in Hercule Fur. 348. respicit. —Quæ instrumenta Euripides Sirenibus tribuit

— ἔχουσαι τὸν λίβυν
Λωτὸν ἢ συρίγγας.

eadem in luctu funebri adhiberi solebant; unde magis etiam apparet, qua de causa Sirenas potissimum in luctus societatem advocaverit. Servius ad Virgil. Æn. V. 863. Harum (Sirenum) *una voce, altera tibia, alia lyra canebat.* Unde quis suspicari possit Euripidem dedisse

— ἔχουσαι τὸν Λίβυν
Λωτὸν φόρμιγγά τ᾽ —

Junguntur hæc instrumenta cum alibi tum ap. Alcæum Messenium. Epigr. X. Anal. Vet. Poët. T. I. p. 489.

Λωτοὶ δ᾽ οἱ κλάζοντες ἴσον φόρμιγγι μελιχρὸν
ὥπασαν ἐξ ἀέθλων οὐ στέφος ἀλλ᾽ ἀΐδαν.

Tibia ab usu quem in funeribus habebat *funebris* vocabatur. *Tibiæ funebres, Festus* ait, *cum quibus in funere canitur.* In Euripidis tamen loco temere aliquid mutari nolim, cum in ejusmodi rebus summa sit poëtarum diversitas. Junguntur λίβυς λωτὸς, κίθαρα et σύριγγες apud Euripid. in Iphig. in Aul. 1036. sqq.

Jacobs.

168. Χθονὸς κόραι,] Acheloi et Terpsichores filias facit Tzetzes, ubi supra, præeunte Apollonio Rhodio, Lib. IV. Alii, inter quos Apollodorus Lib. I. c. 7. Acheloi et Steropes cujusdam. Sed videtur Euripides aliam hic fabulam sequi Theoni Sophistæ commemoratam, unde hæc nobis citat Brodæus: καὶ Ἡρακλῆς ἐνίκα παλαίων, τὸ κέρας ἀνασπάσας τοῦ ποταμοῦ καὶ τὸ αἷμα ἔῤῥει, ἀφ᾽ οὗ Σειρῆνες ἐγένοντο. Meminit et Libro περὶ ὀρχήσεως Lucianus: καὶ ποταμοῦ καὶ Ἡρακλέος πάλην καὶ Σειρήνων γένεσιν. Sirenes ex Acheloi sanguine in terram decidente natæ, hanc ob causam Euripidi χθονὸς κόραι audire potuerunt. *Musg.*

169. ἐμοῖς γόοις] Ita MS. E. metri defectum probe resarciens. In Ed. Ald. deest γόοις. *Musg.*

Mutilus est versus, nec antistrophico respondet. Forsan scribendum:

Σειρῆνες εἴθε τοῖς ἐμοῖς iambicus dimeter.

Heath.

170. s. Λίβυν λωτὸν,] Sic Troad. v. 546. Λίβυς τε λωτὸς ἐκτύπει. In quem locum vide quæ nos. *Barnes.*

Λωτὸν, ἢ σύριγγας, αἰλίνοις κακοῖς
Τοῖς ἐμοῖσι σύνοχα δάκρυα,
Πάθεσι πάθεα, μέλεσι μέλεα,
Μουσεῖά τε θρηνήμασι ξυνῳδὰ
Πέμψειε Φερσέφασσα
Φόνια, φόνια, χάριτας ἵν' ἐπὶ δάκρυσι
Παρ' ἐμέθεν ὑπὸ μέλαθρα νύχια, παιᾶνας

Fistulam, aut calamos, ut deplorandis malis
Meis, continuas lacrymas,
Dolores doloribus, carmina carminibus,
In lucos tuos lamentationibus consonos
Mittat, O Proserpina,
Funesta, funesta elegantias, ut cum lacrymis
A me sub tenebricosam aulam hymnos

177. Παρ' ἐμέ θ'.

170—178. Hæc ita restituenda, distinguenda et vertenda censeo:

Μόλοιτ' ἔχουσαι τὸν Λίβυν
Λωτὸν, ἢ σύριγγ', αἰλίνοις. Κακοῖς
Τοῖς ἐμοῖσι σύνοχα δάκρυα,
Πάθεσι πάθεα, μέλεσι μέλεα,
Μουσεῖά τε θρηνήμασι ξυνῳδά.
Πέμψειε Φερσέφασσα
Φονία, φονία, χάριτας
Ἵν' ἐπὶ δάκρυσι παρ' ἐμὲ
Θ', ὑπὸ μέλαθρα νύχια, παι-
ᾶνας ὀλομένοις λάβῃ.

O Sirenes, utinam adveniatis canticis meis luctuosis concinentem habentes aut Libycam fistulam, aut arundinem. Mittat Proserpina infortuniis meis lacrymas consentientes. calamitatibus affectus, carminibus carmina, et cantus funestos, funestos lamentationibus meis consonos, ut vicissim pro mercede cum lacrymis a me etiam, sub nigram aulam, hymnos exstinctis accipiat. In v. 171. reposui σύριγγ' metri gratia, ut antithetico respondeat; versus enim asynartetus est ex dochmaico et penthemimeri trochaica. In ultimo v. νέκυσι ex glossa vocabuli ὀλομένοις irrepsisse videtur. *Heath.*

171. Conf. Athen. XIV. 619. C. *Burn.*

Repono, partim sensu, partim metro postulante:

λωτὸν σύριγγά τ', αἰλίνοις κακοῖς
ὡς ἐμοῖσι σύνοχα — —

Musg.

Post κακοῖς punctum figendum. *Reisk.*

172. Quum omnia hæc, planctus lugentium tibiarumque cantus, in honorem cum ipsius defuncti tum Deorum, quibus Orcus gubernatur, fieri soleant, Helena ipsam Proserpinam invocat, ut doceat modos, qui tristi huic pietatis officio satis conveniant:

τοῖς ἐμοῖσι σύνοχα δάκρυα
πάθεσι πάθεα, μέλεσι μέλεα
μουσεῖα δὲ θρηνήμασι ξυνῳδὰ
πέμψειε φερσέφασσα.

Euripides, si quid video, hæc fere dicere voluit: Ipsa Proserpina efficiat, precor, ut hic meus, quem paro, luctus, hæ lacrymæ, hæc carmina, quam maxime tristia, ideoque inferis Diis quam acceptissima sint. Sed neque hic neque alius sanus sensus vulgatæ lectionis verbis erui potest. Primum enim quid sibi velint voces

πέμψειε πάθεσι πάθεα.

equidem non perspicio, cum ineptum sit, Helenam, plurimis malis tantum non obrutam, nova sibi, quæ reliquis accedant, precari infortunia. Deinde vero verba μέλεσι μέλεα minus adhuc reliquis conveniunt, Jam igitur affirmare ausim hos ver-

Νέκυσιν ὀλομένοις, λάβῃ.

ΧΟΡΟΣ.

Κυανοειδὲς ἀμφ' ὕδωρ ἀντιστρ. α'.
Ἔτυχον ἕλικά τ' ἀνὰ χλόαν
Φοίνικας ἁλίου πέπλους
Αὐγαῖσιν ἐν ταῖς χρυσέαις

Accipiat mortuus.

CHORUS.

Ad aquam cæruleam
Casu fui et per teneram herbam
Purpureas tunicas Solis
In aureo fulgore

sus ut plurimos hujus Chori, inquinatissimos esse et medicam implorare manum. Fortasse legendum :

Τοῖς ἐμοῖς σύνοχα δάκρυα
πάθεσι, ΠΕΝΘΙΜΑ Τ' ἈΧΕΣΙ μέλεα,
μουσεῖά ΤΕ θρηνήμασι ξυνῳδὰ
πέμψειε Φερσέφασσα.

Ita, ni fallor, omnia satis bene cohærent. *Det mihi Proserpina perennes lacrymarum fontes, quibus mala deplorem mea; concedat doloribus tristia carmina cantusque, lacrymis* h. e. *calamitatibus respondentes meis.* Recte junguntur δάκρυα et πένθιμα μέλεα ut in Ione. 676.

Ὁρῶ δάκρυα μὲν καὶ ΠΕΝΘΙΜΟΥΣ ἄλλας
γε στεναγμῶν ΕΙ'ΣΒΟΛΑΣ.

Phœniss. 1078.

Λῆξασ' ὀδυρμῶν πενθίμων τε δακρύων.

Ξυνῳδὰ *convenientia, respondentia.* Medea. 1004.

Τάδ' οὐ ξυνῳδὰ τοῖσιν ἐξηγγελμένοις.

Jacobs.

174. Legendum:

Μουσεῖα τεὰ, θρηνήμασι ξυνῳδὰ,
πέμψειε, Φερσέφασσα,
φόνια, φόνια ——

Una habentes Libycam lotum, arundinemque, ut ad recessus Tuos, O Proserpina, lamentis resonantes mittat questus, dolores, nænias, meis deplorandis malis sociatas.

Μουσεῖον, *locus, ubi Musis aliquis vacat:* hinc transfertur ad loca, ubi aves cantus exercent, infra v. 1107. Euripides Alcmena; citatus Scholiasti Aristoph. ad Ran. v. 93.

πολὺς δ' ἐνεῖρπε κισσὸς, εὐφυὴς κλάδος,
Χελιδόνων μουσεῖα ——

Cur hic de Inferorum sedibus dicatur, docet, quod sequitur, θρηνήμασι ξυνῳδὰ, *lamentis usque resonantia.* Sophocles apud Stobæum Eclog. Physic. Lib. I. mendose ibi scriptus:

λιποῦσα λίμνην ἦλθον, ἄρσενας χοὰς
Ἀχέροντος, ὀξυπλῆγας ἠχοῦσαν γόους.

Musg.

176. Φόνια,] Connecti potest vel cum δάκρυα, πάθεα, μέλεα, quod ego quidem malim, vel cum μουσεῖα.

χάριτας — ἐπὶ δάκρυσι, *gratiæ,* i. e. elegantiæ, *aliquid luctui adjunctum.* Confer Æschyl. Choëph. v. 318. *Musg.*

φονίας, φονίας scribit Reisk. *Beck.*

177. Παρ' ἐμέ. f. θερμοῖς, aut θαλεροῖς. *Reisk.*

178. Νέκυσιν ὀλομένοις,] Priorem vocem, ut glossema, recte ejicit Heathius. Posterior an vere scribatur, dubito. Melius enim conveniret ὀλόμενος, *mortuus,* i. e. Menelaus. Pæan catachrestice dicitur lugubris nænia, ut Æschyl. Sept. c. Theb. v. 875. Alcest. v. 436. Nam verus Pæan inferorum regi invisus erat, Iphig. in Taur. v. 185. *Musg.*

181. Φοίνικας — πέπλους] *Purpureas*

Ἀμφιθάλπουσ᾽ ἔν τε δόνακος ἔρνεσιν·
Ἔνθεν οἰκτρὸν ἀνεβόασεν,
Ὅμαδον ἔκλυον ἄλυρον, ἔλεγον,
Ὅ τι ποτ᾽ ἔλακεν αἰάγμασι στένουσα,

Calefaciens, et circum in arundinetis;
Unde miserabiliter resonuit,
Audivi strepitum absonum næniam,
Quicquid demum dixit lamentis gemens,

183. θάλπουσ᾽ ἀμφί τ᾽ ἐν δόνακ. ἔρν. 186. Ὅτι.

vestes. Has enim Soli exponere mos erat ad renovandum tincturæ splendorem. Pollux, Lib. I. sect. 49. *χαίρει δὲ ἡλίῳ ὁμιλοῦσα τῆς πορφύρας ἡ βαφὴ, καὶ ἡ ἀκτὶς αὐτὴν ἀναπυρσεύει, καὶ πλείω ποιεῖ καὶ φαιδροτέραν τὴν αὐγήν.* vid. et Hippol. v. 125. et seq.

ἁλίου] Ita superscriptum habet MS. E. prout a Cantero jam emendatum erat. Ed. Ald. ἁλίῳ. unde Scaliger ἁλίω sine iota. *Musg.*

ἁλίω πέπλες] Ita cum Scaligero lego disjunctim potius, quam ἁλιοπέπλους cum Duporto, aut ἁλίε cum Cantero; quia ἁλίω Doricum est pro ἡλίε, refertur autem ad αὐγαῖς, ut in versione Latina expressimus. *Barnes.*

181. ss. Chorus Græcarum mulierum, quum ad maris litora vestimentis ad solem explicandis occupatus, Helenæ luctum lamentationesque accepisset, accurrit, tanti doloris causam propius auditurus:

φοινίκας ἁλίω πέπλους
αὐγαῖσιν ἐν ταῖς χρυσέαις
θάλπουσ᾽ ἀμφί τ᾽ ἐν δόνακος ἔρνεσιν,
ἔνθεν οἰκτρὸν ἈΝΕΒΟΑΣΕΝ
Ὅμαδον ἔκλυον ἄλυρον ἔλεγον
Ὅτι πότ᾽ ἔλακεν αἰάγμασι στενοῦσα
Νύμφα τις — —

Post ἀνεβόασεν antiquæ editiones easque secutus Barnesius majorem distinctionem posuerunt, nullo, quem equidem perspiciam, sensu. Pauci erunt, puto, quibus Latini Interpretis satisfaciat explicatio: *Inde miserabiliter quædam vox resonuit.* Quomodo enim ἀναβοᾶν *resonare* audit? Aut unde *vocis* notionem arcessit Interpres? Subjecto igitur manifesto caret verbum ἀνεβόασεν, cum in versu sequenti ipse Chorus subjecti locum teneat: ἔκλυον ὅμαδον. Sed nihil sani in hac lectione, quæ fortasse ita emendanda est:

ἔνθεν οἰκτρὰν ἈΝΑΒΟΑΣΙΝ,
Ὅμαδον ἔκλυον ἄλυρον ἔλεγον.

In v. ἀναβόησιν, Atticam formam animadverte, cujus mentionem fecit Gregorius de Dial. §. XIV. p. 21. vide Gisb. Kœn. — Sensus igitur hic est: *Ibi tum ego funestum clamorem, flebilemque audivi strepitum.* — Quæ sequuntur non saniora sunt, imo multo corruptiora, ita ut veram tragici manum conjectura restitui posse desperandum sit. In his tamen rebus quæ probabilitate nituntur unicuique, quæ conjecerit sive hariolatus fuerit, in publicum proferre licet. Videamus igitur totum locum:

— — οἷα Ναΐς
Ὄρεσι ΦΥΓΑΔΑ ΓΑΜΟΝ Ἱ-
ΕΙΣΑ ΓΟΕΡΟΝ· ὙΠΟ ΔΕ
πέτρινα μύχαλα, γύαλα
Πανὸς ἀναβοᾷ γάμους.

Pro voce non Græca μύχαλα Canterus et Scaliger μύχατα reposuerunt. Πανὸς autem unde pendeat dubitatur. Si enim antiquas editiones et Reiskium audimus, γάμους Πανὸς jungenda sunt, quam rationem poëtarum usus ni fallor respuit; Panem enim fugere, non advocare solent Nymphæ. Barnesii igitur interpretationem sequimur, qui γύαλα Πανὸς, *montes*, sive *antra Panis* explicat. Tota autem imago a Naide ducta videtur, quæ maritum per montes et sylvas quæritat, easque illius nomen resonare docet; quomodo Daphnidis uxor, quæ et ipsa Nympha fuit, fecisse vulgo apud pastores tradebatur. Hic sensus ut Euripidi restituatur, emendandum suspicor:

Νύμφα τις οἷα Ναῒς
Ὄρεσι φυγάδα νόμον ἱεῖσα γοερόν·
Ὑπὸ δὲ πέτρινα μύχατα γύαλα * * *
Πανὸς ἀναβοᾷ γάμους.

Nympha quædam, ceu Nais,
Maritum montivagum, edens quicquid triste;
Subtus vero saxeæ infimæ cavernæ
Panis conjugi resonant.

188. *γάμου.* 189. sine notis lacunæ.

—— *οἷα Ναῒς*
Ὄρεσι ΦΥΓΑΔ' ἈΝΔΡΑ ΔΙ-
ΖΕΙΣΑ. ΓΟΕΡΑι Δ' ὈΠΙ ΔΙΑ
πέτρινα μύχατα, γύαλα
Πανὸς ἀναβοᾷ γάμους,

Ceu Nais quæ fugitivum sequuta virum, flebili voce inter rupes, Panis sedes, virum revocat. *φυγάδα*, alios forsitan amores persequentem. Confer Theocrit. Eid. I. 83. ubi Nais

πᾶσαν ἀνὰ κράναν πάντ' ἄλσεα ποσσὶ φορεῖται
ζατεῦσα.

Bion. in Adon. 23. Venus

Ὀξὺ δὲ κωκύουσα δι' ἄγκεα μακρὰ φορεῖται
Ἀσσύριον βοῶσα πόσιν.

Διζεῖσα autem scribatur an *διζοῦσα* parum interest. Prius tamen propius abest a vulgata *ἱεῖσα* et rarior est forma, cujus mentionem facit Eustath. in Odyss. p. 746. 28. — *Γύαλον quæcunque cavitas. antrum* ap. Sophocl. in Phil. 1078. *Ὦ κοίλας πέτρας γύαλον.* Delphi, in convallibus positi, *γύαλα φοίβου* vocantur in Phœniss. 244. et Ione. 245. *οὗ* (sic lege) *πάντες ἄλλοι γύαλα λεύσσοντες θεοῦ.* Panis autem et Nympharum plurima antra fuerunt, (v. Barnes. ad Ion. 492.) quorum nobilissimum *antrum Corycium*, de quo vide Pausan. X. p. 878. *Jacobs.*

183. Legendum, metri causa:

θάλπεσ', ἀμφίς τε δόνακος ——

Musg.

184. Lego, ne nulla inter hunc versum et sequentem connexio sit:

ἔνθεν οἰκτρὸν ἀνεβόασ', ἔνθ'
ὅμαδον ἔκλυον ——

Musg.

Etiam Heath. et Reisk. post *ἀνεβόασεν* comma tantum ponunt, ut oratio continuetur. Reisk. subintelligi vult Helenam, et construit *οἰκτρὸν ὅμαδον.* *Beck.*

185. *ἄλυρον ἔλεγον.*] Eadem locutio Iphig. in Taur. v. 146. *Musg.*

Reisk. pro *ἔκλυον* reponit *ἔκλυρον*, tum delet *ἄλυρον*, quod hujus scholion esse dicit. *Beck.*

186. Heath. reddit: *Quodcunque efferebat luctibus ingemiscens.* *Beck.*

187. *Νύμφα τις οἷα Ναῒς*] De *ναῒς*, vel *νῆϊς*, significante *inexperta*, nos supra ad Hippolyt. v. 551. In hoc vero loco putatur nomen proprium, et a *Νάω*, *ῥέω*, *scaturio*, ducitur; Itaque Naiades, nymphæ aquarum vocantur, ut Oreiades montium, et Orestiades, Dryades, et Hamadryades arborum et sylvarum; Napvæ saltuum et pascuorum, Limnides stagnorum, Ephydryades fontium, Nereiades æquoris. Vid. de his Natal. Com. Mytholog. Lib. V. c. xi. et xii. *Barnes.*

Comma post *στένουσα* delendum, et post *Νύμφα τις* ponendum, censet Reisk. *Beck.*

188. *ἱεῖσα*] Lego: *ἄεισε. qualiter Nais maritum in montibus fugitivum flebiliter lamentari solet.* Mariti Naiadum sunt Panes, *οἱ Πᾶνες*, Straboni commemorati, p. 470. C. ut et Theocrito Idyll. IV. v. 63. Cum Nymphis utique consueverunt omnes Bacchi asseclæ. Photius Lex. MS. *Νυμφόβας, ὁ Σειληνὸς, τῶν νυμφῶν ἀνήρ.* *ἄεισε, lamentata est*, ut *δακρύων μέλος* de *lacrymis*, Hippol. v. 1173.

Heath. ad *γάμον* supplet *στένουσα*: Nympha *montibus fugientem sponsum lugens.*

Reisk. suspicatur: *ὀρεσίφοιτος ἰάλεμον ἱεῖσα, ut Nympha quædam montes pererrare solita lamentationem emittit,* aut *ὀρεσι-*

ἙΛ. Ἰώ. ἰώ. στροφὴ β'.
Θήραμα βαρβάρου πλάτας,
Ἑλλανίδες κόραι,
Ναύτας Ἀχαιῶν τις ἔμολεν, ἔμολε,
Δάκρυα δάκρυσί μοι φέρων,
Ἰλίου κατασκαφὰν,
Πυρὶ μέλουσαν δαΐῳ
Δι' ἐμὲ τὰν πολύκτονον,
Δι' ἐμὸν ὄνομα πολύπονον.
Λήδα δ' ἐν ἀγχόναις
Θάνατον ἔλαβεν αἰσχύ-

Hel. Io, Io!
O præda barbaricæ navis,
Puellæ Græcæ,
Nauta ex Græcis quispiam venit, venit,
Lacrymas super lacrymas mihi ferens,
Ilii eversionem,
Igni hostili procuratam
Propter me, propter-quam-multi-interfecti-sunt,
Propter meum infelix nomen.
Leda vero laqueis
Mortem oppetiit ob dolorem

193. ἔμολεν, ἔμολεν. 197. μέλ. Ἰδαίῳ. 199. πουλυπόνον.

φυτάδα γάμον δεδιυῖα γοερὸν, *Panis concubitum flebilem metuens.* *Beck.*

189. μύχατα] Canteri emendatio est. Incertus Anthol. H. Steph. p. 356. χθὼν μυχάτων γυάλων κοιλώμασιν. Ed. Ald. μύχαλα. *Musg.*

μύχατα γύαλα Πανὸς] Montes et valles et antra Pani sacrabantur, quare distinctionem posuimus ad Πανὸς, ut ad γύαλα referatur, non autem ad γάμους. Μύχατα autem pro μύχαλα legendum suadent Canterus et Scaliger; est etiam μυχοίτατος et μυχαίτατος, Homero, a μυχὸς, *penetrale*, recessus, pro μυχώτατος, est et μύχιος, de qua re vid. Eustath. in Homer. fol. 1905. lin. 30. *Barnes.*

Reisk. verba struit sic: ὑπαναβοᾷ τὰ γύαλα τοὺς Πανὸς γάμους, *illi lamentanti* vim a Pane sibi factam succinit echo saxorum, et idem plorat. *Beck.*

γάμους.] Malim γάμοις, *nuptiis*, i. e. conjugi. vid. Alcest. v. 991. Heraclid. v. 300. Constructio est: πέτρινα μύχατα γύαλα ὑπαναβοᾷ Πανὸς γάμοις. *Saxei specus infimi resonant Panis conjugi.* *Musg.*

193. Ἑλλανίδες κόραι,] Canterus in suo Græco argumento, quod ob defectus nonnullos huic fabulæ præfigere non potuimus, dicit: Ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἐκ παρθένων ἐντοπίων, hoc est, Αἰγυπτιακῶν, cujus rei falsitatem recte Josephus Scaliger ex hoc loco vidit evinci posse; Hic enim Helena, Chorum alloquens, vocat eas captivas Græcas puellas: Θήραμα βαρβάρου πλάτας, Ἑλλανίδες κόραι. Unde nos in argumento Græco nostro, quod fabulæ præfiximus, ex Græcis fœminis Chorum constare diximus. *Barnes.*

197. μέλουσαν] Conjectura est H. Ste-

νας ἐμᾶς ὑπ᾽ ἀλγέων.
ʽΟ δ᾽ ἐμὸς ἐν ἁλὶ πολυπλανὴς
Πόσις ὀλόμενος οἴχεται,
Κάστορός τε συγγόνου τε
Διδυμογενὲς ἄγαλμα πατρίδος
᾽Αφανὲς, ἀφανὲς ἱππόκροτα λέλοιπε δάπεδα
Γυμνάσιά τε δονακόεντος Εὐ-
ρώτα, νεανίαν πόνον.
Αἶ αἶ αἶ αἴ. *ἀντιστρ. β΄.*
Ω δαίμονος πολυστόνου
Μοίρας τε σᾶς, γύναι.

Dedecoris nostri.
Meus vero in mari multum vulgatus
Maritus perditus obiit.
Castorisque fratrisque
Geminum patriæ decus,
Evanidum, evanidum, equis-pulsata reliquit sola,
Gymnasiaque arundinosi
Eurotæ, juvenilem laborem.
Cho. Heu, heu, heu, heu!
O fortunam multorum-gemituum-autorem,
Et fatum tuum, O mulier.

phani. Sic ῥανίσι μελόμενον αἱμακταῖς, Iphig. Taur. v. 644. Ed. Ald. μέλλουσαν. Pro ᾽Ιδαίῳ lege δαΐῳ. *Musg.*

198. πολύκτονον,] Scaliger non male πολύστονον. *Musg.*

Δι᾽ ἐμὲ τὰν πολυκτόνον,] Recte se vocat hic Helena πολυκτόνον, ut quæ a diis fuerit facta causa belli Trojani, in quo tot millia hominum Græcorum et Barbarorum occubuere: Quare in hac re nihil ego moveor Josephi Scaligeri auctoritate, qui in margine scribit: ἴσ. πολύστονον. Promovendus enim erat accentus, sed non *vox* mutanda. *Barnes.*

Concinnius erit metrum, si legas πολύπονον. Versus est trochaica hephthemimeris. *Heath.*

201. ss. αἰσχύνας ἐμᾶς ἐπ᾽ ἀλγέων.] Cum olim legebatur αἰσχύνασ᾽ ἡμᾶς, quasi Leda suspensa dedecoraret Helenam, suspicabantur docti viri, αἰσχύνας ἐμᾶς ἐπ᾽ ἀλγέων legendum, ut esset: Leda suspendio vitam finivit, ob dolores ex dedecore et infamia mea conceptos: in quem sensum et textum et versionem accommodavi. Gulielmus Canterus inquit: Assentior Mureto, αἰσχύνας ἐμᾶς reponenti, Variar. Lection. Lib. IV. c. 14. Idem Josephus Scaliger legit; idem et nos. *Barnes.*

202. ὑπ᾽ ἀλγέων.] Ita recte H. Stephanus. Ed. Ald. ἐπ᾽ ἀλγέων. Eadem editio in initio versus αἰσχύνασ᾽ ἡμᾶς, pro quo MS. E. αἰσχύνασ᾽ ὑμᾶς et in margine ἐμῆς; confirmans utique receptam lectionem, αἰσχύνας ἐμᾶς. *Musg.*

Reisk. ἀπ᾽ ἀλγέων. *Beck.*

207. ἱππόκροτα λέλοιπε δάπεδα] Hippodromos intelligit, quos Laconica juventus frequentabat, ut verbum Γυμνάσια confirmat; Castor autem et Pollux præcipue equis delectabantur, et principes erant juventutis: Κάστορά θ᾽ ἱππόδαμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα. Homer. Il. γ΄. v. 237. *Barnes.*

208. Versus ob metrum aliter dividendi sunt. An ergo sic:

Αἰὼν δυσαίων τίς ἔλαχεν, ἔλαχεν,
Ὅτε σε τέκετο ματρόθεν
Ζεὺς πρέπων δι' αἰθέρος
Χιονόχρως κύκνου πτερῷ;
Τί γὰρ ἄπεστί σοι κακῶν;
Τίνα δὲ βίοτον οὐκ ἔτλας;
Μάτηρ μὲν οἴχεται,
Δίδυμά τε Διὸς οὐκ εὐ-
δαιμονεῖ τέκεα φίλα,
Χθόνα δὲ πάτριον οὐχ ὁρᾷς,
Διὰ δὲ πόλεας ἔρχεται

Infelix vita quædam *tibi* contigit, contigit,
Quando genuit te ex matre
Jupiter per ætherem conspicuus,
Candida-nivis-instar ala cygni.
Quod enim malum a te abest?
Quam vero vitam non sustinuisti!
Mater enim periit,
Et gemini Jovis non
Felices-sunt filii chari:
Solumque patrium non vides,
Per urbes vero vadit

— δονακόεντος Εὐ-
ρώτα, νεανίαν πόνον.

In antistropha autem:

οὐδέ ποτ' ἔτι μέλαθρα πάτρια.

Musg.

215. Reisk. conjicit τίς σ' ἔλαχεν. *Beck.*

216. Χιονόχρωτος reponit Reisk. *Beck.*

218. ἔτλας;] Ob metrum malim ἐτάλας. *Musg.*

222. πάτριον] Metrum postulat πατρῷϊον. *Musg.*

223. Reisk. legit πόλεος, nempe Pharum. *Beck.*

223. s. Διά τε πολέας ἔρχεται
Βάξις ἅ σε βαρβάροισι·
Λέχεσι, πότνια, παραδίδωσιν.

Per multos vero populos vadit fama. Latini interpretis verba. Vidit Reiskius minime Græce dictum esse διὰ πολέας eo quo accepit interpres sensu; quare ipse πόλεος legit, Pharum intelligens. Cur non scribamus potius:

διά τε πόλιας ἔρχεται βάξις.

Per omnes Græciæ urbes fama volat, te, etc.—Mox versu 229 malim

— τίς οὖν Φρυγῶν —
Ἢ τίς Ἑλλανίας ἀπὸ χθονός —

Jacobs.

226. Heath. metri causa mavult λίλοιπε. *Beck.*

228. Χαλκίοικον] Minervam, cujus templum æreum erat Spartæ, vid. infra v. 245. et confer Barnesio citatos, Pausaniam, p. 99. et p. 321. Ed. Sylb. Livium, Lib. XXXV. c. 36.

ὀλβιεῖς.] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. ὀλβίοις. *Musg.*

Χαλκίοικον] Τὴν Ἀθηνᾶν τὴν ἐν Λακεδαιμονίων Ἀκροπόλει Χαλκίοικον ἐκάλουν, ut in-

Βάξις, ἅ σε βαρβάροισι
Λέχεσι, πότνια, παραδίδωσιν,
῾Ο δὲ σὸς ἐν ἁλὶ κύμασί τε λέλοιπε βίοτον,
Οὐδέ ποτ' ἔτι πάτρια μέλαθρα καὶ
Τὰν Χαλκίοικον ὀλβιεῖς.
῾ΕΛ. Φεῦ φεῦ. τίς ἦν Φρυγῶν; ἐπῳδός.
Ἢ τίς ῾Ελλανίας ἀπὸ χθονὸς
Ἔτεμε τὰν δακρυόεσσαν ᾽Ιλίῳ
Πεύκαν; ἔνθεν ὀλόμενον
Σκάφος συναρμόσας
῾Ο Πριαμίδας ἔπλευσε βαρβάρῳ πλάτᾳ

Fama, quæ te barbaro
Connubio, O veneranda, tribuit.
Tuus vero *maritus* in mari fluctibusque reliquit vitam.
Nunquam amplius patriam regiam, et
Chalciæcum beabis.
Hel. Heu, heu, quis fuit Phrygum?
Aut quis a terra Græcorum
Secuit deplorandam Ilio
Pinum? Unde, perdita
Navi constructa,
Filius-Priami navigavit barbarico remo

226. λέλοιπεν. 228. τὰν deest.

fra v. 245. Χαλκίοικον ὡς ᾽Αθάναν μόλοιμι, etc. Et Thucydidis Scholiastes: Χαλκίοικος ἡ ᾽Αθηνᾶ ἐν Σπάρτῃ· ἢ ὅτι χαλκοῦν εἶχεν οἶκον, ἢ διὰ τὸ στερεὸν εἶναι· ἢ διὰ τὸ τοὺς Χαλκιδεῖς, τοὺς ἐξ Εὐβοίας φυγάδας, αὐτὸν κτίσαι. Et Pausanias in Laconicis, fol. 99. lin. 7. ᾽Ενταῦθα (ἤγουν ἐν τῇ Λακεδαιμονίων ᾽Ακροπόλει) ᾽Αθηνᾶς ἱερὸν πεποίηται, Πολιούχου καλουμένης, καὶ Χαλκιοίκου τῆς αὐτῆς· τοῦ δὲ ἱεροῦ τῆς κατασκευῆς Τυνδάρεως, καθὰ λέγουσιν, ἤρξατο. Idem in Phocicis, fol. 321. lin. 15. Τὰ δὲ ἐς τὸν τρίτον τῶν ναῶν, ὅτι ἐγένετο ἐκ χαλκοῦ, θαῦμα οὐδέν. Εἴγε ᾽Ακρίσιος μὲν θάλαμον χαλκοῦν τῇ θυγατρὶ ἐποιήσατο, Λακεδαιμονίοις δὲ ᾽Αθηνᾶς ἱερὸν Χαλκιοίκου καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι λείπεται. De ænea autem domo etiam Livius Hist. Lib. XLVI. Ætoli circa Chalciœcum (Minervæ est templum æreum) congregati cæduntur. Vide Johannis Meursii Miscellan. Laconic. Lib. I. c. 3.

ὀλβιεῖς.] Olim legebatur ὀλβιοῖς male, quum nullum tale datur verbum, quale ὀλβιόω, hoc autem procul dubio per errorem scriptum erat pro ὀλβιεῖς, quod est futurum Atticum pro ὀλβίσεις, ab ὀλβίζω, verbo satis noto. Solus Scaliger hoc vidit, et ει pro οι manu sua in margine notabat Codicis sui. *Barnes.*

Heath. cum Steph. reponi jubet καὶ τὰν Χαλκίοικον. Versum esse glyconium hypercatalectum. *Beck.*

229. τίς ἦν] Phereclum fuisse docet Homerus Il. ε'. v. 59. *Musg.*

229. ss. τίς ἦν Φρυγῶν; Ἢ τίς ῾Ελλανίας ἀπὸ χθονὸς Ἔτεμε τὰν δακρυόεσσαν ᾽Ιλίῳ πεύκαν, etc.] Hujus nomen, quod Helena videtur ignorare, Phereclus erat, de quo Hom. Iliad. ε'. v. 59. Μηριόνης δὲ Φέρεκλον ἐνήρατο, τέκτονος υἱὸν ᾽Αρμονίδεω, ὃς χερσὶν ἐπίστατο δαίδαλα πάντα Τεύχειν· ἔξοχα γάρ μιν ἐφίλατο Παλλὰς ᾽Αθήνη· Ὃς καὶ ᾽Αλε-

Τὰν ἐμὰν ἐφ' ἑστίαν,
Ἐπὶ τὸ δυστυχὲς
Κάλλος, ὡς ἕλοι γάμον ἐμόν.
Ἁ δὲ δόλιος, ἁ πολύκτονος Κύπρις
Δαναΐδαις ἄγουσα θάνατον Πριαμίδαις τε.
Ὦ τάλαινα συμφορᾶς.
Ἡ δὲ χρυσέοις θρόνοις
Διὸς ὑπαγκάλισμα σεμνὸν Ἥρα
Τὸν ὠκύπουν ἔπεμψε Μαιάδος γόνον,
Ὅς με, χλοερὰ δρεπομέναν ἔσω πέπλων

Ad meam domum,
Ad infelicem
Formam, ut meum connubium auferret.
Sed dolosa una erat multarum cædium autor Venus,
Afferens Græcis mortem et Priamidis.
O me miseram *ob* calamitatem !
Et in aureis sedibus
Juno, venerandus complexus Jovis,
Celerem filium Maiæ misit,
Qui me herbida intra peplos decerpentem

ξάνδρῳ τεκτήνατο νῆας ἐΐσας, Ἀρχεκάκους, αἳ πᾶσι κακὸν Τρώεσσι γένοντο. Et quum nonnulli hoc Homericum ὅς non ad Phereclum, sed ad patrem illius, referunt, notante ustathio, sunt tamen longe plures, qui Phereclum intelligunt, ut Lycophron, cui naves itaque vocantur Φερέκλειοι πόδες, si bene memini ; et Coluthus, qui in libro de Helenæ Raptu, v. 193.
Ἔνθα πανυπρύμνοιο δαϊζόμεναι δρύες ὕλης
Ἤριπον, ἀρχεκάκοιο περιφροσύνῃσι Φερέκλου,
Ὅς ποτε μαργαίνοντι χαριζόμενος βασιλῆϊ,
Νῆας Ἀλεξάνδρῳ δρυτόμῳ τεκτήνατο χαλκῷ.
Barnes.

231. ὅς ἔτεμε legit Reisk. *Beck.*

237. s. Inter hos duo versus deest unus medius, cujus sententia fuerit: ὃν οἱ ὑπέσχετο ἁ δόλοις ἁ πολυκτόνος Κύπρις.

238. Legendum puto:

ἁ δὲ δόλιος ἅμα, πολυκτόνος
Κύπρις — —

Vid. Troad. v. 933. *Musg.*

241. Ἡ δὲ χρυσέοις θρόνοις
Διὸς ὑπαγκάλισμα —

Legendum fortasse:

Ἡ δ' ἐν χρυσέοις θρόνοις

In ὑπαγκάλισμα est abstractum pro concreto. Vide Casaub. ad Athen. Lib. I. c. 9. Musgravius ad Iphig. Taur. 395. Brunck. ad Philoct. 927. — Troades, 759.

ὦ νέον ὑπαγκάλισμα μητρὶ φίλτατον.

Eadem loquendi forma Atridæ fratres συμφυτὸς ἀλκὰ vocantur apud Æschylum in Agamemn. v. 104.

— ἔτι γὰρ θεόθεν καταπνείει
Πειθὼ μολπὰν
Ἀλκὰν συμφυτὸς αἰών·
Ὅπως Ἀχαιῶν
Δίθρονον κράτος κ. τ. λ.

quo de loco, Schützius V. Cl. præclare

Ῥόδεα πέταλα, χαλκίοικον ὡς Ἀθάναν
Μόλοιμ', ἀναρπάσας δι' αἰθέρος
Τάνδε γαῖαν εἰς ἄνολβον
Ἔριν, ἔριν τάλαιναν ἔθετο
Πριαμίδαισιν Ἑλλάδος.
Τὸ δ' ἐμὸν ὄνομα παρὰ Σιμουντίοις ῥοαῖσι
Μαψίδιον ἔχει φάτιν.
ΧΟ. Ἔχεις μὲν ἀλγείν', οἶδα· συμφέρον δέ σοι
Ὡς ῥᾷστα τἀναγκαῖα τοῦ βίου φέρειν.
ʽΕΛ. Φίλαι γυναῖκες, τίνι πότμῳ συνεζύγην;

Rosarum folia, Chalciæcum ut *ad* Minervam
Irem, rapiens per aërem,
In hanc infelicem terram,
Contentionem, contentionem miseram excitavit
Græciæ in Priamidas.
Meum vero nomen ad fluenta Simoëntis
Mendacem infamiam patitur.
Habes quidem graves dolores, scio: sed utile tibi,
Quam facillime necessaria vitæ *mala* ferre.
Charæ mulieres, quali fato sum implicita?

egit, ut solet; eumque duplici ratione emendare adortus est; ut vel — ἀλκὰν σύμφυτον ᾄδων vel, quod et in textum recepit

ἀλκᾷ συμφυτὸς αἰὲν

legatur. Explicat hoc de *fiducia* (πειθὼ) quam senes ex enarrando prodigio capiebant, quæque illis *canendi facultatem* (ἀλκὰν) inspirabat. Quæ explicatio cum aliquid duri habeat, vel præferendam puto priorem conjecturam, vel scribendum esse suspicor:

ἀλκὰν συμφυτὸν ΑἸΝΕΙΝ

quo admisso nulla difficultas relinquitur. Infinitivus αἰνεῖν a καταπνείει sive potius ab omisso ὥστε pendet: *Suadela enim divinitus missa cantum inspirat nobis, ut fraternum imperatorum celebremus robur.* *Jacobs.*

242. Διὸς ὑπαγκάλισμα σεμνὸν] Διὸς παράκοιτις. Abstractum pro concreto. Vid. quæ nos ad Androm. v. 446. *Barnes.*

245. s. ὡς Ἀθάναν Μόλοιμ',] Nempe sertorum offerendorum causa. vid. Hippol. v. 1133. Ovid. Metam. Lib. IX. v. 337. *Musg.*

χαλκίοικον] Vid. supra ad v. 228. *Barnes.*

Hunc versum dividi Heath. vult ita:

Διὸς ὑπαγκάλισμα σεμνὸν trochaicus dimeter.
Ἥρα, τὸν ὠκύπουν iambicus dimeter brach... catalectus.
Beck.

251. Μαψίδιον ἔχει φάτιν.] Cum longo itineris spatio Troja absim, nec, nisi nomine tenus et fama, quæ ideo inanis est, ibi unquam præsens fuerim. *Barnes.*

252. σύμφορον] Ita MSS. E. G. Ed. Ald. συμφέρον. *Musg.*

252. s. συμφέρον δέ σοι, Ὡς ῥᾷστα τἀναγκαῖα τοῦ βίου φέρειν.] *Id utile est tibi, Quod Sors necessum ducit, hoc facile ut feras.* Quam sententiam, quia Hugo Grotius in Excerptis omisit, nos Latina toga donari dignam censuimus. *Barnes.*

Ἆρ᾽ ἡ τεκοῦσά μ᾽ ἔτεκεν ἀνθρώποις τέρας;
Γυνὴ γὰρ οὔθ᾽ Ἑλληνὶς, οὔτε βάρβαρος
Τεῦχος νεοσσῶν λευκὸν ἐκλοχεύεται,
Ἐν ᾧ με Λήδαν φασὶν ἐκ Διὸς τεκεῖν.
Τέρας γὰρ ὁ βίος καὶ τὰ πράγματ᾽ ἐστί μοι,

Annon me mater mea prodigium mortalibus peperit?
Nam neque Græca neque barbara mulier
Edit partu album vas pullorum,
In quo ferunt Ledam me ex Jove peperisse.
Prodigium enim *est* vita, et casus mihi.

257. Τεῦχος νεοσσῶν λευκὸν ἐκλοχεύεται,] Τεῦχος, fœtum includens vasculum, i. e. ovum, parit. Tractat hæc Athenæus Deipnosophist. Lib. II. ubi γυναῖκας ὠοτοκεῖν ostendit: Ita quidem Joh. Brodæus. Nihil autem ego tale apud illum auctorem reperio, excepto, quod de mulieribus nescio quibus, in Luna habitantibus, id dicat Herodorus, nisi quod Sapphonem laudet, qui alibi ita de Leda canat: φασὶ δή ποτε, Λήδαν ὤϊον εὑρεῖν. Ibidem autem ille hanc fabulam Ledæi ovi aliter explicat, Lib. II. c. 16. fol. 57. Ἐκάλουν δὲ καὶ τὰ νῦν τῶν οἰκιῶν παρ᾽ ἡμῖν καλούμενα Ὑπερῷα, ὤϊα, ὥς φησι Κλέαρχος ἐν Ἐρωτικοῖς, τὴν Ἑλένην φάσκων ἐν τοιούτοις οἰκήμασι τρεφομένην, δόξαν ἀπενέγκασθαι παρὰ πολλοῖς, ὡς ἐξ ὠοῦ εἴη γεγεννημένη. Οὐκ εὖ δὲ Νεοκλῆς ὁ Κροτωνιάτης ἔφη, ἀπὸ τῆς Σελήνης πεσεῖν τὸ ὠὸν, ἐξ οὗ τὴν Ἑλένην γεννηθῆναι· Τὰς γὰρ Σεληνίτιδας γυναῖκας ὠοτοκεῖν, καὶ τοὺς ἐκεῖ γεννωμένους πεντεκαιδεκαπλασίονας ἡμῶν εἶναι, ὡς Ἡρόδωρος ὁ Ἡρακλεώτης ἱστορεῖ. *Barnes.*

259. Τέρας γὰρ ὁ βίος] Non recte hic Brodæus exponit ὁ βίος per *exitus in vitam:* Id enim antea dixerat, se natam ex ovo prodigiose; jam itaque dicit, haud incongrue id factum, nempe se prodigio natam, utpote cujus tota vita fuerit prodigium, et fortunæ quoque portentosæ. *Barnes.*

260. Τὰ μὲν δι᾽ Ἥραν,] Idque duabus forte de causis; una, quod Ledam, pellicem suam, in me ulciscatur Juno; altera, quod a Paride neglecta sit ob meum amorem.

τὰ δὲ τὸ κάλλος αἴτιον.] Quo nempe incensus Paris sacrum hospitii jus violavit, meque invitam rapere voluit. *Brodæus.*

261. ὡς ἄγαλμ᾽,] Recte Barnesius de tabula picta interpretatur. Suidas: ἀγάλματα καὶ τὰς γραφὰς καὶ τοὺς ἀνδριάντας λέγουσι. v. Ἀγάλματα. *Musg.*

261. ss. Εἴθ᾽ ἐξαλειφθεῖσ᾽, ὡς ἄγαλμ᾽, αὖθις πάλιν Αἴσχιον εἶδος ἀντὶ τοῦ καλοῦ λάβω.] Hic Josephus Scaliger solita felicitate non usus, ἵν᾽ pro εἴθ᾽, aperto sensus detrimento, legendum putat. Et Brodæus, aliique sensum minime assequentes, ἄγαλμα per statuam reddunt; cum hoc in loco *pictura*, sive *pictoria tabella*, melius redderetur. Hic enim sensus est loci, ut et ego Latinam jam versionem loqui feci: *Utinam deleta, sicut pictura in tabellis pictoriis, denuo deteriorem formam pro hac pulchra capiam.* Quanquam enim modernorum plerique ἄγαλμα pro ξόανον ponunt, Suidas tamen testatur, etiam pro *pictura* usurpari, hoc est εἰκὼν γεγραμμένη, atque ipse Homerus pro quovis, ἐφ᾽ ᾧ τις ἀγάλλεται, utitur, Eustathio teste, fol. 1467. lin. 35. et fol. 1725. lin. 23. Hesych. Ἄγαλμα, ξόανον· ἀφομοίωμα εἰδώλων, εἰκόνων, ἢ ἀνδριάντων. Phavorinus iisdem verbis addit: καὶ ἄγαλμα πᾶν, ἐφ᾽ ᾧ τις ἀγάλλεται, οὐχ, ὡς ἡ συνήθεια, τὸ ξόανον, etc. Αἴσχιον autem quare penultimam producit, nos alias ad Heracl. v. 512. et Bacch. v. 475. *Barnes.*

Εἴθ᾽ ἐξαλειφθεῖσ᾽ ὡς ἄγαλμ᾽,] Euripides in Peleo. ap. Stob. S. XCIII. p. 377. Grot.

Τὸν ὄλβον οὐδὲν οὐδαμοῦ κρίνω βροτοῖς
Ὃν γ᾽ ἐξαλείφει ῥᾷον ἢ γράφει θεός.

De translata verbi ἐξαλείφειν significatione disputarunt Wesseling ad Diod. Sicul. Lib. I. p. 207. Abresch. in Animadvers. in Æsch. Lib. II. p. 438. Hesych. V. Ἐξαλείφθησαν· ἀπώλοντο. — Recte mihi videor restituisse verbum ἀλείφειν Nicostrato ap. Joannem Stob. Serm. LXXII.

Τὰ μὲν δι' Ἥραν, τὰ δὲ τὸ κάλλος αἴτιον.
Εἴθ' ἐξαλειφθεῖσ', ὡς ἄγαλμ', αὖθις πάλιν,
Αἴσχιον εἶδος ἀντὶ τοῦ καλοῦ λαβεῖν.
Καὶ τὰς τύχας μὲν τὰς κακὰς, ἃς νῦν ἔχω,
Ἕλληνες ἐπελάθοντο· τὰς δὲ μὴ κακὰς

Partim quidem ob Junonem, partim vero forma *fuit* causa:
Utinam deleta sicut tabella, iterum
Deteriorem speciem pro illa pulchra forma acciperem.
Et malæ quidem *meæ* fortunæ, quam nunc habeo,
Græci essent obliti: non inhonestam vero

262. λάβω.

p. 443. Ubi inter alia de mulierum vita et vestitu præcepta hoc quoque legitur: Πόῤῥω δ' ἂν εἴη καὶ τοῦ ΔΕΗΘΗΝΑΙ γυνὴ ὑγιαίνουσα καὶ ὑπ' ὀφθαλμῷ ὑπογραφῇ καὶ ἄλλου χρώματος ζωγραφοῦντος καὶ ἀφανίζοντος τὰς ὄψεις. Pro voce corrupta δεηθῆναι Gesnerus δευθῆναι conjicit. Rectius fortasse: καὶ τοῦ 'ΑΛΕΙΦΘΗΝΑΙ γυνὴ ὑγιαίνουσα. Id enim turpe habebatur. "'Αλείφεσθαι proprium voluptariorum et mollium. Χρίεσθαι etiam sobriis interdum et ex virtute viventibus convenit. Clemens Alex. Pædag. Lib. II. Διαφέρει δ' ὅλως τὸ μυραλοιφεῖν τοῦ μύρῳ χρίεσθαι. Τὸ μὲν γὰρ θηλυθριῶδες, τὸ δὲ χρίεσθαι τῷ μύρῳ καὶ λυσιτελεῖ ἔσθ' ὅτε." Verba sunt Isaaci Casauboni ad Athen. Lib. XV. 12. p. 975. B. Adde Perictyon. ap. Stob. S. LXXXIII. p. 486. 1. οὐδ' ἀλείψεται ἀραβίης ὀδμῆς ἐμπνέοντα οὐδὲ χρίσεται πρόσωπου λευκαίνουσα ἢ ἐρυθραίνουσα τοῦτο ἢ μελαίνουσα ὀφρύας τε καὶ ὀφθαλμοὺς κ. τ. λ. — Unguenta et oculorum fucum conjungit Charit. Lib. I. c. 5. Κόμην εἶχε λιπαρὰν καὶ βοστρύχους μύρων ἀποπνέοντες, ὀφθαλμοὺς ὑπογεγραμμένους. ubi vide Dorville, p. 231. Lips. *Jacobs.*

262. Αἴσχιον εἶδος ἀντὶ τοῦ καλοῦ λάβω:] Ρλάβω lege 'λαβον, et stigmen dele. *Por.*

λάβω.] MSS. E. G. λαβεῖν, adscripto tamen λάβω, ut varia lectione. *Musg.*

Αἴσχιον] Quare hujus vocis penultima sit longa, vide ad notas præcedentes. *Barnes.*

263. κακὰς,] Sic lego, et hic et versu sequenti, ita superscriptum præbente MS. E. Idem et Tyrwhittus, V. D. ex conjectura. Ed. Ald. utrobique καλάς. Notandum porro ἐπελάθοντο cum accusativo, quod rarum, licet non desint exempla. vid. ad Alcest. v. 199. *Musg.*

Heath. subintelligit εἴθε, a qua particula hæc omnia pendeant, καλὰς τύχας censet esse famam et gloriam, quam Helena, decertantibus propter ipsam Græcia et Asia, consecuta fuerat, κάκας, v. 264. deducit a subst. κάκη, quod *probrum, malitiam, ignaviam*, indicat. Vid. Med. 1047. Hippol. 1331. Androm. 959. Iph. Taur. 679. *Beck.*

Καὶ τὰς τύχας μὲν τὰς καλὰς, ἃς νῦν ἔχω,
Ἕλληνες ἐπελάθοντο· τὰς δὲ μὴ καλὰς
Ἔσωζον, ὥσπερ τὰς κακὰς σώζουσί μου.

Hic locus vexatissimus mihi non tam corruptis vocibus, quam prava interpunctione ideoque interpretatione laborare videtur. Vide, an ita tenebræ disjici possint. Comma, quod ἔσωζον sequitur, migret post ὥσπερ,

— — τὰς δὲ μὴ καλὰς
Ἔσωζον ὥσπερ, τὰς κακὰς σώζουσί μου.

aut ita:

— — τὰς δὲ μὴ καλὰς,
Ἔσωζον ὥσπερ τὰς κακὰς, σώζουσί μου.

et verbum σώζουσι non vertatur *servant*, sed *recordantur, in memoria tenent*, ut opponatur superiori ἐπελάθοντο, quæ hujus verbi vis non infrequens. Ita enim Sophocl. verbo διόλλυμι usus est in Œdipo R. v. 318. et Plato in Criton. p. 172. Ἔσωζον non persona tertia, *servant*, sed

Ἔσωζον, ὥσπερ τὰς κακὰς σώζουσί μου.
Ὅστις μὲν οὖν, ἐς μίαν ἀποβλέπων τύχην,
Πρὸς θεῶν κακοῦται, βαρὺ μὲν, οἰστέον δ' ὅμως·
Ἡμεῖς δὲ πολλαῖς συμφοραῖς ἐγκείμεθα.
Πρῶτον μὲν, οὐκ οὖσ' ἄδικος, εἰμὶ δυσκλεής.
Καὶ τοῦτο μεῖζον τῆς ἀληθείας κακὸν,
Ὅστις τὰ μὴ προσόντα κέκτηται κακά.
Ἔπειτα πατρίδος θεοί μ' ἀφιδρύσαντο γῆς

Servarent, ut malam fortunam *meam* servant.
Quisquis igitur unum casum spectans,
A Diis affligitur, grave *illud* quidem, sed tamen ferendum *est*.
Nos vero multis in calamitatibus versamur:
Primum enim cum non peccaverim, tamen sum infamis.
Et hoc malum *est* majus, quam si verum esset,
Si cui imputantur mala, quæ non adsunt ei.
Deinde amoverunt me dii ex patria,

prima, *retineam* est sumendum. Quod si fecerimus, hæc fere sententia sibi constabit: Nam honestæ quidem meæ fortunæ, quam nunc habeo, vitæque, quam modo teneo, obliti sunt; malam autem, ac si mores illos priores haud honestos hodie adhuc tenerem, recordantur et in memoria tenent. Quæ sententia videtur aptissima. *Faehse.*

267. ὅμως·] Ita Edd. recent. auctore H. Stephano. Nec dissident MSS. E. G. Ed. Ald. ὅμωι. *Musg.*

271. κέκτηται] Conf. Hippol. v. 698. Iph. in Taur. v. 677. Infra v. 1096. *Musg.*

275. Τὰ βαρβάρων γὰρ δοῦλα πάντα, πλὴν ἑνός.] H. Grotius vertit: *Nemo, nisi unus, liber est in Barbaris.* Ita supra Heracl. v. 424. Οὐ γὰρ Τυραννίδ', ὥστε βαρβάρων, ἔχω. Ubi videsis, quæ nos de *absoluta barbarorum monarchia.* Inde etiam apud Asiaticos regum adoratio, de qua re etiam nos alias, videl. ad Troad. v. 1014. Καὶ προσκυνεῖσθαι βαρβάρων ὑπ' ἤθελες. Hinc Virgilius Georg. Lib. IV. v. 210. *Præterea regem non sic Ægyptus et ingens Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes, Observant. Barnes.*

276. Ἄγκυρα δή μου] Emendabat Scaliger ἄγκυρα δ' ἥ μου. Mihi potior videtur vulgata, tamen ut legatur ὤχει in imperfecto pro ὀχεῖ. *Musg.*

Ἄγκυρα δή μου] Scaliger legit: Ἄγκυρα δ', ἥ μου, &c. *Ancora autem, quæ meas sola sustinet Fortunas,* nequaquam inepte. Vid. Erasm. in Adag. *Sacram Ancoram solvere* (ubi tamen Hecuba male pro Helena.) Hinc vero apparet, quod, cum penultima hujus vocis sit longa, ultima autem brevis, circumflexus vero non penultimam occupet, acutus antepenultimæ debeatur: Quod moneo, quia nonnulli acutum in media ponant; nescii, ultimam brevem esse. *Barnes.*

Reiskio placet emendatio Scaligeri. — ὤχει probat Brunck. ad Æschyl. Prom. 1021. *Beck.*

276. ss. Ἄγκυρα ΔΗ ΜΟΥ τὰς τύχας ὀχεῖ μόνη,
πόσιν πόθ' ἥξειν καί μ' ἀπαλλάξαι κακῶν
Οὗτος ΤΕΘΝΗΚΕΝ, οὗτος οὐκ ἔτ' ἔστι δή.

Mihi extra omnem dubitationem posita videtur Scaligeri correctio — ἄγκυρα δ' ἥ μου τ. τ. ο. μ. Sed alia quoque opus esse videtur emendatione

ἄγκυρα Δ' Ἥ ΜΟΥ τὰς τύχας ὀχεῖ μόνη,
πόσιν πόθ' ἥξειν καὶ μ' ἀπαλλάξαι κακῶν
οὗτος ΒΕΒΗΚΕΝ, οὗτος οὐκ ἔτ' ἔστι δή.

Sic idem verbum βέβηκεν et Menelao convenit et ancoræ. — Eandem imaginem habemus in Hecuba, v. 77.

Ἐς βάρβαρ' ἤθη· καὶ φίλων τητωμένη
Δούλη καθέστηκ', οὖσ' ἐλευθέρων ἄπο·
Τὰ βαρβάρων γὰρ δοῦλα πάντα, πλὴν ἑνός.
Ἄγκυρα δή μου τὰς τύχας ὀχεῖ μόνη,
Πόσιν ποθ' ἥξειν καί μ' ἀπαλλάξαι κακῶν·
Οὗτος τέθνηκεν, οὗτος οὐκ ἔτ' ἐστὶ δή.
Μήτηρ δ' ὄλωλε, καὶ φονεὺς αὐτῆς ἐγὼ,
Ἀδίκως μὲν, ἀλλὰ τἄδικον τοῦτ' ἔστ' ἐμόν·

Inter mores barbaros; et ego, orbata amicis,
Facta sum serva, quæ orta sum ex liberis.
Omnia enim apud barbaros serviunt, præter unum.
Sola autem anchora, quæ sustinebat meam fortunam,
Meum maritum aliquando venturum, et me liberaturum ex *his* malis:
Ille jam est mortuus; ille non est amplius.
Mater etiam periit, et ego interfectrix *sum* ejus:
Inopinanter quidem, sed tamen inopinum hoc a me ortum est.

ὦ χθόνιοι θεοὶ
σώσατε παῖδ' ἐμὸν
Ὃς μόνος οἴκων ἄγκυρά τ' ἐμῶν
Τὴν χιονώδη Θρῄκην κατέχει

ubi prorsus inutilis est et sensui poëtico contraria Reiskii conjectura: ἄγκυρ' ἅτ' ἐμῶν. Hesych. Ἄγκυραι. μεταφορικῶς αἱ ἀσφάλειαι. Σοφοκλῆς Φαίδρᾳ. Eadem fere Suidas tradidit. *Jacobs.*

277. Heath. (et Brunck. ad Æschyl. Prom. 1021.) mavult ἀπαλλάξειν, sed Reisk. vulgatum præfert. *Beck.*

279. Ἀδίκως εἰμὶ φονεὺς vel nullum sensum habet, vel huic loco contrarium. Legendum igitur:

ἀδόκως μὲν, ἀλλὰ τἄδοκον τοῦτ' ἔστ' ἐμόν.

Vid. ad Troad. v. 793. *Musg.*

279. s. Μήτηρ δ' ὄλωλε καὶ φονεὺς αὐτῆς ἐγὼ,
ἀδίκως μὲν, ἀλλὰ τἄδικον τοῦτ' ἐστ' ἐμόν.

Periit mater mea et ego illam interfeci; injuste quidem, Verum hæc injustitia mea est. Quis est, qui hæc ferenda et ab Euripide profecta existimet? et quis non intelligit, Helenam, Mercurii dolo Menelai ædibus ereptam et in Ægypto collocatam, matrem interfecisse, ne per tropum quidem posse dici? Hoc potius dicat necesse est, *Existimationem* hanc esse hominum vana rerum specie deceptorum; eamque existimationem *injustam* videri debere ei, qui ipsam rem non ignoret? Hinc suspicor Euripidem scripsisse:

μήτηρ δ' ὄλωλε καὶ φονεὺς αὐτῆς δοκῶ,
ἀδίκως μὲν, ἀλλὰ τἄδικον τοῦτ' οἰστέον.

Injuste quidem et falso sic existimant; nihilominus tamen falsi hujus criminis onus sustinendum est mihi. Paulo ante v. 267. βαρὺ μὲν, οἰστέον δ' ὅμως. in Ione. v. 1260. οἰστέον δὲ τὴν τύχην. Verbum δοκεῖν restituendum suspicor Philippo in Epigr. XLIX. T. II. p. 225. in Myronis bovem:

χαλκὸν γὰρ ἁμῶν οὐκ ἐσάρκωσε Μύρων,
τέχνα δ' ἐξωπόνησεν ὄψιν ἔμπνοον,
ὡς πολλάκις με κἀπομυκᾶσθαι θέλειν.

Illud ἀπομυκᾶσθαι θέλειν nimis ineptum est, nec pro Philippi ingenio. Legendum puto:

ὡς πολλάκις με κἀπομυκᾶσθαι δοκεῖν.

Quod ex eorum, qui artis opera descripserunt, epigrammaticorum inprimis et sophistarum est consuetudine. Obversabatur Philippo hæc scribenti Epigramma Antipatri Sidonii LIV. ubi poëta bovis, mirifica arte elaboratæ adspectu attonitus, exclamat: ἁ δάμαλις, δοκέω, μυκή-

Ὃ δ' ἀγλάϊσμα δωμάτων ἐμοῦ τ' ἔφυ,
Θυγάτηρ ἄνανδρος πολιὰ παρθενεύεται·
Τὼ τοῦ Διὸς δὲ λεγομένω Διοσκόρω
Οὐκ ἐστόν. ἀλλὰ πάντ' ἔχουσα δυστυχῆ,

Quod autem fuit decus domus meique,
Filia sine viro canescit virgo.
Castor vero et Pollux, qui dicuntur filii Jovis,
Non sunt *amplius:* Quamobrem misera patiens,

σεται. Philostratus Junior in Icon. X. p. 880. de bobus in scuto expressis: τὸ δὲ καὶ μυκωμένων ὥσπερ ἀκούειν ἐν τῇ γραφῇ καὶ τὸν ποταμὸν κελάδοντα εἶναι δοκεῖν, παρ' ὃν αἱ βόες πῶς οὐκ ἐναργείας πρόσω. et mox: ὁ μὲν γὰρ μεμυκέναι δοκῶν καὶ σπαίρειν σπαράττεται. *Jacobs.*

282. Quoniam spondeus quartam sedem occupat, Heath. emendat:

Θυγάτηρ ἀνανδρός γε πολιὰ παρθενεύεται.

Br. ad Æschyl. Prom. 1021. scribit: πολιά γ' ἄνανδρος παρθενεύεται κόρη. *Beck.*

284. s. Ἀλλὰ πάντ' ἔχουσα δυστυχῆ
τοῖς πράγμασιν τέθνηκα, τοῖς Δ' ἘΡΓΟΙΣΙΝ οὔ.

Vanum mihi videtur discrimen, quod inter πράγματα et ἔργα ponit Musgravius. Τοῖς πράγμασι τεθνηκέναι dicuntur ii, qui omnibus perditis ita vivunt, ut eorum vita ne vita quidem esse videatur, differantque parum ab iis, qui humanam conditionem penitus exuerunt. Ejusmodi tamen homines revera mortuos dicere ineptum esset. Vide igitur an Tragicus scripserit:

Τοῖς πράγμασιν τέθνηκα, τοῖς ΛΟΓΟΙΣΙ Δ' ΟΥ'.

Quod vitæ meæ rationem attinet, tanta sunt infortunia, tantæ calamitates meæ, ut mortua videri possim; viva tamen adhuc feror hominum sermonibus. Λόγοι et ἔργα sive πράγματα sibi invicem opponuntur. cf. Bergler ad Alciphr. L. I. IX. p. 37. — V. 722. 3. hujus Tragœdiæ

Σὺ γὰρ πόσις τε σὸς πόνων μετέσχετε
Σὺ μὲν ΛΟΓΟΙΣΙ, ὁ δὲ δορὸς προθυμίᾳ.

h. ἔργοις. — Contrariam sententiam exhibet Sophocles in Electra, v. 59.

Τί γάρ με λυπεῖ τοῦθ', ὅταν ΛΟΓΩι θανὼν
Ἔργοισι σωθῶ, κἀξενέγκωμαι κλέος.

Jacobs.

285. πράγμασι] Cantero placet πλάσμασι, *fictis commentis.* Mihi, quod sic diceret Helena, falsum videtur. Opinio enim, quæ de morte ejus apud Græcos invaluerat, non ex fabula, aut commento, orta erat, sed ex longa Menelai absentia. πράγματα cum non raro significent *eventus rerum et quicquid fortunæ opus est,* eo sensu et hic ceperim. Recte tum opponentur ἔργα, i. e. ipsius Helenæ *facta,* sensusque proinde erit: *Fortunæ culpa perii, non mea.* τέθνηκα valet hic ὄλωλα, i. e. ut Terentius loqui amat, *perii.*

Musg.

Τοῖς πράγμασιν τέθνηκα, τοῖς δ' ἔργοισιν οὔ.] Canterus, dum putabat, πρᾶγμα et ἔργον in hoc loco (ut in aliis) idem esse, per errorem, sane illum satis ingeniosum, legebat πλάσμασιν pro πράγμασιν, magnumque secum Scaligerum in errorem induxit. At Helena quidem, quod illis erat inprimis considerandum, non ut mortua ex rumoribus dicebatur; quum de ipso Menelao homines incerti essent; at quidem suæ patriæ, et parentibus, et fratribus, et marito, suisque fortunis et amicis omnibus tanquam mortua erat, per absentiam et infamiam, licet reipsa viveret; quare Joh. Brodæi in hac re sententiam sequor, qui exponit τοῖς πράγμασιν, *quod ad calamitates et ærumnas spectat;* atque adeo Latinam versionem in hunc sensum emendavimus, pro *Rumoribus quidem fictis* scribendo: *Quod ad meas Fortunas attinet:* ut sit πράγματα pro πεπραγμένα, πάθη, vel τύχας, at vero τοῖς ἔργοις, ut τῷ ἔργῳ, idem, quod ἀληθείᾳ, ἀληθῶς. *Barnes.*

286. ss. τὸ δ' ἔσχατον τοῦτ', εἰ μόλοιμεν εἰς πάτραν,
κλείθροις ἂν εἰργοίμεσθα, τὴν ὑπ' Ἰλίῳ
δοκοῦντες Ἑλένην Μενέλεω μ' ἐλθεῖν μέτα.

Heathii, qui primus intellexisse videtur, quæ Euripidis esset sententia, verba adscribam: *Timebat nempe Helena, ne, si in Græciam rediret, in carcerem, velut im-*

Τοῖς πράγμασιν τέθνηκα, τοῖς δ' ἔργοισιν οὔ.
Τὸ δ' ἔσχατον τοῦτ', εἰ μόλοιμεν ἐς πάτραν,
Κλείθροις ἂν εἰργοίμεσθα, τὴν ὑπ' Ἰλίῳ
Δοκοῦντες Ἑλένην Μενέλεῴ μ' ἐλθεῖν μέτα.

Casibus perii, non actibus propriis.
Hoc vero postremum *est*, si veniamus in patriam,
Carcere coërcebimur: illam, quæ Trojæ fuit,
Existimantibus me Helenam cum Menelao venisse.

288. Μενέλεῳ.

posturam machinata, conjiceretur, omnibus Græcis pro certo habentibus, veram, quæ sub Ilio fuerat, Helenam cum Menelao esse, quem fama erat periisse et illam simul. Huic tamen explicationi, de cujus sinceritate contextus orationis dubitari non patitur, cum vulgata scriptura μ' ἐλθεῖν adversetur, Heathius fulcrum suum, quod sexcentis Tragicorum locis, quamvis invitis, obtrudere conatus est, in hunc quoque versum inserendum statuit, scribens — Μενέλεώ γ' ἐλθεῖν μέτα. Vide tamen an Tragicus scripserit:

— τὴν ὑπ' Ἰλίῳ
δοκοῦντες Ἑλένην Μενέλεω μέλλειν μέτα.

Illam quæ Trojæ fuit Helenam cum Menelao alicubi cunctari existimantes, me, sine eo revertentem, tanquam fraudulentam et dolosam aliquam mulierem, in vincula conjicerent. Aliam viam instituit Brunckius V. Cl. qui in notis ad Prometh. Vinct. 1021. reponendum judicat:

— Μενέλεω μ' ἐλθεῖν ἄτερ.

hac explicatione addita: *Postremo si in patriam reverterer, in carcerem conjicerer, existimantibus nempe Spartanis, illam me, quæ Trojæ fuerit, Helenam absque Menelao redire.* Peritiores judicent, utra harum lectionum et probabilior et Euripidis ingenio dignior habenda sit. *Jacobs.*

287. Κλῄθροις Brunck. *Beck.*

288. Δοκοῦντες] Syntaxeos enallage est, ut vere Barnesius, conferens Phœniss. v. 290. Iphig. in Taur. v. 696. Cyclop. v. 330. Ion. v. 927. *Musg.*

Δοκοῦντες] Scaliger hic legit δοκοῦντος et Μενέλεω in genitivo; cui ego nequaquam possum assentire; quia, μετὰ licet postulet genitivum æque ac dativum, et etiam hoc in loco paulo magis, de Menelao tamen illa loquitur, ut mortuo, ut in proxime sequenti versu: Εἰ μὲν γὰρ ἔζη πόσις, &c. Quare potius δοκοῦντες retinendum, et referri debet ad Συντάξεως ἐναλλαγὴν, vel solœcismum, de quibus nos plus semel, ut Iphig. Taur. v. 696. Bacch. v. 1298. Cyclop. v. 330. et alias. Ita Gulielmus Canterus ad Phœniss. v. 290. Μέλλων δὲ πέμπειν μ' Οἰδίπου κλεινὸς γόνος Μαντεῖα σεμνὰ, Λοξίου τ' ἐπ' ἐσχάρας, Ἐν τῷδ' ἐπεστράτευσαν Ἀργεῖοι πόλιν. Similiter in Helena dixit: Κλείθροις ἂν εἰργοίμεσθα, τὴν ὑπ' Ἰλίῳ Δοκοῦντες Ἑλένην Μενέλεώ μ' ἐλθεῖν μέτα. Et Ione: Κακῶν γὰρ ἄρτι κῦμ' ὑπεξαντλῶ φρενὶ, Πρύμνηθεν αἴρει μ' ἄλλο σῶν λόγων ὕπο. Sophocles quoque et Æschylus hac phrasi sunt usi, hic bis, ille semel. Ita ille. *Barnes.*

Reisk. conjicit: Ἑλένην δοκούντων, nempe τῶν Ἑλλήνων.

Heath. scribit: Μενέλεώ γ' ἐλθεῖν μέτα.] "Timebat nempe Helena, ne, si in Græciam rediret, in carcerem, velut imposturam machinata, conjiceretur, omnibus Græcis pro certo habentibus, veram, quæ sub Ilio fuerat, Helenam cum Menelao esse, quem fama erat periisse, et illam simul."

Brunck. ad Æsch. Prom. 1021. emendat: Μενέλεώ μ' ἐλθεῖν ἄτερ. *Postremo, si in patriam reverterer, in carcerem conjicerer, existimantibus nempe Spartanis, illam me, quæ Trojæ fuit, Helenam absque Menelao redire.* Ex vulgata lectione absurdissimam oriri sententiam; nam nunquam sperare potuisse Helenam, se cum Menelao redituram, quippe quem in mari periisse cognoverat; sed recte ominatam esse, si forte ex Ægypto clam effugere et domum redire posset, quid sibi esset a civibus exspectandum, eam esse Helenam existimantibus, quæ Trojæ fuisset. Nihil Spartani de hoc simulacro, quo tamdiu ludificatus erat Menelaus, suspicabantur Spartani.

Εἰ μὲν γὰρ ἔζη πόσις, ἀνεγνώσθημεν ἂν
Ἐς ξύμβολ' ἐλθόντες, ἃ φανερὰ μόνοις ἂν ἦν.
Νῦν δ' οὔτε τοῦτ' ἔστ', οὔτε μὴ σωθῇ ποτε.
Τί δῆτ' ἔτι ζῶ; τίν' ὑπολείπομαι τύχην;
Γάμους ἑλομένη τῶν κακῶν ἀπαλλαγὰς,
Μετ' ἀνδρὸς οἰκεῖν βαρβάρου, πρὸς πλουσίαν
Τράπεζαν ἵζουσ'; ἀλλ' ὅταν πόσις πικρὸς

Nam si viveret maritus, agnosceremur *alter ab altero,*
Ad signa venientes quæ *nobis* solis erant nota.
Nunc vero neque hoc est, neque servabitur *ille* unquam.
Quid igitur amplius vivo? cui reservor fortunæ?
An nuptias eligens mutationem malorum,
Ut habitem cum viro barbaro, ad opulentam
Mensam sedens? At quando maritus invisus

293. ὑπαλλαγάς.

Pro μέτα Br. ad Æsch. Prom. 1021. legendum esse contendit ἄνευ vel ἄτερ. *Beck.*

289. ss. In sequentibus

εἰ μὲν γὰρ ἔζη πόσις, ἀνεγνώσθημεν ἂν
εἰς σύμβολ' ἐλθόντες, ἃ φανερὰ μόνοις ἂν ἦν·
νῦν δ' οὔτε τοῦτ' ἔστ', οὔτε μὴ σωθῇ ποτε.

fortasse legi debet:

— — οὔτ' ἐμοὶ 'σώθη πόσις.

Nunc vero hæc quoque spes irrita, neque mihi conjux servatus est. Jacobs.

290. Εἰς ξύμβολ' ἐλθόντες,] Εἰς σήματα. De conjugalibus his symbolis constat ex Homero, ubi Penelope, loquens de quibusdam certis signis, quorum mutua collatione certior de Ulysse fieret, Odyss. ψ'. v. 109. (ait) — ἔστι γὰρ ἥμιν Σήμαθ', ἃ δὴ καὶ νῶϊ κεκρυμμένα ἴδμεν ἀπ' ἄλλων. *Barnes.*

His verbis præparari futuram agnitionem observat Prev. *Beck.*

291. Reisk. scribit: νῦν δ' οὐκέθ' οὗτος, οὔτε μοι σωθῇ ποτε. *Beck.*

292. Interrogationis notam ad finem versus poni vult Heath. *Beck.*

296. καὶ τὸ σῶμ'.] Malebat Scaliger τὸ δῶμ'. Mihi magis placet τὸ φῶς. *Musg.* καὶ τὸ ζῆν ἔ. π. conjiciunt Reisk. atque Heath. *Beck.*

297. πῶς θάνοιμ' ἂν οὖν, καλῶς;] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. et MS. G. προθάνοιμ' ἂν οὐ καλῶς. MS. E. οὐ καλῶς, superscripto κακῶς. *Musg.*

πῶς θάνοιμ' ἂν οὖν καλῶς;] Certum est jam Helenæ mori; id autem ut pulcherrime fiat, nunc deliberandum. Vide Henricum Stephanum de hoc loco disserentem; ubi tamen illius argumentis, contra antiquam pravam lectionem militantibus, (quæ erat προθάνοιμ' ἂν οὐ καλῶς) hoc erat addendum, quod ne per versum stare potuerit, quum esset sic in tertio loco trochæus. Recte præterea observat ille, huc pertinere et id Homericum Odyss. χ'. v. 462. Μὴ μὲν δὴ καθαρῷ θανάτῳ ἀπὸ θυμὸν ἑλοίμην, Τάων· αἳ δὴ ἐμῇ κεφαλῇ κατ' ὀνείδεα χεῦαν. Ubi Eustathius annotat, sicut hæc mors habita fuit impura, sic contra puram habitam "fuisse eorum, qui ab ense morerentur; quod et ipsum convenit cum iis, quæ hic subjunguntur ab Helena. Σφαγαὶ δ' ἔχουσιν εὐγενές τι καὶ καλόν. *Barnes.*

298. Ἀσχήμονες] Vid. Hom. Odyss. χ'. v. 462. *Beck.*

Ἀσχήμονες μὲν ἀγχόναι μετάρσιοι,] *Fœda certe sunt suspendia.* Vid. ad notam præcedentem. Præterea omnis suffocatio, ut ex aquis, quia animæ nocebat. *Barnes.*

298. ss. — πῶς θάνοιμ' ἂν οὖν καλῶς;
ἀσχήμονες μὲν ἀγχόναι μετάρσιοι.

Ξυνῇ γυναικὶ, καὶ τὸ σώζεσθαι πικρόν.
Θανεῖν κράτιστον· πῶς θάνοιμ᾽ ἂν οὖν καλῶς;
᾽Ασχήμονες μὲν ἀγχόναι μετάρσιοι,
Κἂν τοῖσι δούλοις δυσπρεπὲς νομίζεται,
Σφαγαὶ δ᾽ ἔχουσιν εὐγενές τι καὶ καλὸν,
Σμικρὸν δ᾽ ὁ καιρὸς ἄρτ᾽ ἀπαλλάξαι βίου.
᾽Ες γὰρ τοσοῦτον ἤλθομεν βάθος κακῶν·

Habitat cum muliere, etiam servari invisum *est*,
Optimum *est* mori: quomodo vero moriar honeste?
Turpia enim *sunt* suspendia in aëre:
Quinetiam in servis *hoc* fœdum existimatur.
Sed cædes habent aliquid generosi, et pulchri.
Parvi autem momenti *est* tempus, tametsi abeas jam ex *hac* vita:
In tantam enim malorum profunditatem venimus.

296. καὶ τὸ σῶμ᾽ ἐστὶ π.

κἂν τοῖσι δούλοις δυσπρεπὲς νομίζεται·
σφαγαὶ δ᾽ ἔχουσιν εὐγενές τι καὶ καλόν.
σμικρὸν δ᾽ ὁ καιρὸς ἄρτ᾽ ἀπαλλάξαι βίου.

Novissimus versus antiquioribus Euripidis interpretibus, H. Stephano et J. Scaligero de mendo suspectus fuit; nec immerito. Vulgata enim lectio sensu, qui quidem huic loco conveniret, destituta est. Id quod etiam ex Musgravii, qui explicationem tentavit, conamine apparet, in quo nemo facile sibi acquiescendum putabit, qui Euripidis facilitatem et elegantiam noverit. Tyrwhitti autem, sagacissimi viri, conjectura admissa

εὐγενές τι καὶ καλὸν
πικρὸν δ᾽· ὁ καιρὸς ἄρτ᾽ ἀπαλλάξαι βίου.

posterius comma paralytici membri instar pendet et periodum onerat. Paulo majori mutatione opus esse existimo, ut Euripidi genuina et sua lectio restituatur. Vide an recte nos emendaverimus:

σμικρὸν δὲ χειρὸς ἔργμ᾽ ἀπαλλάξαι βίου.

Sensus perspicuus et huic loco accommodatissimus. Χειρὸς ἔργον ex Tragicorum est consuetudine. Æschylus in Agamemn. v. 1413. νεκρὸς δὲ τῆσδε δεξιᾶς χερὸς ἔργον, δικαίας τέκτονος. Euripides in Hercul. F. v. 564. νῦν γὰρ τῆς ἐμῆς ἔργον χερός. 1130. μιᾶς ἅπαντα χειρὸς ἔργα σῆς τάδε. Neque forma ἔργμα a tragica scena aliena fuit. Vid. Nostrum in Bacch. v. 1058. Abresch. ad Æschyl. T. II. p. 77. Hoc vocabulum olim lectum fuisse puto in versu incerti auctoris ap. Jo. Stobæum in Ecl. Phys. Lib. I. c. 3. p. 34. ed. Heeren. qui cum magno metri detrimento sic legitur:

Θεοῦ θέλοντος μέτα πάντα γίγνεται.

Qui senarius si ex comœdia quadam excerptus in Stobæi Eclogas venit, admisso in quartam sedem anapæsto, legere potes:

θεοῦ θέλοντος ἔργματα πάντα γίγνεται.

quod de summo numine iisdem fere verbis Cleanthes dixit in Hymno, v. 15. οὐδέ τι γίγνεται ἔργον ἐπὶ χθονὶ σοῦ δίχα, δαῖμον. *Jacobs.*

301. Interpretor: *parvi momenti est tempus, nunc me ex vita discedere*, i. e. quod nunc potius discedam, quam aliquot abhinc annis. ἀπαλλάξαι βίου, ut ἀπαλλάττουσι τοῦ ζῆν in Axiocho. Tyrwhitto placebat:

— εὐγενές τι καὶ καλὸν,
πικρὸν δ᾽· ὁ καιρὸς ἄρτ᾽ ἀπαλλάξαι βίου.

Sed hoc esset mortem quodammodo formidantis, Helenæque spiritu indignum. *Musg.*

Σμικρὸν δ᾽ ὁ καιρὸς ἄρτ᾽ ἀπαλλάξαι βίου.]

Αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι διὰ τὸ κάλλος εὐτυχεῖς
Γυναῖκες, ἡμᾶς δ' αὐτὸ τοῦτ' ἀπώλεσεν.
ΧΟ. Ἑλένη, τὸν ἐλθόνθ', ὅστις ἐστὶν ὁ ξένος,
Μὴ πάντ' ἀληθῆ δοξάσῃς εἰρηκέναι.
ἙΛ. Καὶ μὴν σαφῶς γ' ἔλεξ', ὀλωλέναι πόσιν.
ΧΟ. Πόλλ' ἂν γένοιτο καὶ διὰ ψευδῶν ἔπη.
ἙΛ. Καὶ τἄμπαλίν γε τῶν δι' ἀληθείας σαφῆ.
ΧΟ. Ἐς συμφορὰν γὰρ ἀντὶ τἀγαθοῦ φέρει.
ἙΛ. Φόβος γὰρ ἐς τὸ δεῖμα περιβαλών μ' ἄγει.

Nam aliæ quidem propter formam *sunt* felices
Mulieres: nos vero hoc ipsum perdidit.
Cho. Helena, hospitem, qui venit, quisquis est ille,
Ne putes omnia vera dixisse.
Hel. Atqui clare dixit maritum *meum* periisse.
Cho. Multa sunt falsa quæ dicuntur.
Hel. Et e contra, ex his *multa* omnino vera.
Cho. Ad calamitatem enim potius, quam ad bonum es propensa.
Hel. Metus enim me convertens in hanc formidinem ducit.

Henric. Stephanus dicit, repònendum esse Σμικρὸς, liquere. Josephus Scaliger pro ἄρτ' in margine notat, vel ὥστ'. Tum sensus paulo aliter se habebit, et exponendum erit: *Modicum autem temporis insumetur sic moriendo.* *Barnes.*

Reisk. reponit καιρὸς κἄρτ' ἀπαλλ., *admodum breve tempus.*

Στείχου δ'· ὁ καιρὸς ἄρτ' ἀπαλλάξαι βίου,] Heathii conjectura. *Beck.*

302. βάθος κακῶν·] Plura in hunc modum dicta congessit Lennep. in Notis ad Phalar. p. 6. et 26. Adde Sophocl. Aj. 130. ubi tamen ambigua lectio. Cf. Abresch. ad Æsch. Lib. I. p. 242. *Jacobs.*

307. ἔλεξ',] Ed. Ald. ἔλεξεν. *Musg.*

308. καὶ διὰ ψευδῶν.] Legendum, ni fallor: παιδιὰ ψευστῶν. *Multi sermones mendacium lusus* (vel *oblectamenta*) *sunt.* *Musg.*

ΧΟ. Πολλ' ἂν γένοιτο καὶ διὰ ψευδῶν ἔπη.
ἙΛ. Καὶ τἄμπαλίν γε ΤΩΝ ΔΙ' 'ΑΛΗΘΕΙΑΣ σαφῆ.

Hos versus gravibus laborare vulneribus manifestum est. Non tamen cum Musgravio legam;

πόλλ' ἂν γένοιντο παιδιὰ ψευστῶν ἔπη.

quod nimis longe quæsitum est, sed leniori mutatione:

πόλλ' ἂν γένοιντο καὶ διὰ ψεύδων ἔπη.

h. e. ψευδῶς. *Nomina cum præpositione* διὰ *constructa cognatorum adverbiorum vicem plurima sustinent et in ea resolvi debent.* Euripid. Phœn. 269. δι' εὐπετείας, *facile.* Bacch. 208. διὰ σπουδῆς, *festine.* Verba sunt Brunckii V. Ill. ad Bacch. v. 433.—Alter autem versus gravius afflictus est; forsitan legendum:

Καὶ τἄμπαλίν γε ΠΟΛΛ' 'ΑΛΗΘΗ καὶ σαφῆ.

Πολλὰ mihi quidem ad virtutem orationis augendam plane necessarium esse videtur. *Contra autem multa vere et sincere narrantur.* *Jacobs.*

309. Lego:

καὶ τἄμπαλίν γε τῶνδ', ἀλήθειαι σαφεῖς.

τἄμπαλιν pro τὰ ἔμπαλιν. ἀλήθειαι plurali numero vid. apud Suidam v. ἀλήθεια. τῶν δι', quod præbet Barnesiana, Canteri παραδιόρθωσις est. Recte Ed. Ald. τῶνδ'. *Musg.*

ΧΟ. Πῶς δ' εὐμενείας τοισίδ' ἐν δόμοις ἔχεις;
ἙΛ. Πάντες φίλοι μοι, πλὴν ὁ θηρεύων γάμους.
ΧΟ. Οἶσθ' οὖν, ὃ δρᾶσον; μνήματος λιποῦσ' ἕδραν
ἙΛ. Ἐς ποῖον ἕρπεις μῦθον, ἢ παραίνεσιν;
ΧΟ. Ἐλθοῦσ' ἐς οἴκους, ἣ τὰ πάντ' ἐπίσταται,
Τῆς ποντίας Νηρῆδος ἐκγόνου κόρης,
Πυθοῦ πόσιν σὸν Θεονόης, εἴτ' ἔστ' ἔτι,
Εἴτ' ἐκλέλοιπε φέγγος· ἐκμαθοῦσα δ' εὖ,
Πρὸς τὰς τύχας τὸ χάρμα τοὺς γόους τ' ἔχε.

Cho. Quomodo vero gratiæ in his ædibus habes?
Hel. Omnes sunt mei amici, præter regem, qui sectatur *meas* nuptias.
Cho. Scis igitur, quid faciendum tibi sit? relinque hunc locum sepulchri.
Hel. Ad quem sermonem aut adhortationem vadis?
Cho. Ingressa in ædes, *illam,* quæ omnia novit,
Ex marina Nereide natam puellam
Theonoen, interroga, an tuus maritus adhuc vivat,
An vero reliquerit lucem. Ubi vero bene *rem* cognoveris,
Pro fortuna gaudio vel luctui indulge:

Καὶ τἄμπαλίν γε τῶν δι' ἀληθείας σαφῆ.] Non hic Henrico Stephano assentio, qui dicit: *Hic autem τοὔμπαλιν scribi debere, minime obscurum est.* Non enim pro τὸ ἔμπαλιν hoc verbum ponitur, sed pro τὰ ἄμπαλιν, hoc est ἀνάπαλιν, ut sit: καὶ ἀνάπαλιν τὰ τῶν διὰ τῆς ἀληθείας σαφῆ ἐστι. Canterus autem τῶνδ' per τῶν δι' legendum primus vidit. Scaliger legit: τῶνδ' ἀληθῆ καὶ σαφῆ, non æque bene. *Barnes.*

Heath. ut vitetur anapæstus in quarta sede, emendat:

Καὶ τοὔμπαλίν γε τῶνδ' ἀλήθεια σαφής.

Et contra, horum veritas manifesta est.
Beck.

Reisk. reponit: καὶ τοὔμπαλιν τῶνδ' ἀλήθεια σαφὴς, *e contrario autem horum, quæ nunc a Teucro accepi, veritas perspicua est, et dubio vacat. Atqui,* respondet chorus, *hæc clara veritas nocet magis, quam prodest. Me vero,* respondet Helena, *ut sic statuam,* ut ea vera credam, *inducit timor.* εἰς τὸ δόγμα ergo legendum est, v. 311. *Reisk.*

Καὶ τἄμπαλίν γε τῶν δι' ἀληθείας σαφῆ.] Ut metro succurratur, forte τῶνδ' legendum, ut διὰ ex prioribus subaudiatur.
Faehse.

310. φέρῃ] Ita MS. E. Ed. Ald. φέρειν quod retinet, passive accipiens, Barnesius.
Musg.

Εἰς συμφορὰν γὰρ ἀντὶ τἀγαθοῦ φέρει.] Φέρομαι, φέρῃ et φέρει Attice, φέρεται. Φέρει] Ferris, es propensa; *Quæ nempe, quicquid malum est, illico verum putas; sicubi vero aliquid se ingerat boni, respuis, ut falsum.* Pronior itaque es ad calamitatibus credendum, quam lætiori fortunæ.
Barnes.

Εἰς συμφορὰν — φέρει.] Sic legam potius cum vetustioribus editionibus quam φέρῃ. V. T. H. ad Lucian. T. I. p. 428. G. Kœn. in Greg. D. D. p. 49. — Ad sententiam confer Sophocl. Œdip. T. 917.

ἀλλ' ἔστι τοῦ λέγοντος ἢν φόβους λέγῃ.
Jacobs.

314. ὃ δρᾶσον;] Vid. ad Hecub. v. 225.
Musg.

Οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον;] Οἱ Ἀττικοὶ χρῶνται τοῖς προστακτικοῖς ἀντὶ τῶν ὑποτακτικῶν ἀπαγορευτικῶν· καὶ αὐτοῖς προστακτικοῖς ἀντὶ ὁριστικῶν. Verba Scholiastæ Euripidis ad Hecub. v. 225. Aristophanes in Equitibus: Οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον. Scholiast. Ἀττικὸν, ἀντὶ τοῦ δράσεις. Menander: Οἶδ', ὅτι ποίησον· ἀντὶ τοῦ ὅ, τι ποιήσεις. Vid.

Πρὶν δ' οὐδὲν ὀρθῶς εἰδέναι, τί σοι πλέον
Λυπουμένῃ γένοιτ' ἄν; ἀλλ' ἐμοὶ πιθοῦ.
Τάφον λιποῦσα τόνδε, σύμμιξον κόρῃ,
Ὅθεν περ εἴσει πάντα. τἀληθῆ φράσαι
Ἔχουσ' ἐν οἴκοις τοῖσδε, τί βλέπεις πρόσω;
Θέλω δὲ κἀγώ σοι συνεισελθεῖν δόμους,
Καὶ συμπυθέσθαι παρθένου θεσπίσματα·
Γυναῖκα γὰρ δὴ συμπονεῖν γυναικὶ χρή.
ΕΛ. Φίλαι, λόγους ἐδεξάμαν.
Βᾶτε, βᾶτε δ' εἰς δόμους,

Nam priusquam recte scias aliquid, quid tibi proderit
Si doleas? Quamobrem obtempera mihi.
Relicto hoc sepulchro, convenias puellam,
Unde scies omnia; verum cognoscendi
Facultatem habens in his ædibus, quid prospectas ulterius?
Volo autem et ego tecum ingredi domum,
Et simul audire virginis oracula:
Mulier enim debet mulierem adjuvare.
Hel. Amicæ, sermones vestros amplector.
Ite, ite igitur in domum,

M. Antonii Mureti Var. Lect. Lib. III. c. 12. item quæ nos ad Cyclop. v. 131. *Barnes.*

318. Πυθοῦ πόσιν σὸν Θεονόης,] Εἴτε ἔτι ἐστὶν, εἴτε ἔθανε, ἐκ τῆς Θεονόης πυνθάνου πόσιν σὸν, ἤγουν περὶ πόσιός σου. Πόσιν, ἀντὶ πόσιος τύχην, πάθη, πράγματα. Dicimus enim πυνθάνομαί σου ταῦτα, et infra v. 335. Καὶ συμπυθέσθαι παρθένου θεσπίσματα. *Barnes.*

323. σύμμιξον κόρῃ,] *Convenias* Latine reddidi; ita enim Plato: Θεαιτήτῳ συνέμιξα διὰ λόγων. Hinc σύμμιξις, ὁμιλία. *Barnes.*

324. Distinguendum censeo:

ὅθεν περ εἴσῃ πάντα· τἀληθῆ φράσαι
ἔχουσ' ἐν οἴκοις τοῖσδε, τί βλέπεις πρόσω;

φράζειν voce activa *cognoscendi* sensum habere, nondum mihi certo auctore constat. Alioqui in liquido esset res. Tyrwhitto placet:

ὅθεν περ εἴσῃ πάντα τἀληθῆ φράσαι,
ἔχουσ' ἐν οἴκοις τοῖσδε, τί βλέπεις πρόσω:

Ubi non injuria dubites, an bene Græcum sit εἴσῃ φράσαι. *Musg.*

φράσαι] Φράσασθαι γινώσκειν. *Æmilius Portus.*

παρείσῃ h. l. pro παρέσῃ, huc ad me, vel ad tuam sedem hanc, aram, *aderis*, reverteris *habens*, h. e. valens, *dicere omnia vera*. *Reisk.*

325. Ἔχουσ' ἐν οἴκοις τοῖσδε,] En! hic iterum ἔχω pro εἰμὶ, vel οἰκέω, de qua re vid. supra ad v. 75. *Barnes.*

Heath. distinctionem post τοῖσδε tollit, et reddit: *Habens in hisce ædibus* (veritatem scilicet) *quid ulterius circumspicis.* *Beck.*

333. μόλις cum καλεῖς, non cum θέλουσαν, jungendum esse, monuit Heath. *Beck.*

ἀλγέων] H. Stephani emendatio est, nec dissentit MS. E. Ed. Ald. et MS. G. ἄλγεται. *Musg.*

Μὴ πρόμαντις ἀλγέων Προλάμβαν', ὦ φίλα, γόους.] Huc refer illud ingeniosum Phavorini apud Agellium contra mathematicos argumentum, Noct. Attic. Lib. XIV. c. 1. Aut adversa, inquit, eventura dicunt, aut prospera: si dicunt prospera, et fallunt, miser fies, frustra exspectando; si adversa dicunt, et men-

Ἀγῶνας ἐντὸς οἴκων
Ὡς πύθησθε τοὺς ἐμούς.
ΧΟ. Θέλουσαν οὐ μόλις καλεῖς.
ἘΛ. Ἰὼ μέλεος ἁμέρα·
Τίν' ἄρα τάλαινα, τίνα, δακρυό-
εντα λόγον ἀκούσομαι;
ΧΟ. Μὴ πρόμαντις ἀλγέων
Προλάμβαν', ὦ φίλα, γόους.
ἘΛ. Τί μοι πόσις μέλεος ἔτλα;
Πότερα δέρκεται φάος

In ædibus discrimina
Ut audiatis mea.
Cho. Vocas non ægre volentem.
Hel. O diem infelicem!
Quam igitur misera *ego*, quam lacrymabilem
Orationem audiam?
Cho. Ne præsaga dolorum,
Præcipias, O chara, luctus.
Hel. Quidnam meus maritus miser passus est?
An videt lucem,

331. δόμων.

tiuntur, miser fies, frustra timendo. Sin vera respondent, eaque sunt non prospera; jam inde ex animo miser fies, antequam e fato fias. Si felicia promittunt, eaque eventura sunt; tum plane duo erunt incommoda; et exspectatio te suspensum fatigabit, et futurum gaudii fructum spes tibi jam præfloraverit. Quin literæ nostræ contra inanes metus nos confirmare volunt, quomodo Salvator noster in sanctissima sua super montem concione nos monet, D. Matth. c. vi. v. 34. Μὴ οὖν μεριμνήσητε εἰς τὴν αὔριον· ὁ γὰρ αὔριον μεριμνήσει τὰ ἑαυτῆς. Ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς. Quem locum (totam enim Ὀρεiολογίαν Græce vertimus) ita nos carmine donavimus, viginti abhinc annis: Μὴ γοῦν τοι μέλλοντι ἐπ' ἤματι μερμηρίζειν· Ἤματι γὰρ μέλλοντι τὰ αὐτοῦ ἔργα μελήσει· Ἤματι ἄρκιόν ἐστι τὸ αὐτοῦ κῆδος ἑκάστῳ. Cujus loci sensum optime (dicam expressum, an explicatum?) profert Moschus, Idyll. δ'. v. 65. Ἦ οὐχ ἅλις οἷς ἐχόμεσθα τὸ δεύτατον αἰὲν ἐπ' ἦμαρ Γιγνομένοις; Μάλα μέν γε φιλοθρηνής κε τις εἴη, Ὅστις ἀριθμήσειεν ἐφ' ἡμετέροις ἀχέεσσι. *Barnes.*

Ex lectione hac ed. Ald. Reisk. efficit μὴ πρόμαντις ἄλγει, *ne mœre ante edictum vatis*, μὴ προλάμβανε. *Beck.*

337. Μὴ πρόμαντις ἀλγέων
Προλάμβαν', ὦ φίλα, γόους,

Hæc mihi non satis bene procedere videntur. Fortasse legendum:

μὴ προμάντεις ἀλγέων
προλάμβαν', ὦ φίλα, γόους.

Luctus, qui re nondum cognita movetur, recte πρόμαντις vocari potest, cum eum antiqui pro malo omine habere solerent. Sophocles Electra. 475.

εἶσιν ἁ πρόμαντις Δίκα.

ubi Scholiast. Ἀφίξεται ὅσον οὔπω ἡ τὴν μαντείαν προπέμψασα διὰ τῶν ὀνείρων. Noster in Andromach. 1061.

Τέθριππα τ' ἀελίου
'Ες κέλευθά τ' ἀστέρων,
Ἢ 'ν νέκυσι κατὰ χθονὸς
Τὰν χθόνιον ἔχει τύχαν;
ΧΟ. Εἰς τὸ φέρτερον τίθει
Τὸ μέλλον, ὅ τι γενήσεται.
ΈΛ. Σὲ γὰρ ἐκάλεσα, σὲ δὲ κατώμοσα,

Et quadrijugos currus solis,
Et vias astrorum?
An vero inter mortuos sub terra
Terrestrem habet fortunam?
Cho. In melius interpretare
Futurum, quicquid erit.
Hel. Te invoco, et te jure jurando obtestor,

343. ἢ νέκυσι,

πρόμαντις θυμὸς ὥς τι προσδοκῶν.

Jacobs.

339. Helena inter spem metumque fluctuantem animum his verbis declarat;

Τί μοι πόσις μέλεος ἔτλα
πότερα δέρκεται φάος
Τέθριππα δ' ἀελίου
ἐς κέλευθά τ' ἀστέρων Ἢ νέκυσι ΚΑΤΑ ΧΘΟΝΟΣ
τὰν χθόνιον ἔχει τύχαν;

Sensus horum verborum nemini quidem obscurus esse potest, cum poëta primam sententiæ partem satis luculenter extulerit. In altera tamen parte scabra oratio. Primum enim νέκυσι non habet unde pendeat, neque dubitari potest, quin corrigendum sit

Ἢ 'ν νέκυσι

Deinde vero parum verisimile est poëtam post verba κάτὰ χθονὸς scripsisse τὰν χθόνιον ἔχει τύχαν, quod et per se parum placet. Ut tautologia liberemus elegantissimum Tragicum, fortasse corrigendum est:

Ἢ 'Ν νέκυσι ΚΑΤΑΧΘΕΙΣ
τὸν χθόνιον ἔχει ΜΥΧΟΝ.

Junge ἐν νέκυσι ἔχει τὸν χθόνιον μυχὸν, καταχθεὶς εἰς αὐτοὺς, sive ἐν νέκυσι καταχθεὶς solemni præpositionum εἰς et ἐν permutatione dictum est. *Delatus, devectus ad inferos.* Τὸν χθόνιον ἔχει μυχὸν, ut in Hercul. Fur. 37.

τοῦ 'μοῦ γὰρ ὄντος παιδὸς ἐν μυχοῖς χθονός.

Ib. v. 606. Ἀνελθὼν ἐξ ἀνηλίων μυχῶν Ἅδου Κόρης τ' ἔνερθεν. Sophocl. Ajax. 572. Μέχρις ἂν μύχους κίχωσι τοῦ κάτω θεοῦ —Ἔχει μυχὸν vero ut v. 1135. Πολλοὶ Ἀχαιῶν — ἀΐδαν μέλεον ἔχουσι. Sophocl. Electr. 180.

Ὁ τὰν Κρίσαν βούνομον ἔχων ἀκτὰν
παῖς Ἀγαμεμνονίδας.

Jacobs.

342. s. 'Ες κέλευθα τ' ἀστέρων, Ἢ νέκυσι κατὰ χθονὸς] Melius hic versiculus in duo Euripideos dividetur:

'Ες κέλευθά τ' ἀστέρων,
Ἢ νέκυς κατὰ χθονός.

Sententiæ autem consulens pro νέκυσι reposui νέκυς. *Heath.*

344. Τὰν χθόνιον] Quid sit χθόνιος τύχα, nemo facile dixerit. Legendum, ni fallor, ἀνακτόριον ἔχει τύχαν, *regiam conditionem habet.* Credebantur enim reges etiam inter mortuos imperium quoddam habere. Æschyl. Choëph. v. 354. de Agamemnone:

κατὰ χθονὸς ἐμπρέπων
σεμνότιμος ἀνάκτωρ.

Τὸν ὑδρόεντα δόνακι χλωρὸν
Εὐρώταν, θανόντος εἰ βάξις ἔτυ-
μος ἀνδρὸς ἅδε μοι.
ΧΟ. Τί τάδ' ἀσύνετα;
ἙΛ. Φόνιον αἰώρημα διὰ δέρης ὀρέξομαι,
Ἢ ξιφοκτόνον δίωγμα
Λαιμορύτου σφαγᾶς

Humidum arundine virentem
Eurotam, de mortuo si vera *est* fama
Viro meo.
Cho. Quid hæc absurda?
Hel. Lethale suspendium per collum extendar,
Aut ensis impulsum,
Cruentæ cædis

Soph. Electr. v. 843. de Amphiarao:

καὶ νῦν ὑπὸ γαίας
πάμψυχος ἀνάσσει.

Sic et Darius ut mortuis ἐνδυναστεύσας ab Æschylo memoratur, Pers. 693. Adjectivum ἀνακτόρεος exstat Hom. Odyss. ό. v. 396. Anthol. H. Steph. p. 398. *Musg.*

344. Brunck. vulg. τύχαν χθόνιον (ingentem) defendit, p. 165. *Beck.*

Reisk. conjicit: πάγκοινον ἔχει, *an habet fortunam mortuis omnibus communem. Beck.*

345. s. Εἰς τὸ φέρτερον τίθει Τὸ μέλλον, ὅ, τι γενήσεται] *Omne venturum meliore semper parte reponas. Barnes.*

348. ὑδρόεντα] *Multa aqua fluentem.*

χλωρὸν] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. χῶρον. *Musg.*

Reisk. scribit: ὑδρόεντι, *humida arundine virentem. Beck.*

Δόνακι χλωρὸν] Ita Scaliger pro δόνακι χῶρον, quam lectionem Henr. Stephanus ex veteribus Codicibus confirmat. Canterus legebat δονακηφόρον. *Barnes.*

349. βάξις] Rumor, loquela, sententia, vaticinium, a βάζω. *Barnes.*

351. Quod suspicatus erat Scaliger, versum hunc Choro tribuendum esse, sequentia vero Helenæ, confirmat MS. E. Ed. Ald. personarum nomina hic omittit. *Musg.*

Τί τάδ' ἀσύνετα;] Huic versui Chorum præponit Scaliger, Helenæque dat sequentes; cui tamen et hic tribui potest, dum secum expostulat. *Barnes.*

352. ὀρέξομαι,] *Aggrediar, irruam.* idem, quod ὁρμήσομαι. Hesychius: ὄρεγμα, ὅρμημα. *Musg.*

Φόνιον αἰώρημα διὰ δέρης ὀρέξομαι,] Ὀρέξομαι, ἀντὶ ὀρεχθήσομαι, μέσος ἀντὶ παθητικοῦ. Οἱ γὰρ μέσοι, ὡς Εὐστάθιος (in Homer. fol. 1846. lin. 30.) ἐπαμφοτερίζουσιν ὡς ἐπιπολὺ τῇ ἑρμηνείᾳ. Ideo media vox dicitur, quia aliquando utriusque naturam et significationem induit, nunc activæ, nunc passivæ vocis, et ἄγομαι. Sensus autem, quem etiam Latinam versionem emendando expressi: ἐγὼ διὰ δέρης κρεμαμένη ὀρεχθήσομαι φόνιον αἰώρημα οὖσα, ἤγουν αἰωρουμένη. Sic Nos in Esthera nostra v. 457. Σταυρῷ δ' αἰώρημα τίθει κακόν· οἱ δὲ θανόντες Πότμῳ λευγαλέῳ μάλ' ἐοικότι κείατ' ὀλέθρῳ. *Barnes.*

ὀρέξομαι,] Reisk. explicat: *prætendam mihi,* ich will mir den Strick vor den Hals halten, i. e. strangulabo me: Heath. *me ipsa extendam. Beck.*

353—358. Heath. locum hunc emendat ita:

Ἢ ξιφόκτονον δίωγμα λαιμορύτου σφαγᾶς trochaicus trimeter hypercatalectus.
Αὐτοσίδαρον ἔσω πελάσω διὰ σαρκός· ἁμίλλας dactylicus hexameter.
Θῦμα τριζύγοις θεαῖσιν, ἅς γε τῷ σύριγγ' ἀεί- trochaicus tetrameter catalectus.
δων, σέβιζεν Πριαμίδας ποτ' ἀμφὶ βουστάθμους. idem trimeter hypercatalectus.

Αὐτοσίδαρον ἔσω πελάσω διὰ σαρκὸς ἅμιλλαν,
Θῦμα τριζύγοις θεαῖσι
Τῷ τε σύριγγ᾽ ἀν᾽ Ἴδην σεβίζοντι Πρια-
μίδᾳ ποτ᾽ ἀμφὶ βουστάθμους.
ΧΟ. Ἄλλοσ᾽ ἀποτροπὰ κακῶν γένοιτο, τὸ δὲ σὸν εὐ-
τυχές.

Certamen ferreum intus per carnem trajiciam,
Victimam tribus Deabus,
Et ei, qui fistulæ cantus colebat quondam,
Priamidæ juxta bovilia.
Cho. Alio vertantur hæc mala; tuæ vero *res sint* felices.

355. σάρκας, ἅμιλλα. 357, 8. σύριγγ᾽ ἀοιδαὶ σέβιζον Πριαμίδας.

Ad ἁμίλλας supplet ἕνεκα, et vertit: *Aut gladio ictum mortalem, quo per guttur effundatur vita, ipse ferrum adigens per carnem infligam, sacrificium expiatorium malorum ortorum ex certamine trium dearum, quas quidem Paris, Priami filius, calamo canens olim veneratus est prope bubilia.* Reisk. v. 354. scribit δι᾽ αἱμοῤῥύτου σφαγᾶς, *per collum sanguine irriguum*, v. 355. pro ἅμιλλα conjicit ἃ μέλεα, v. 357. lacunam quodammodo incrustari ita posse putat: τῷ τε συριγγαοιδῷ πεσῶ ἐφ᾽ ᾧ κριτῇ ἤριζον Πριαμ. aut brevius συριγγαοιδῷ ἐξανύσω Πριαμ. *Beck.*

355. Legendum:

αὐτοσίδαρον ἔσω περάσω διὰ σαρκὸς ἅμιλλαν.

αὐτοσίδαρος ἅμιλλα, i. e. ἀγὼν, valet *propriæ manus ferrum adigentis impetum.* περάσω, *trajiciam*, potius, quam πελάσω, *admovebo*, cui minus convenit sequens διὰ σαρκὸς. Scaligero placet ἐλάσω, quod hiatum invenustum efficiebat. *Musg.*

πελάσω] Scaliger ἐλάσω male, ob hiatum; alias non inepte. σαρκὸς autem pro σάρκας legit multo tutius, quare et in textum admisi. *Barnes.*

357. Τῷ τε.] In MS. E. superscribitur τόν τε, ex quo alius fortasse melius aliquid eruat. Mihi legendum videbatur:

— τῷ τε σύριγγ᾽ ἀοι-
δὰς σεβίζοντι Πριαμίδας ποτ᾽ ἀμφὶ βουστάθμους.

Sacrificium tribus Deabus: et illi olim fistula cantus modulanti juxta Priameia boum stabula, i. e. Paridi. σεβίζειν ἀοιδὰς significare potest *exercere cantus*, ut τέχνην τιμῶσα, *exercens artem*, Iph. in Taur. v. 54. eodemque sensu legitur apud Themistium p. 302. C. Ed. Harduin. Scholiastes in Pind. Olymp. VI. οἱ τιμῶντες, ἀντὶ τοῦ, οἱ ἀσκοῦντες τὰς ἀρετάς.

Πριαμίδαι βούσταθμοι, ut Ἀτρειδᾶν οἴκων, Iph. in Taur. v. 186.

Æmilius Portus emendabat θεαῖσιν, ὅτε σύριγγ᾽ ἀείδων σέβιζεν Πριαμίδας — *Deabus, quando Priamides fistula canens celebrabat olim juxta boum stabula.* Ubi vox *quando* summopere inepta est, totamque sententiam corrumpit. *Musg.*

Τῷ τε σύριγγ᾽ ἀοιδαὶ σέβιζον Πριαμίδας] Hunc locum et obscurum et corruptum desperans omisit Canterus, Duportus, Henricus Stephanus; nihil hic se posse Gaspar Stiblinus ingenue fatetur; nec mirum, cum ipse hic Scaliger laboret, συριγγαοιδῷ unico vocabulo legens, novo et satis monstroso. Basil. Codex legit ἀοιδὸν, unde Æmil. Portus egregie divinat; θεαῖσιν, ὅτε σύριγγ᾽ ἀείδων σέβιζεν Πριαμίδας. Est autem ὁ Πριαμίδας, hoc est Paris, et illum fistula canentem introducit Coluthus, v. 108. Τοῖς ἑὼν σύριγγος, ἐς ἤθεα βαιὸς ὁδεύων, Ἀγροτέρων καλάμων λιγυρὴν ἐδίωκεν ἀοιδήν· Πολλάκι δ᾽ οἰοπόλοισιν ἐνὶ σταθμοῖσιν ἀείδων Καὶ ταύρων ἀμέλησε καὶ οὐκ ἐμπάζετο μήλων. Ἔνθεν ἔχων σύριγγα κατ᾽ ἤθεα καλὰ νομήων Πανὶ καὶ Ἑρμάωνι φίλην ἀνεβάλλετο μολπήν. *Barnes.*

359. Ἄλλοσ᾽, *alio*, i. e. in alios. *Musg.*

360. Ἰὼ Τροία τάλαινα·

Δι᾽ ἔργ᾽ ἄνεργα ὄλλυσαι μέλεά τ᾽ ἔτλας.
ΤΑ Δ᾽ ἘΜΑ δῶρα Κύπρις ἔτεκε

'ΕΛ. 'Ιὼ Τροία τάλαινα.
Δι' ἔργ' ἄνεργ' ὄλλυσαι, μέλεά τ' ἔτλας·
Τὰ δ' ἐμὰ δῶρα Κύπρις ἔτεκε
Πολὺ μὲν αἷμα, πολὺ δὲ δάκρυον, ἄχεά τ' ἄχεσι,
Δάκρυα δάκρυσιν ἔλαβε πάθεα·

Hel. O Troja infelix,
Propter facta infecta peris, et sustinuisti misera.
Mea vero dona, O Venus, pepererunt
Multum sanguinem multasque lacrymas: et dolores doloribus,
Lachrymas lachrymis, pepulerunt ærumnæ:

πολὺ μὲν αἷμα, πολὺ δὲ δάκρυον
ἄχεά τ' ἄχεσιν, δάκρυα δάκρυσιν
'ΕΛΑΒΕ ΠΑΘΕΑ.

Locus undique obseptus et impeditus. Videamus primum Latini interpretis verba: *O Troja infelix propter facta infecta peris et sustinuisti misera, mea enim propter dona Venus peperit multum sanguinis, multas lacrymas et dolores super dolores, lacrymas super lacrymas. Accepit clades Ilium.* Fecit ille quod potuit. In τὰ ἐμὰ ut vides intellexit διὰ, quam præpositionem nonnunquam a poëtis omitti minime ignoro, an in hoc loco omiserit Euripides, dubito. Deinde ἔλαβε non habet quo referatur; nam quod subjectum Interpres adjecit, illud ex sua penu deprompsit. — Qualis tandem oratio ex tam crebra subjectorum permutatione existit, cum primum Troja appelletur, mox Venus, et tandem ad Trojam recurratur? Certe ἔτεκε non tentandum cum Reiskio. Τίκτειν αἷμα ut μέλη τίκτειν, in Suppl. 191.

Τὸν θ' ὑμνοποιὸν αὐτὸς ἂν τίκτῃ μέλος
χαίροντα τίκτειν.

ubi Marklandus contulit Aristophan. in Ran. 1091. — Videsis an oratio sic melius procedat:

'Ιὼ Τροία τάλαινα.
Δι' ἔργ' ἄνεργα ὄλλυσαι, μέλεία τ' ἔτλας,
ΔΙ' 'ΑΔΩΡΑ δῶρα Κύπρις ἔτεκε
πολὺ μὲν αἷμα πολὺ δὲ δάκρυον
ἄχεά τ' ἄχεσιν, δάκρυα δάκρυσιν
'ΕΒΑΛ' 'ΕΠΑΧΘΕΑ.

Ut poëta verbis: δι' ἔργ' ἄνεργα ὄλλυσαι raptum indicat, quem Paris sibi fecisse videbatur, ita imaginem, (εἴδωλον ἔμπνουν, v. 34.) quam idem pro vera Helena dono acceperat, δῶρον ἄδωρον vocare potest, quandoquidem Venus isto tam pernicioso dono, cum ipsi Paridi tum omnibus Trojanis infortunium paraverat. Ἄδωρα δῶρα Ajax vocat *hostium dona, quæ eis qui accipiunt, malum inferre solent*, in Tragœdia, nomine ejus inscripta, v. 674.

ἐχθρῶν 'ΑΔΩΡΑ ΔΩΡΑ. κοὐκ ὀνήσιμα.

quæ Incertus Auctor Epigr. CCCLXXXIX. in Anal. Vet. Poët. T. III. p. 203. sic interpretatur:

Πέμπεται ἐξ ἐχθρῶν οὕτως αὐτοκτόνα δῶρα.

Simili oxymoro Helena, v. 689. nuptias suas γάμον ἄγαμον appellat. et v. 881. ψευδονύμφευτον γάμον. — Quæ sequuntur:

ἔβαλ' ἐπάχθεα

proxime a vulgata lectione absunt. Sexcenties enim in Codd. verba λαβεῖν et βαλλεῖν permutantur. V. Dorville ad Char. p. 318. Lips. . . Nostram conjecturam firmat præterea. Sophocl. in Phil. v. 67.

λύπην πᾶσιν 'Αργείοις βαλεῖς.

Jacobs.

361. Heath. cum Barn. corrigit: Δι' ἔργ' ἄνεργά γ' ὄλλυσαι, μελέα τ' ἔτλας.

Beck.

Δι' ἔργ' ἄνεργ' ὄλλυσαι, μέλειά τ' ἔτλας·] Si ἄνεργ' syllaba adjuveris, et μέλεα cum Scaligero legas, iambus erit, ut puto esse debere, hoc modo: Δι' ἔργ' ἄνεργά γ' ὄλλυσαι, μέλεά τ' ἔτλας. Dicit autem ἔργα ἄνεργα, propter raptum sui, qui quidem videbatur esse verus, revera autem erat impostura et fucus deorum. *Barnes.*

362. Τὰ δ' ἐμὰ δῶρα Κύπρις ἔτεκε] Malim:

Ματέρες τε παῖδας ὤλεσαν,
Ἀπὸ δὲ παρθένοι κόμας
Ἔθεντο σύγγονοι νεκρῶν, Σκαμάνδριον
Ἀμφὶ Φρύγιον οἶδμα.
Βοὰν, βοὰν δ' Ἑλλὰς

Matresque amiserunt liberos,
Virgines vero *rasam* comam,
Sorores mortuorum, posuerunt ad Scamandrum
Fluvium Phrygiæ.
Vocem vero vocem Græcia

τὰ δ' ἐμὰ δῶρ', ὦ Κύπρις, ἔτικε—

Ut orationem ad Venerem, tanquam exprobrandi causa, convertat. *Musg.*

Reisk. suspicatur legendum: δῶρ', ἃ Κύπρις ἔδωκε. *Beck.*

362. ss. Hujus loci sensum Prev. ita expressit: "Le sang et les larmes, voilà les présens de Vénus; les pleurs et les gémissemens sont les trophées de sa victoire." *Beck.*

363. Distinctionem plenæ proximam post δάκρυον pono, ut ἄχεα ab altero verbo regi appareat. *Musg.*

364. ἔλαβε] Malim ἔλασε, ut πάθεα nominativus sit. *Et calamitates* (πάθεα) *pepulerunt dolorem dolore, lacrymas lacrymis.* Antiphanes apud Athenæum, Lib. II. c. 6. οἴνῳ τὸν οἶνον ἐξελαύνειν, κόπῳ κόπον. Suidas: ἁμαρτήματι τὸ ἁμάρτημα σπεύδεις ἐξελάσαι, v. Ἥλῳ. *Musg.*

Ad ἔλαβε πάθεα Heath. subintelligit Troja.

Reisk. conjicit: ἔλαχ' ἐπαχθέα, aut ἔλαχ' ἀπεχθέα. *Beck.*

369. Helena, calamitatibus Trojæ, Veneris dolo expugnatæ, descriptis deploratisque, oculos suos in patriam convertit et Græciam sub virginis, parentes, fratres cognatosque lugentis imagine sibi fingit:

Βοὰν βοὰν δ' Ἑλλὰς
Κελάδησε κ' ἀνωτότυξεν
Ἐπὶ δὲ κρατὶ χέρας ἔθηκεν
Ὄνυχι δ' ἁπαλόχροα γένυν
Ἔδευσε φονίαισι ΠΛΑΓΑΙΣ.

Ultima hæc parum concinne elata. Sana esset procul dubio et omnibus numeris absoluta oratio, si scriptum exstaret: ὀνύχων — πλαγαῖς. Vulgatam autem lectionem tam terso politoque poëta plane indignam judico. Tantum enim abest, ut similes locos, ubi φονίαις πλαγαῖς occurrit, morer, ut eos potius corruptelæ, quæ huic loco insidet, ansam dedisse arbitrer. Euripidem autem scripsisse suspicor:

Ὄνυχι δ' ἁπαλόχροα γένυν
Ἔδευσε φονίαισι ΠΑΓΑΙΣ.

hæc enim vox verbo ἔδευσε optime respondet, Euripid. Alc. 184.

—— πᾶν δὲ δέμνιον
ὀφθαλμοτέγκτῳ ἈΔΕΥΕΤΟ ΠΛΗΜΥΡΡΙΔΙ.

Æschylus Prom. v. 401.

παρειὰν νοτίοις ἘΤΕΓΞΕ ΠΑΓΑΙΣ.

Hercul. F. 98. Καὶ δακρυῤῥόους τέκνων πηγὰς ἀφαίρει. Sophocl. Trach. 852. Ἔῤῥωγεν παγὰ δακρύων, Antig. 813. Ἴσχειν δ' οὐκέτι πηγὰς δύναμαι δακρύων. Incertus ap. Stobæ. p. 164. Grot. Μυρίαις παγαῖς δακρύων Ἀχέρων ἀχέων τε βρύει. *Jacobs.*

370. κἀνωτότυξεν,] Ed. Ald. κἀνοτότυξεν. Valde placet, quod habet margo Barnesianæ, κἀνωλόλυξεν, *clamorem lætum et triumphalem edidit.* Hoc enim est ὀλολύζειν, vid. Æsch. Sept. c. Theb. v. 831. Eumenid. v. 1051. Orestem, v. 1135. *Clamorem triumphalem edidit, tamen et illa capiti manus imposuit.* De quo more commode citat Barnesius Samuel. Lib. II. c. 13. v. 19. Plura vid. ad Electr. 148. *Musg.*

371. Ἐπὶ δὲ κρατὶ χέρας ἔθηκεν,] Johan. Brodæus: Quibus partim caput contudit, partim capillos evulsit. Erat autem mos antiquis, ubi dolebant, capiti manus im-

Κελάδησε κἀνωτότυξεν,
'Επὶ δὲ κρατὶ χέρας ἔθηκεν,
"Ονυχι δ' ἁπαλόχροα γένυν
"Εδευσε φονίαισι πλαγαῖς.
Ω μάκαρ 'Αρκαδίᾳ ποτὲ παρθένε Καλλιστοῖ, Διὸς

Resonantem edidit et exultavit;
Capiti vero manus imposuit,
Unguibusque teneras genas
Cruentavit letalibus plagis.
O felix ex Arcadia olim virgo Callisto,

ponere, ut Samuel 2. c. xiii. v. 19. Καὶ ἔλαβε Θήμαρ σποδὸν, καὶ ἐπέθηκεν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῆς, καὶ τὸν χιτῶνα τὸν καρπωτὸν τὸν ἐπ' αὐτῆς διέῤῥηξε, καὶ ἐπέθηκε τὰς χεῖρας αὐτῆς ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῆς, καὶ ἐπορεύθη πορευομένη καὶ κράζουσα. *Barnes.*

373. Pro πλαγαῖς, Cl. Jacobs Spec. Em. p. 62. eleganter conjicit legendum esse φοινίαισι παγαῖς. Sic in Æsch. Prom. 401. νοτίοις παγαῖς, et Soph. Trach. 852. ἔῤῥωγεν παγὰ δακρύων. *Beck.*

374. Adscribit MS. E. in margine Δακτυλικοί.

'Αρκαδίᾳ] Ita Ed. Ald. sed literæ subscriptæ tenuitas typothetarum insequentium oculos effugit, unde vulgo 'Αρκαδία. *Musg.*

374. ss. ῏Ω μάκαρ 'Αρκαδίᾳ ποτὲ παρθένε
Καλλιστοῖ, Διὸς ἁ λεχέων ἐπέ-
βας, τετραβάμοσι γυίοις
'Ως πολὺ ματρὸς ἐμᾶς ἔλαχες πλέον.
'Α ΜΟΡΦΑ ΘΗΡΑΝ λάχνᾳ γυίων
"Ομματι ΛΑΒΡΩι ΣΧΗΜΑ ΛΕΑΙΝΗΣ
'Εξαλλάξασ' ἄχεα λύπης.

Helena, cum a Teucro audivisset, Ledam, filiæ dedecus ægre ferentem, mortem suapte manu intulisse sibi, (v. 134.) eam omnium mulierum miserrimam prædicat et ipsa Callisto infeliciorem, quæ, in ursam mutata, dolorem simul cum præteritarum rerum memoria exuerit. In verbis autem, quibus ista exponuntur, primum hoc nos tenet, quod Callisto in leænam mutata dicitur, cum omnes eam mythographi ursæ speciem induisse ferant. V. locos vett. a Barnesio excitatos ad h. l. et a Heynio, V. Ill. in notis ad Apollodor. Vol. II. p. 667. sq. — Leænam autem pro ursa positam esse parum verisimiliter a Barnesio conjicitur. — Deinde verba, σχῆμα λεαίνης ἐξαλλάξασα, quam significationem habere possunt, nisi hanc: *Tu quæ mutasti speciem leænæ?* An ἐξαλλάτειν forsitan *mutatione accipere, aliam speciem induere* audit? Equidem hujus significationis exempla desidero. — Unde tandem verba ἄχεα λύπης pendere dicamus? — Fortasse igitur legendum

'ΑΜΟΡΦΑ ΘΗΡΙΩΝ λάχνᾳ γυίων
"Ομματί Τ' 'ΑΡΚΤΟΥ ΠΗΜ' 'ΑΛΕΕΙΝΕΙΣ
'Εξαλλάξασ' ἄχεα ΛΥΠΗΡΑ.

Pro θηρᾶν alii θηρῶν legunt, quod conjecturam nostram, θηρίων, paululum fulcit. Sensum, quem poëta reddere voluit, hic est: In ursam mutata mala devitas tua tristesque dolores depulisti. Hoc lyrice extulit: *Deformata villis ferinorum membrorum sub ursæ specie*, etc. — Ut hic ἀμορφὰ λάχνῃ sic in Hecuba, v. 239. de Ulysse

Οἶσθ' ἡνίκ' ἦλθες 'Ιλίου κατάσκοπος
ΔΥΣΧΛΑΙΝΙΑι Τ' 'ΑΜΟΡΦΟΣ.

Λάχνη de ursi villis proprie dicitur. Oppian. Cyneg. II. v. 139. "Αρκτοι —

λάχνην μὲν πυκινὴν δυσπαίπαλον ἀμφιέσαντο.

Eustath. in Ιλ. Β. p. 252. 14. λάχνη γὰρ ἡ τρίχωσις, ὡς ἐπὶ 'ΑΡΚΤΩΝ καὶ ἀλοπέκων καὶ τῶν τοιούτων — "Ομματι ἄρκτου vero est *sub specie ursæ;* quo sensu V. ὄμμα periphrasi sæpissime inservit. Sic "Ομμα πελείας ap. Sophocl. in Aj. 139. Trachin. 233.

ὡς ἄελπτον ὄμμ' ἐμοὶ
φήμης ἀνασχὸν τῆσδε νῦν καρπούμεθα.

Ἃ λεχέων ἐπέβας τετραβάμοσι γυίοις,
Ὡς πολὺ ματρὸς ἐμᾶς ἔλαχες πλέον.
Ἃ μορφᾷ θηρῶν, λάχνα γυίων,
Ὄμματι λάβρῳ σχῆμα λεαίνης
Ἐξάλλαξας ἄχεα λύπης·

Quæ cubile Jovis conscendisti quadrupedibus membris,
Ut felicior eras matre mea!
Quæ forma ferarum, *et* villis membrorum,
Truci aspectu, speciem leænæ
Mutâsti, et finiisti dolores:

378. θηρᾶν. 379. Ἐξαλλάξασ' ἄχ'.

Eurip. Oreste. 1376. Ἴλιον ὀλόμενον Διὰ τὸ τᾶς ὀρνιθογόνου ὄμμα — Δυσελένας. Et recte legitur in eadem Tragœdia, v. 1081.

ὦ ποθεινὸν ὄμμα ὁμιλίας ἐμῆς.

Πῆμα ἀλεείνειν vero ut θυμὸν ἀλεείνειν ap. Homer. Od. N. 148. h. ἐκφεύγειν ut interpretatur Eustathius in Ιλ. Π'. p. 1055. 48. et κῆρα ἀλύσκων, in Odyss. X. 363. — Recte tandem conjunximus Ἐξαλλάξασ' ἄχεα ut Λύπαν ἐξαλλάξετε, v. 1343. hujus Tragœdiæ. *Jacobs.*

375. λεχέων ἐπέβας] Sic Virgilius: *Jovis — adscendere cubile.* Æneid. XII. Post ἐπέβας distinguendum:

λεχέων ἐπέ-
βας, τετραβάμοσι γυίοις
ὡς πολὺ ματρὸς ἐμᾶς ἔλαχες πλέον.

Non enim cum Callistone, postquam ursa est facta, rem habuit Jupiter, sed antea. *Musg.*

Διὸς Ἃ λεχέων ἐπέβας] Ita Virgilius Æn. Lib. XII. v. 144. *Magnanimi Jovis ingratum adscendere cubile.* *Barnes.*

377. θηρῶν,] Ed. Ald. θηρᾶν.

λάχνα γυίων,] Malim λαχνογυίων, *membris hirsutorum.* Totum locum sic lego:

ἃ μορφᾷ θηρῶν λαχνογυίων,
ὄμματι λάβρων, σχῆμα λεαίνης
ἐξαλλάξασ', ἀχέων ἐλύθης.

Pro ἄχεα λύπης reponebat Sigonius ἄχεα λείπεις, Heathius αἴσχεα λύπης, Reiskius ἄκεα λύπης. De fabula Callistus videndi Ovidius Metam. Lib. II. Pausanias, p. 328. Hyginus Astron. Poët. Lib. I. c. 1. *Musg.*

377. Heath. reponit θὴρ — Sic versus evadit spondaicus tetrameter.

Reisk. corrigit: ἀμόρφων θηρῶν λαχνογυίων ὄμματι λάβρῳ — ἄκεα λύπης, *ut quæ mutaveris in mœroris medelam et solatium, cum humana forma formam leænæ, induto vultu sævo ferarum deformium et hirsutarum.* *Beck.*

378. σχῆμα λεαίνης] Hunc locum tractans Petrus Victorius Variarum Lectionum, Lib. XIII. c. 18. nihil omnino lucis affert poëtæ, et plurimas sibi ipsi spississimasque tenebras offundit; nam de Leda in leænam mutata hæc sumi putat, quum e contra de Callistone omnino sumenda sunt. Franciscus Robortellus cum suo Ludovico Casteluitreo putide Grammaticum agit λεαίνη legendo a λεαίνομαι, (quasi Ursæ pellis levigata erat astris) et μέροπες pro Μέροπος. De Robortello nihil amplius hic dico, illum Carolus Sigonius probe mactavit, et Victorius satis ab Antonio Mureto vapulavit, Variar. Lect. Lib. IV. c. 14. Nihilo autem magis locum explicat ipse Muretus, nisi quod hæc dicantur de Callistone. Cur autem Euripides illam in leænam versam fingat, quam reliqui omnes in ursam mutatam fabulantur, nescio, nisi forte leæna hic pro ursa usurpetur; quod sine exemplo fere puto. Callistus autem fabulam vid. Ovid. Metamorph. Lib. II. Fab. 5. et 6. Apollodor. Biblioth. Lib. III. c. 8. §. 2. Natal. Com. Mytholog.

Ἄν τέ ποτ' Ἄρτεμις ἐξεχορεύσατο,
Χρυσοκέρωτ' ἔλαφον, Μέροπος Τιτανίδα κούραν
Καλλοσύνας ἕνεκεν· τὸ δ' ἐμὸν δέμας
Ὤλεσεν, ὤλεσε Πέργαμα Δαρδανίας ὀλο-
μένους τ' Ἀχαιούς.

Et quam Diana quondam ejecit-extra-suum-chorum,
Cervam habentem aurea cornua, filiam Meropis Titaniam,
Propter pulchritudinem. Meum vero corpus
Perdidit, perdidit Pergama Trojana,
Et miseros Græcos.

Lib. IX. c. 9. Pausan. fol. 2. lin. 8. Eustath. fol. 1156. lin. 9. *Barnes.*

380. Ἄν τε] Hujus fabulæ nulla, quod sciam, clara enarratio apud veteres exstat. Illud vero vel hic ipse locus docebit, filiam hanc Meropis choris a Diana exclusam, et in cervam mutatam fuisse. Gravem aliquam calamitatem perpessam fuisse ex eo etiam intelligas, quod infortunia ejus, ut et Callistus, præ Ledæ miseriis eleventur. *Musg.*

381. Τιτανίδα κούραν] Causam, cur sic dicatur, docet Stephanus de Urbibus: Κῶς δὲ, ἀπὸ Κῶ τῆς (l. ἥτις) Μέροπος γηγενοῦς θυγάτηρ. De Merope hoc, et Meropibus, multa dabit Spanhemius ad Callimach. Del. v. 160. inter quæ præcipua sunt, quæ præbet Hyginus Astronom. Poët. Lib. II. c. 16. Adde Scholiasten ad Theocrit. Idyll. VII. v. 5. et Hesychium v. Μέροπες, quosque præterea citat Barnesius. Suid. v. Μέροπες. Eustathium, p. 97. et p. 315. Etymologus quoque v. Κεῖος et v. Κλειτὴ quædam de Meropis filiabus habet. *Musg.*

Μέροπος Τιτανίδα κούραν] Idem Robortellus ibidem male erat a suo Lud. Castelvitreo doctus, μέροπις hic legi debere, et Dianam per Τιτανίδα κούραν intelligi; cum *Co* designatur, Meropis gigantis, vel Titanis, filia, a qua insula *Cos* nomen obtinuit, quæ et a patre, Merope et Meropis dicta est, teste Suida. Stephanus περὶ πόλεων: Κῶς δὲ, ἀπὸ Κῶ τῆς Μέροπος γηγενοῦς θυγάτηρ. Cujus meminit Hyginus Lib. II. Alii, testante Brodæo, Meropis et Clymenæ filiam quandam suspicantur; quidam Pandarei. Certe hæc fabula paucis narrata: Mutatio enim illius virginis nec ab Ovidio, nec ab Apollodoro, tangitur. Eustathius autem fol. 97. lin. 40. et fol. 318. lin. 35. reliquam fabulæ partem attigit. *Barnes.*

384. Finis primi actus per defectum nexus inter hanc et sequentem scenam indicatur. Itaque videtur temporis quoddam fuisse interstitium. Tres primæ scenæ sequentis actus teste in scena carent. Quod fuit necessarium agnitionis caussa. *Prev.*

ARGUMENTUM ACTUS SECUNDI.

Menelaus nudus et naufragus, relictis in specu quodam littoris Pharii sociis, ad Theoclymeni regiam contendit, necessaria petiturus sibi suisque; Scenam autem ingressus errores suos recenset. Anus quædam Menelaum fores pulsantem sævis dictis absterrere conatur; is precibus instat, donec ab ea edoceatur nomen istius regionis, suumque periculum, quod illi a Tyranno impendeat, nisi mature fuga sibi consulat. Causam istius rei quærens, Helenam ibi asservari audit; quod qui fieri posset, miratur, cum suam in antro cum sociis Helenam manere putaret. Helena vera responsa Theonoæ de marito salvo referens, Menelao occurrit, primum metu perculsa, deinde blande compellata, postremo maritum agnoscit, qui novitate rei attonitus vix oculis suis fidem habet; donec planius disceret, simulacrum tantum aëreum et Deorum præstigias esse eam, quam e Troja duxerat, Helenam. Hanc rem Nuntius statim confirmat, narrans, quomodo altera Helena ex oculis sociorum sublata in ætherem evanuerit. Hinc oscula, complexus, lacrymæ; quibus miscentur sermones domestici. Helena ostendit periculum, quod metuendum erat a tyranno, simul suadens marito, ut fugam solus capesseret; quod cum ille facere recusaret, in commune decernunt, aut fortiter, si res sic ferat, mori; aut simul, si quis faverit Deus, fugam adornare.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

Ὦ τὰς τεθρίππους Οἰνομάῳ Πίσαν κάτα

MENELAUS.

O qui circa Pisam Œnomai quadrijugum

385. Ὦ τὰς τεθρίππους Οἰνομάου Πίσαν κάτα] Vid. Euripid. in Iphig. Taur. ad v. 825. item vid. Diodor. Sicul. Lib. V. et Natal. Com. Mytholog. Lib. VII. c. 17. ubi totam habes Pelopis Historiam; præcipue de hoc certamine inter Pelopem et Œnomaum, regem Elidis et Pisæ, pro Hippodamia. *Barnes.*

387. ἔρανον] Recte interpres: *convivium.* Non illud quidem ἀπὸ συμβολῆς δεῖπνον, ut interpretatur Scholiastes ad Hom. Odyss. α'. v. 226. sed simpliciter δεῖπνον. Pindarus de eadem re Olymp. I. Stroph. 2. ἐκάλεσε πατὴρ τὸν εὐνομώτατον ἐς ἔρανον. *Musg.*

387. s. Εἴθ' ὤφελες τόθ', ἡνίκ' ἔρανον εἰς θεοὺς Πρισθεὶς ἐποίεις] Pro πρισθεὶς olim legebatur πεισθεὶς, Scaliger mutabat in προθεὶς, nec advertit, illam vocem activam esse, ideoque locum hic non habere. Henricus Stephanus jure igitur ex Veter. Codicibus πρισθεὶς restituit, a πρίω, seco.

ἔρανον] Proprie ἔρανος secundum Eustathium est: ἡ ἀπὸ κοινῆς συμβολῆς, ἤγουν καταβολῆς, καὶ δαπάνης πολλῶν τινων γινομένη εὐωχία. Quomodo autem Pelops a patre Tantalo in deorum convivio edendus proponebatur, supra attigimus ad Iphig. Taur. v. 388. *Barnes.*

ἐν θεοῖς] Forte, ἔς τ' ἀεὶ, *in perpetuum.* Nam mortuus tunc revera fuerat, sed resuscitatus est in vitam. *Reisk.*

388. Πρισθεὶς] Ita MS. Steph. Ed. Ald. πεισθεὶς. *Musg.*

In marg. ed. Brubach. aliquis adscripserat πεφθεὶς, *coctus.* *Beck.*

390. Ἀερόπης] De ea vide Soph. Ajac. v. 1317. *Musg.*

Ἀερόπης λέκτρων ἄπο] Atrei uxor, mater Agamemnonis et Menelai, erat Aërope, quæ adulterio a Thyeste, mariti fratre, corrupta ingentium malorum causa erat. De qua re vid. Eustath. fol. 1693. lin. 24. Hinc Ovid. Trist. *Si non Aë-*

Πέλοψ ἁμίλλας ἐξαμιλληθείς ποτε,
Εἴθ' ὤφελες τόθ'. ἡνίκ' ἔρανον ἐς θεοὺς
Πρισθεὶς ἐποίεις, ἐν θεοῖς λιπεῖν βίον,
Πρὶν τὸν ἐμὸν Ἀτρέα πατέρα γεννῆσαί ποτε,
Ὃς ἐξέφυσεν Ἀερόπης λέκτρων ἄπο
Ἀγαμέμνον' ἐμέ τε Μενέλεων, κλεινὸν ζυγόν·
Πλεῖστον γὰρ οἶμαι,—καὶ τόδ' οὐ κόμπῳ λέγω,—
Στράτευμα κώπῃ διορίσαι Τροίαν ἔπι
Τύραννος, οὐδὲν πρὸς βίαν στρατηλατῶν,
Ἑκοῦσι δ' ἄρξας Ἑλλάδος νεανίαις.
Καὶ τοὺς μὲν οὐκ ἔτ' ὄντας ἀριθμῆσαι πάρα,

Certamen vicisti aliquando Pelops,
Utinam, tunc quando convivium inter deos
Faciebas dissectus, inter deos reliquisses vitam,
Priusquam patrem meum Atreum genuisses,
Qui ex congressu cum Aërope genuit
Agamemnonem, et me Menelaum, inclytum par.
Maximum enim credo, hoc autem sine jactantia dico,
Exercitum ad Trojam remis traduxisse me,
Regem, per vim imperans nihil,
Sed juvenes Græciæ volentes regens.
Et quidem horum nonnullos haud amplius viventes numerare licet,

385. Οἰνομάου.

ropen frater sceleratus amasset, Conversos solis non legeremus equos. Barnes.

391. κλεινὸν ζυγόν·] Sic par filiorum Œdipi ξυνωρὶς vocatur in Phœniss. 1634.

ἀλλ' εὔτεκνος ξυνωρίς.

V. Wessel. Obss. I. c. XXVII. Valck. in Phœn. p. 115. Ζεῦγος de duabus puellis dixit Cercides ap. Athenæum. XII. p. 554. E.

Ἦν καλλιπύγων ζεῦγος ἐν Συρακούσαις,

Dorville in Charit. Lib. VIII. p. 597. Lips., — Mox v. 396. verissima mihi videtur Reiskii emendatio

καὶ τοὺς μὲν οὖν ἔτ' ὄντας ἀριθμῆσαι πάρα.

pro eo quod vulgo legitur: τοὺς μὲν οὐκ ἔτ' ὄντας. Paucitatem eorum Menelaus indicare voluit, qui belli et maris pericula effugerant. Ἀριθμῆσαι πάρα est ἀριθμητοί εἰσι. Hesychius. ἀριθμητὰ. τὰ ὀλίγα. ubi v. Interpp. *Jacobs.*

392. οἶμαι,] Reisk. mavult εἰμί. *Beck.*

393. διορίσαι] Ita MS. E. ut jam emendari voluit Canterus. Ed. Ald. διορίσας, quod cum οἶδα recte conjungi posset: οἶδα διορίσας, οἶμαι διορίσαι. *Musg.*

διορίσας Τροίαν ἔπι] Nove hic dictum ab Euripide διορίζω, εἰς τόπον ἢ ἐκ τόπου μεταβάλλω, πορεύομαι, ὅρους ἀμείβω. Ita infra v. 827. Ἐκ γῆς διορίσαιμεν ἂν πόδα. Videtur autem ad διορίσας, ἄρξας, vel στρατηλατῶν, intelligi ἦν, vel ἐτύγχανε. Vel διορίσαι legendum. *Barnes.*

διορίσαι] Ἀγαγεῖν. *Scholiast.*

396. Reisk. emendat: καὶ τοὺς μὲν οὖν

Τοὺς δ' ἐκ θαλάσσης ἀσμένως πεφευγότας,
Νεκρῶν φέροντας ὀνόματ' εἰς οἴκους πάλιν.
'Εγὼ δ' ἐπ' οἶδμα πόντιον γλαυκῆς ἁλὸς
Τλήμων ἀλῶμαι χρόνον ὅσονπερ 'Ιλίου
Πύργους ἔπερσα, κεἰς πάτραν χρῄζων μολεῖν,
Οὐκ ἀξιοῦμαι τοῦδε πρὸς θεῶν τυχεῖν.
Λιβύης τ' ἐρήμους ἀξένους τ' ἐπιδρομὰς
Πέπλευκα πάσας· χὤταν ἐγγὺς ὦ πάτρας,
Πάλιν μ' ἀπωθεῖ πνεῦμα, κοὔποτ' οὔριον
Εἰσῆλθε λαῖφος, ὥστε μ' ἐς πάτραν μολεῖν.
Καὶ νῦν τάλας ναυαγὸς, ἀπολέσας φίλους,

Alios vero, qui ex mari lubenter effugerunt
Ferentes retro domum nomina mortuorum.
At ego supra undas cærulei maris
Miser erro, ex quo tempore Ilii
Turres everti, et in patriam cupiens redire,
A Diis dignus non judicor, qui hoc consequar:
Libyæque desertos, inhospitalesque portus,
Omnes adnavigavi: et quando prope patriam sum,
Ventus me rursus *alio* rejicit: nec adhuc secundus
Intravit velum, ut ego in patriam redirem.
Et nunc miser naufragus, amissis amicis,

ἔτ' ὄντας, *tam pauci sunt, qui adhuc supersunt, ut facile possint numerari. Beck.*

397. Τούσδ' scribit Reisk. et comma post πάρα in fine superioris versus delet, ut constructio sit: πάρεστιν ἀριθμῆσαι τούσδε τοὺς ἔτι ὄντας, aut, si id non placuerit, legi vult: καὶ τοὺς μὲν οὐκέτ' ὄντας οὐκ ἀριθμεῖν πάρα. τοὺς δ' ἐκ θαλάσσης. *Beck.*

399. 'Εγὼ δ' ἐπ' οἶδμα] Menelai errores ipsum narrantem hic habes et Homer. Odyss. δ'. *Barnes.*

401. χρῄζων] Ita Edd. recent. auctore H. Stephano. Ed. Ald. χρῄζω. *Musg.*

403. ἀξένους τ' ἐπιδρομὰς] Legendum ἀξένους θ' ὑποδρομὰς, vel ὑποδρόμους. ὑπόδρομος (ea enim vox usitatior est) significat receptum navibus sub promontorio, parte a vento aversa. Heliodor. ἑλιγμόν τινα τοῦ Νείλου, καθάπερ ἄκραν ὑποδραμόντες, p. 401. Ed. Bourdel. Longus Pastoral. ἄκρα τινὶ ὑποδραμόντες, p. 87. Tales sunt ὑπόδρομοι, Philoni Judæo plus semel memoratæ. Sic ὑποδρόμοις καὶ λιμέσι, Lib. de Cosmop. ὑπόδρομος εἰς καταφυγὴν οὐδεὶς, De Vita Mosis, Lib. III. ἐμπόρια καὶ λιμένας καὶ ὑφορμοὺς καὶ ὑποδρόμους, De constitutione Principis. Exstat vox ὑποδρομὴ non dissimili sensu apud Ælian. de Animal. Lib. XIV. c. 26. Hesychius: ὑπιωγαὶ, ὑπαγωγαὶ ὑποδρομαὶ τῆς πέτρας διὰ σκέπην. *Musg.*

ἀξένους τ' ἐπιδρομὰς] Joh. Brodæus exponit ἐπιδρομὰς per ἐπιβάσεις, quod verbum ex omnibus iis, per quæ Hesych. ἐπιδρομὴ exponit, aptius huic loco videbatur: sed nec ἐπιβάσεις, nec ἐπιδρομὰς, hic locum habere posse puto; mallem cum Joseph. Scaligero ἐπιδημίας legere: Sed nihil muto. *Barnes.*

405. οὔριον] Subaudi πνεῦμα. Dicitur etiam οὐρία, subaudi πνοὴ, et οὔριος, subaudi ἄνεμος, et οὔριος ἄνεμος, et οὐρία πνοὴ, et

Ἐξέπεσον ἐς γῆν τήνδε· ναῦς δὲ πρὸς πέτρας
Πολλοὺς ἀριθμοὺς ἄγνυται ναυαγίων.
Τρόπις δ' ἐλείφθη ποικίλων ἁρμοσμάτων,
Ἐφ' ἧς ἐσώθην μόλις ἀνελπίστῳ τύχῃ
Ἑλένη τε, Τροίας ἣν ἀποσπάσας ἔχω.
Ὄνομα δὲ χώρας, ἥτις ἥδε καὶ λεὼς,
Οὐκ οἶδ'· ὄχλον γὰρ ἐσπεσεῖν ᾐσχυνόμην,
Ὥσθ' ἱστορῆσαι τὰς ἐμὰς δυσχλαινίας,
Κρύπτων ὑπ' αἰδοῦς τὰς τύχας. ὅταν δ' ἀνὴρ
Πράξῃ κακῶς ὑψηλὸς, εἰς ἀηθίαν
Πίπτει κακίω τοῦ πάλαι δυσδαίμονος.

Ejectus sum in hanc terram: navis autem ad saxa
Magnum numerum naufragiorum fracta est,
Carina vero *mihi* relicta est variis compagibus,
Σόν ἔργον· ὡς γυναικὶ πρόσφορον γυνή.] Cum olim legebatur: Σὸν ἔργον ὡς γυναικὶ πρόσφορον, γύναι, Henricus Stephanus ad hanc, quam præferimus, formam redegit, hæc dicens: "*Non dubium est, quin pro* vocativo γύναι *reponendus sit* nominativus γυνὴ, *et interpungi debeat post* σὸν ἔργον. *Quod si quis illi emendationi assentiri recusat, at certe assentiri illum coget* Plutarchus *in libello de discernendo Adulatore ab Amico. Ili enim postquam* dixit: Ἀρχὴν δὲ φιλίας ἔφαμεν εἶναι τοῖς πλείστοις, τὴν ταυτὰ μὲν ἐπιεικῶ, ἀσπαζομένην ἔθη καὶ ἤθη, τοῖς δὲ αὐτοῖς χαίρουσαν ἐπιτηδεύμασι, καὶ πράγμασι, καὶ διατριβαῖς, ὁμοιοπαθῆ διάθεσίν τε καὶ φύσιν, *subjungit:* ἐφ' οἷς καὶ ταῦτα εἴρηται· Γέρων γέροντι γλῶσσαν ἡδίστην ἔχει, Παῖς παιδί· καὶ γυναικὶ πρόσφορον γυνή· Νοσῶν τ' ἀνὴρ νοσοῦντι· καὶ δυσπραξίᾳ Ληφθεὶς ἐπῳδός ἐστι τῷ πειρωμένῳ. *Quo ex loco discimus, etiam* Euripidem *verba illa,* γυναικὶ πρόσφορον γυνὴ, *ex proverbiali versu sumsisse. Pertinent autem hi versus a* Plutarcho *citati ad proverbium, quo dicitur* simile gaudere simili." Hæc ille. Nec tamen tam constat, Euripidem hæc sumsisse ex proverbiali versu, quam probabile est, illum proverbialem versum ex illo mutuatum. Huic loco affine est illud Terentii: *mulier mulieri magis congruum.* Vid. Erasmum in Adagio: Simile simili gaudet, etc. *Barnes.*

830. Ὡς οὐκ ἄχρωστα γόνατ' ἐμῶν ἕξει χερῶν.] Ἄχρωστος proprie *non tinctus*, hic pro intactus, ut sæpe apud hunc poëtam, χρώζω pro ἅπτομαι. Sic Phœniss. v. 1641. Σοί τ' εὖ λέλεκται, γόνατα μὴ χρώζειν ἐμά. Et Medea: Καὶ τῶνδε γονάτων ὡς μάτην κεχρώσμεθα. Significat insuper, *inquino,* contamino, coloro, idem, quod χροΐζω. *Barnes.*

833. Προδότις] Ita recte Barnesius, auctore Scaligero. Ed. Ald. προδότης. Idem optime τὴν βίαν pro τήνδε βίαν.

Προδότις] Ita cum Scaligero et Æmilio Porto lego, pro προδότης, interpungo etiam ad εἴης· Particulam vero δὲ post

ʽΕΛ. Ψαύω, θανόντος σου, τόδ᾽ ἐκλείψειν φάος.
ΜΕ. Κἀγὼ στερηθείς σου τελευτήσω βίον.
ʽΕΛ. Πῶς οὖν θανούμεθ᾽, ὥστε καὶ δόξαν λαβεῖν;
ΜΕ. Τύμβου ᾽πὶ νώτῳ σε κτανὼν, ἐμὲ κτενῶ.
Πρῶτον δ᾽ ἀγῶνα μέγαν ἀγωνιούμεθα
Λέκτρων ὑπὲρ σῶν· ὁ δὲ θέλων, ἴτω πέλας·
Τὸ Τρωϊκὸν γὰρ οὐ καταισχυνῶ κλέος,
Οὐδ᾽ ʽΕλλάδ᾽ ἐλθὼν λήψομαι πολὺν ψόγον,
Ὅστις Θέτιν μὲν ἐστέρησ᾽ ᾽Αχιλλέως,

Hel. Attingo *jurans*, te mortuo, me relicturam hanc lucem.
Men. Et ego orbatus te, vitam finiturum.
Hel. Quomodo autem moriemur, ut gloriam consequamur?
Men. Sepulcri supra dorsum te cæsa, me cædam.
Sed prius decertabimus magno certamine
Pro tuo lecto; qui vero vult, prope accedat:
Trojanam enim gloriam non dedecorabo,
Nec *in* Græciam reversus, multam vituperationem audiam,
Qui Thetidem quidem privavi Achille,

841. ἐμὲ κτανεῖ.

τὴν penitus delendam duxi; otiosa enim est et versui damnosa. *Barnes.*

Reisk. conjicit: τὴν δὲ βίαν σκῆψεις ἔχοις, *haberes autem violentiam prætextus,* i. e. *utereris loco prætextus. Beck.*

834. ᾽Αλλ᾽ ἁγνὸν ὅρκον σὸν κάρα κατώμοσα.] Veterum mos, jurare per caput alicujus dilecti, aut honorati viri, inde, ut putatur, ortus, quod ea hominis pars priscis sancta sit habita; uti supra observavimus Heraclid. v. 540. ubi de hoc juramento. *Barnes.*

837. τοίνυν] Canteri emendatio est. Ed. Ald. τοῖς νῦν. Formula ἐπὶ τοῖσδε exstat Alcest. v. 385. *Musg.*

᾽Επὶ τοῖσδε τοῖς νῦν] Canterus et Scaliger legunt τοίνυν: sufficit enim τοῖσδε pro τούτοις sine τοῖς: sic Aristophanes: ἐπὶ τούτοις λάμβανε, *hac conditione accipe.* Sic dixit poëta, Alcest. v. 385. ᾽Επὶ τοῖσδε παῖδας χειρὸς ἐξ ἐμῆς δέχου. *Barnes.*

839. τελευτήσω] Legendum puto τελευτήσειν, ut ἐκλείψειν.

Lucianus de dea Syria: βοὴ πολλάκις ἐγένετο ἐν τῷ ναῷ, κλεισθέντος τοῦ ἱροῦ. *Musg.*

841. Pro κτανεῖ Tyrwhittus κτανῶ conferens v. 981. et seq. *Musg.*

Jam Heath. idem monuerat.

Sequitur Prev. Tyrwhitti conjecturam, atque vertit: "Je t'immolerai sur ce tombeau, et je me frapperai du même fer." *Beck.*

844. κλέος,] Scaligeri emendatio est. Ed. Ald. λέχος. *Musg.*

Τὸ Τρωϊκὸν γὰρ οὐ καταισχυνῶ κλέος,] Ita recte Scaliger κλέος legebat pro λέχος, quod nihil hic loci habuit; quare rejicio illud penitus, et genuinum κλέος restituo; quod sane fecissem, si nemo unquam admonuisset. Adeo evidens mihi res hæc videtur; nec dubito, quin et aliis videbitur. Quanquam et ad λέχος sensum quendam non usquequaque ineptum excogitarunt nonnulli, quasi conjugium suum, hoc est λέχος, ideo Τρωϊκὸν, Trojanum, vocaret, quod illius resarciendi causa tot annis ad Trojam laborasset. Sed an hoc non sit nimis longe petitum, judicent, qui nasum habent. *Barnes.*

Τελαμωνίου δ' Αἴαντος εἰσεῖδον σφαγὰς,
Τὸν Θησέως τε παῖδα· διὰ δὲ τὴν ἐμὴν
Οὐκ ἀξιώσω κατθανεῖν δάμαρτ' ἐγώ;
Μάλιστά γ'· εἰ γὰρ εἰσιν οἱ θεοὶ σοφοὶ,
Εὔψυχον ἄνδρα, πολεμίων θανόνθ' ὕπο,
Κούφῃ καταμπίσχουσιν ἐν τύμβῳ χθονὶ,
Κακοὺς δ' ὑφ' ἕρμα στερεὸν ἐκβάλλουσι γῆς.
Ὦ θεοὶ, γενέσθω δή ποτ' εὐτυχὲς γένος
Τὸ Ταντάλειον, καὶ μεταστήτω κακῶν.
ΕΛ. Οἲ 'γὼ τάλαινα· τῆς τύχης γὰρ ὧδ' ἔχω·
Μενέλαε, διαπεπράγμεθ'· ἐκβαίνει δόμων
Ἡ θεσπιῳδὸς Θεονόη. κτυπεῖ δόμος,
Κλῄθρων λυθέντων· φεῦγ'. ἀτὰρ τί φευκτέον;
Ἀποῦσα γάρ σε καὶ παροῦσ' ἀφιγμένον
Δεῦρ' οἶδεν· ὦ δύστηνος, ὡς ἀπωλόμην.
Τροίας δὲ σωθεὶς κἀπὸ βαρβάρου χθονὸς,
Ἐς βάρβαρ' ἐλθὼν φάσγαν' αὖθις ἐμπεσεῖ.

Ajacis vero Telamonii cædem aspexi,
Et Theseo satum filio. Propter meam vero
Conjugem ego non ausim mori?
Maxime: nam si sunt dii sapientes,
Virum fortem interfectum ab inimicis
Circumtegunt levi terra in sepulcro:
In ignavos vero solidum aggerem terræ injiciunt.
O Dii, fiat tandem aliquando fortunatum genus
Tantaleum, et liberetur a malis.
Hel. Heu me miseram, sic enim se habet mea fortuna,
Menelaë, actum est de nobis: egreditur ex ædibus
Fatidica Theonoe: domus crepat,
Solutis repagulis: fuge. Sed quid fugiendum?
Absens enim, et præsens te venisse
Huc novit: O infelix, ut perii.
Servatus a Troja et barbarica terra
Veniens, in barbaricos gladios rursus incides.

848. Θησέως] Vere judicabat Brodæus, Antilochi mortem hic in animo habuisse poëtam. Quod reponebat, Νέστορος, nisi longius paullo a MSS. vestigiis recederet, facile omnium suffragia ferret. Rem fortasse levior mutatio expediat:

τὸν Νηλέως τε, παῖδα· διὰ δὲ —

i. e. τὸν Νηλέως τε, παῖδα ἐστέρησα. Non sine exemplo est, ultro citroque sic variari constructionem: vid. ad Orest. v. 506. et seq. *Musg.*

ARGUMENTUM ACTUS TERTII.

Progrediens in scenam Theonoë, cum lustrali flamma, Helenam alloquitur, deos jam tum de salute viri concilium habere significans. Helena et Menelaus miris suasionibus Theonoën sibi conciliare conantur. Quorum precibus facile pia virgo annuit. Menelaus et Helena deliberant, quomodo ipsi tuto evadant, et tyrannus falli possit. Chorus, hoc suorum periculo tactus, commemorationem orditur calamitatum, ex bello Trojano ortarum: cujus origo Paridis illa in Græciam navigatio et Helenæ raptus exstiterit.

ΘΕΟΝΟΗ.

Ἡγοῦ σύ μοι φέρουσα λαμπτήρων σέλας,

THEON.

Præi tu mihi, ferens facum splendens lumen,

Τὸν Θησέως τε παῖδα·] Subaudi τὴν ἐμὴν χάριν θανόντ' ἐσεῖδον. Legendum tamen videtur (inquit Johannes Brodæus) Νέστορος, non Θησέως. Acamas enim et Demophon, Thesei filii a bello Trojano salvi domum redierunt; ut in Heraclidis et Hecuba ipsemet confitetur Euripides. Et hæc vere observat Brodæus, quia Antilochus, Nestoris filius, occubuit in illo bello; Thesei autem filii revera supervixere. Sed hoc est pii poëtæ artificium, præter historiam aliquid in laudem suæ patriæ adjicere; quasi Achilles et Ajax et Thesei filii, Athenienses, essent omnium Græcorum longe optimi et fere soli. *Barnes.*

Pro Theseo Nestorem reposuit Prev. quia Thesei filii in obsidione Trojæ non perierunt. *Beck.*

Forte τὸν Θησέως τ' ἔθαψα, διὰ δ' ἐμήν. *Reisk.*

850. εἰ γὰρ εἰσιν οἱ θεοὶ σοφοὶ,] Argumenti vis: Ἀλλ' εἰσὶν οἱ Θεοὶ σοφοὶ, *Ergo molliter cubabunt viri fortes. Barnes.*

852. Κούφῃ καταμπίσχουσιν ἐν τύμβῳ χθονὶ,] Sic supra Alcest. v. 475. Κούφα σοι χθὼν ἐπάνω πέσεις, γύναι. Et Suidas: Κούφη γῆ τοῦτον καλύπτοι. Plura in hanc rem videsis apud Johann. Kirchmannum de Funerib. Romanor. Lib. III. c. 9. *Barnes.*

853. ὑφ'] Ita MSS. Steph. quorum auctoritati cur non obsequamur, nullam idoneam rationem video. Ed. Ald. ἐφ', unde Scaliger:

κακοῖς δ' ἐφ' ἕρμα στερεὸν ἐμβάλλουσι γῆς.

Pro κακοὺς — ἐκβάλλουσι, ut exhibent Ed. Ald. et MSS. *Musg.*

Κακοῖς δ' ἐφ' ἕρμα στερεὸν ἐμβάλλουσι γῆς.] Quod ad hæc verba attinet, sunt quidem, ut ego puto, fideliter restituta, ex Josephi Scaligeri auctoritate; cum prior lectio valde esset dubiis obnoxia: ita enim erat: Κακοὺς δ' ἐφ' ἕρμα στερεὸν ἐκβάλλουσι γῆς. Cui remedium non adhibet illud Henrici Stephani: "*In veteribus codicibus scriptum est* ὑφ' ἕρμα." Scaligerianæ autem lectionis sensum apertissimum sic explices: ἐπὶ δὲ κακοῖς στερεὸν ἕρμα γῆς ἐμβάλλουσι. στερεὸν ἕρμα γῆς vel *magnum terræ pondus* sonat, vel *gravem* et prægrandem cippum, aut lapidem; ut Tibull. Lib. I. Eleg. 4. *Jam tua, qui Venerem docuisti vendere primus, Quisquis es, infelix urgeat Ossa Lapis!* Vid. de hac re Johann. Kirchmann. de Funerib. Roman. Lib. III. c. 9. *Barnes.*

Reisk. legit aut Κακοὺς δ' ἐπ', i. e. ἐμβάλλουσι ἐπὶ κακοὺς, *projiciunt super malos molem immobilem*, aut Κ. δ' ὑφ' — *sub molem. Beck.*

854. Choro tribuendum hoc distichon. *Musg.*

857. διαπεπράγμεθ'·] *Actum est de nobis. Barnes.*

863. Observat Pr. nullam caussam esse, cur actus secundi finis hic ponatur. Itaque tertii actus initium constituit, ubi vulgo quartus incipit. *Beck.*

864. Conf. Σχ. Pind. Pyth. III. 66. Heath. inter Fragm. incert. Eurip. 189. *Burn.*

Tradit Plutarchus, sacerdotes Ægyptios, ut aëra purum haurirent, summam curam adhibuisse; mane igitur surgentes resinam suffumigasse, sub meridiem vero, myrrham. De Iside et Osiride, pag. 682. Edit. Henr. Stephan. Hinc patet, Euripidem in egressu Theonoës

Θεῖον δὲ σέμνου θεσμὸν αἰθέρος μυχῶν,
Ὡς πνεῦμα καθαρὸν οὐρανοῦ δεξώμεθα.
Σὺ δ' αὖ κέλευθον, εἴ τις ἔβλαψεν ποδὶ
Στείβων ἀνοσίῳ, δὸς καθαρσίῳ φλογί,
Κροῦσον δὲ πεύκην, ἵνα διεξέλθω, πυρός.
Νόμον δὲ τὸν ἐμὸν θεοῖσιν ἀποδοῦσαι, πάλιν
Ἐφέστιον φλόγ' ἐς δόμους κομίζετε. —
Ἑλένη, τί τἀμὰ, πῶς ἔχει, θεσπίσματα;
Ἥκει πόσις σοι Μενέλεως ὅδ' ἐμφανὴς,
Νεῶν στερηθεὶς τοῦ τε σοῦ μιμήματος.

Sanctumque celebra ritum sinuum ætheris,
Ut spiritum purum cœlo accipiamus.
Tu vero viam, si quis *eam* læsit pede
Calcans impio, da lustrali flammæ;
Concutiasque Piceam facem ante me, ut transeam:
Rituque meo Diis peracto, iterum
Larariam flammam in ædes portate.
Helena, quid? quomodo se habent mea vaticinia?
Venit tuus maritus Menelaus, hic conspicuus,
Orbatus navibus, et tuo simulacro.

866. δεξαίμεθα.

depingendo ab historiæ fide non discessisse.

An huc pertinent faces circa Hecaten: Apollon. Rhod. III. 1215. *Musg.*

865. Θεῖον δὲ σεμνοῦ θεσμὸν] Tentabat Reiskius: θεῖόν τε, σεμνῶν θυσμὸν αἰθέρος μυχῶν, *et sulphur, suffumigatorem recessuum venerandorum aëris.* Vocis θυσμὸς nullum, pro more, auctorem citat, nec inveniri posse puto. Sed neque θεῖον *sulphur* hic significaverit, quippe arctissime cum θεσμὸν connectendum, quater ita adhibente Juliano Orat. V. σεμνοῦν θεσμὸν debet esse *ritum aliquem solenniter et justa gravitate peragere.* Verbum σεμνοῦν exstat Herodot. III. 16. *Musg.*

Θεῖον δὲ σεμνοῦ θεσμὸν] Σεμνοῦ, mediæ vocis verbi σεμνόω, vel σέμνου, activæ, significat, adornare aliquid augustius. Scaliger et Duportus legunt Θεῖον σέβου δὲ θεσμὸν, non æque bene, ut mihi quidem videtur. *Barnes.*

Heath. etiam θεῖον accipit de sulphure, et ad genit. μυχῶν supplet ἐκ, aut, si hæc ellipsis durior videatur, versu præced. legi jubet: Ἡγοῦ σύ μοι 'κφέρουσα. *Beck.*

Θεῖον δὲ] Ἐπίθετον τοῦτο θεῖον δέ. θεῖον λέγει, ᾧ καὶ Ὀδυσσεὺς παρ' Ὁμήρῳ χρώμενος θεειοῦται μέγαρον (Od. ψ'. 50.) ἦν δὲ αὐτὸ καὶ σύμβολον αἰθέρος διὰ τὸ εὐέξαπτον. *Scholiast.*

867. Σὺ δ' αὖ κέλευθον,] *Si quis,* hoc est, *ne quis forte profanus,* aut *scelerosus, viam sacræ Virgini calcandam impiaverit, igne sacro sufflaminatam lustrari jubet.* Proclus: Καὶ τῷ πάντα καθαίροντι πυρὶ παρήγγελσαι χρῆσθαι, μὴ ἐξ ἀκαθάρτου οἰκίας ληφθέντι. *Barnes.*

869. πυρός.] Legendum cum Reiskio: πάρος, *Et tædam terræ ante me impinge.* *Musg.*

Κροῦσον δὲ πεύκην,] De Ægyptiorum hoc more suffitus odoratos faciendi, piceisque tædis utendi, vide Cœlium Rho-

Ὦ τλῆμον, οἵους διαφυγὼν ἦλθες πόνους,
Οὐδ' οἶσθα νόστον οἴκαδ', εἴτ' αὐτοῦ μενεῖς·
Ἔρις γὰρ ἐν θεοῖς σύλλογός τε σοῦ πέρι
Ἔσται πάρεδρος Ζηνὶ τῷδ' ἐν ἤματι.
Ἥρα μὲν, ἥ σοι δυσμενὴς πάροιθεν ἦν,
Νῦν ἐστὶν εὔνους, κεἰς πάτραν σῶσαι θέλει
Ξὺν τῇδ', ἵν' Ἑλλὰς τοὺς Ἀλεξάνδρου γάμους,
Δώρημα Κύπριδος, ψευδονυμφεύτους μάθῃ·
Κύπρις δὲ νόστον σὸν διαφθεῖραι θέλει,
Ὡς μήτ' ἐλεγχθῇ, μηδὲ πριαμένη φανῇ

O miser, quibus laboribus vitatis, *huc* venisti,
Neque scis utrum sis domum reversurus, an vero hic mansurus.
Contentio enim inter deos, conciliumque de te
Stat convocatum hodie apud Jovem.
Juno quidem, quæ tibi hactenus inimica fuit,
Nunc est benevola, et vult te salvum ducere in patriam
Cum ista, ut Græcia nuptias Alexandri
Falsas cognoscat, donum Veneris.
Venus vero vult impedire tuum reditum,
Ne coarguatur, neque videatur emisse

digin. Antiq. Lection. Lib. XXIV. c. 22. *Barnes.*

Initio versus Reisk. legit: Κροῦσόν τε. *Beck.*

870. τὸν ἐμὸν] An significat auctor, hos ritus a Theonoa inventos fuisse? *Musg.*

872. Distinguo:

Ἑλένη τί τἀμὰ, πῶς ἔχει, θεσπίσματα;

ut sit duplex interrogatio, plane, ut Cyclop. v. 121. *Musg.*

874. μιμήματος.] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. MS. G. τιμήματος. Confer v. 73. *Musg.*

μιμήματος.] Recte Henr. Stephanus (cui inter multos bonos auctores plurimum debet Euripides) ex MSS. correxit τιμήματος in μιμήματος, ut dixit poëta supra v. 73. ὅσον μίμημ' ἔχεις Ἑλένης. *Barnes.*

875. οἵους] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. οἴκους. *Musg.*

Ὦ τλῆμον, οἵους διαφυγὼν ἦλθες πόνους.] Pro corrupto οἴκους recte itidem restituit nunquam satis laudatus Henricus Stephanus, cum alii in οὐ σοὺς corrupissent, de qua re vide illius notas ad Euripidem et præfationem ad easdem notas. *Barnes.*

876. νόστον] Lego νοστῶν, *rediens. Non nosti, te domum redire, an hic mansurus sis. Musg.*

Reisk. scribit νοστεῖς, *an rediturus sis.* Si vulgata servetur, monet, subintelligi debere μένεις. *Beck.*

878. Ἔσται] Legendum, ni fallor: εἶται, *considet.* Vox est Homero frequentata, qui tamen εἵαται et εἵατο scribit. Noster Bacch. v. 38. ἀνορόφοις εἶνται πέτραις. *Musg.*

882. ψευδονυμφεύτους] Recte ita ex Aldina restituit Barnesius. Editiones aliæ ψευδονυμφεύτου. *Musg.*

ψευδονυμφεύτους] Ita vetus Aldina editio, quam cur quis in hac parte in ψευδονυμφεύτου mutaret, non video; potius enim ad γάμους referri debet, quam ad Κύπριδος. Γάμοι autem ψευδονύμφευτοι dicuntur nuptiæ falso dictæ, cum revera, ex mente hujus Fabulæ, Paris nihil unquam cum Helena commune habuerit. *Barnes.*

Τὸ κάλλος, Ἑλένης οὕνεκ', ἀνονήτοις γάμοις.
Τέλος δ' ἐφ' ἡμῖν, εἴθ', ἃ βούλεται Κύπρις,
Λέξασ' ἀδελφῷ σ' ἐνθάδ' ὄντα διολέσω,
Εἴτ' αὖ μεθ' Ἥρας στᾶσα σὸν σώσω βίον,
Κρύψασ' ὁμαίμον', ὅς με προστάσσει τάδε
Εἰπεῖν, ὅταν γῆν τήνδε νοστήσας τύχῃς.
Τίς εἶσ' ἀδελφῷ τόνδε σημανῶν ἐμῷ
Παρόνθ', ὅπως ἂν τοὐμὸν ἀσφαλῶς ἔχῃ;
ἙΛ. Ὦ παρθέν', ἱκέτις ἀμφὶ σὸν πιτνῶ γόνυ,

Formæ *palmam*, Helenæ causa, inani connubio.
Summa vero *rei* penes me; sive, quod cupit Venus,
Perdam, te dicens fratri, quod hic sis:
Sive contra, cum Junone stans, servam vitam,
Celans fratrem illud, qui me jussit hoc
Significare *sibi*, quando *in* hunc agrum veneris.
Quis vadit fratri meo nunciaturus hujus
Adventum, ut *res* mea tuta sit?
Hel. O Virgo, cado supplex ad genua tua,

885. ὠνητοῖς γ. 887. ἀδελφῷ γ' ἐνθάδ'. 891. τίς εἶς; ἀδ. τ. σημανῶ γ' ἐμῷ.

884. πριαμένη — τὸ κάλλος,] *Emisse pulchritudinem*, i. e. palmam pulchritudinis. Sic εὐμορφίᾳ πραθεῖσα, Troad. v. 929. *Musg.*

885. ὠνητοῖς] Optime Piersonus ἀνονήτοις. Vere Paridi ἀνονήτοις, quod tota hæc Tragœdia docet, ne singula excitare opus sit. [cf. Orest. 1516.] *Musg.*

Reisk. censet, vitium non esse in ὠνητοῖς, sed in ἕνεκα, pro quo forte reponi possit κοινῇ. *Beck.*

886. Τέλος δ' ἐφ' ἡμῖν,] Subaudi ἐστιν. *Barnes.*

887. Reisk. scribit: ἀδελφῷ σ' ἐνθάδ' ὄντα. *Beck.*

889. Reisk. conjicit: προστάσσει πάλαι. *Beck.*

890. ὅταν γῆν τήνδε νοστήσας τύχῃς.] Hic νοστήσας pro simplici ἐλθών, ut supra observavimus ad hujus Fabulæ, v. 473. Vid. et Rhes. v. 424. ubi νόστος, reditus, simpliciter occurrit pro ἔλευσις, *adventus*, et νοστέω pro ἔρχομαι. Qui usus nec Homero ignotus, ut ibidem ostendi. *Barnes.*

891. Τίς εἶς; ἀδελφῷ τόνδε σημανῶ γ'— Ita Ed. Ald. quod Scaliger, recte mendosum judicans, sic emendandum conjiciebat:

τίς εἶσ' ἀδελφῷ τόνδε σημανῶν ἐμῷ —

Quis vadit fratri meo nunciaturus hujus adventum? Verum sic si locuta est Theonoë, immitis et inhumani ingenii fuerit necesse est. Quamobrem non dubito, quin verius emendaverit Reiskius:

τί φῄς; ἀδελφῷ τόνδε σημανῶ γ' —

Quid ais? An fratri meo indicabo hujus adventum? *Musg.*

Τίς εἶσ' ἀδελφῷ τόνδε σημανῶν ἐμῷ Παρόνθ',] Τίς εἶσι, τῷ ἀδελφῷ μου σημανῶν, τοῦτον, ἤγουν Μενέλεων, παρόντα; ὅπως ἐμοὶ μὴ ὀργίζηται ἀδελφὸς, τὸν ἐχθρὸν αὐτοῦ ἀποκρυπτέσῃ. Olim quum erat scriptum τίς εἶς; quis es? et σημανῶ γ', quo nihil in toto orbe frigidius; (quomodo enim illa, quæ probe omnia novit, et illum ut Menelaum jam diu esset allocuta, diceret tandem: *Quis es?* et continuo adderet, *ego illum*, quasi de tertia persona loqueretur, *fratri indicabo?*) solus divinus ille Jose-

Καὶ προσκαθίζω θᾶκον οὐκ εὐδαίμονα
Ὑπέρ τ' ἐμαυτῆς τοῦδέ θ', ὅν, μόλις ποτὲ
Λαβοῦσ', ἐπ' ἀκμῆς εἰμὶ κατθανόντ' ἰδεῖν·
Μή μου κατείπῃς σῷ κασιγνήτῳ πόσιν
Τόνδ' εἰς ἐμὰς ἥκοντα φιλτάτας χέρας·
Σῶσον δὲ, λίσσομαί σε· συγγόνῳ δὲ σῷ
Τὴν εὐσέβειαν μὴ προδῷς τὴν σήν ποτε,
Χάριτας πονηρὰς κἀδίκους ὠνουμένη.
Μισεῖ γὰρ ὁ θεὸς τὴν βίαν, τὰ κτητὰ δὲ

Et sedeo prope te miseram sessionem,
Pro me ipsa, et isto, quem vix tandem
Nacta, in ipso articulo discriminis sim, ut videam eum mori.
Ne dicas tuo fratri, meum maritum
Hunc venisse in meas charissimas manus.
Serva vero *ipsum*, oro te supplex, fratri vero tuo
Pietatem tuam ne prodas unquam,
Gratiam malam injustamque *tibi* comparans.
Odit enim Deus vim. Partas vero *res*

phus Scaliger veram lectionem vidit et in margine suo notabat. Adeo mentis acumine præ cæteris valebat. Quare ita locus iste exponendus; Quum jam divina mulier dixit, sibi a fratre in mandatis datum, ut Menelai adventum, quando contigerit, illico nuntiaret, subito ad servitium conversa exclamat: *Quis igitur vestrum currit fratri meo nuntiaturus, hunc jam, Menelaum videt. hic adesse?* Hoc autem videtur pia virgo in terrorem tantum dixisse; quia ipsa sibi statuerat, nihil injusti agere. *Barnes.*

896. ἐπ' ἀκμῆς εἰμὶ] In articulo discriminis. Proverbiale loquendi genus. De qua re vid. Erasmi Adag. *In acie Novaculæ:* Græce ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς. *Barnes.*

901. Χάριτας πονηρὰς] Χάριτας οὐκ ἄνευ ἀδικίας τῆς εἰς ἡμᾶς τῷ ἀδελφῷ χαριζομένας. *Barnes.*

Forte, πωλȣμένη, *non vendens gratificationes improbas et injustas.* *Reisk.*

902. Μισεῖ γὰρ ὁ θεὸς τὴν βίαν· τὰ κτητὰ δὲ κτᾶσθαι κελεύει πάντας, ȣκ εἰς ἁρπαγάς.] Hæc sententia ita fere a Pindaro exprimitur, Pyth. Od. 8. antistroph. et epod. 1. Κέρδος δὲ φίλτατόν γ', ἑκόντος εἴ τις ἐκ δόμων φέροι· Βία δὲ καὶ μεγάλαυχον ἔσφαλεν ἐν χρόνῳ. In quem locum vide Pindari interpretes et Johannem Benedictum hæc verba cum illo conferentem. Hunc locum egregium mehercule et omnium αἰσχροκερδίων animis altius infigendum ex Hugonis Grotii versione lectori exhibebo; quia probe novi ego, quos plurimi iniquiter suo jure privaverint, cum tamen oppressi illi nemini unquam male dixerint, aut optarint, at injuste sibi consulentes votis et miseratione prosecuti sunt; adeo illis non magnopere invident, ut eorum potius vices serio doleant, qui malis artibus aliorum innocentiæ insidiantur, honori autem suo et commodo, etiam cum animarum periculo, velificantur. Audiant illi, si Græce sapiant, Euripidem, imo, ne satis forte attendant, Grotium quoque, ita illos monentem: At tu nequaquam injurio *morem gerens Fratri, priorem prode Pietatem tuam; Malam atque iniquam Gratiam sic aucupans. Namque odit ipse Vim Deus; neque Divites nos esse Rapto, sed probe partis, cupit. Spernenda, si non jure veniat, Copia est Communis æther hominibus, tellus quoque; In qua ampliare cuique sic fas est Domum, Ut ab alienis rebus ac vi temperet.* Cum vero nullibi licet de quopiam male loqui, aut nomine eum notare; fas tamen hic

Κτᾶσθαι κελεύει πάντας, οὐκ ἐς ἁρπαγάς.
Ἐατέος δ' ὁ πλοῦτος, ἄδικος ὥς τις ὤν·
Κοινὸς γάρ ἐστιν οὐρανὸς πᾶσιν βροτοῖς
Καὶ γαῖ', ἐν ᾗ χρὴ δώματ' ἀναπληρουμένους,
Τἀλλότρια μὴ 'χειν, μηδ' ἀφαιρεῖσθαι βίᾳ.
Ἡμᾶς δὲ μακαρίως μὲν, ἀθλίως δ' ἐμοὶ,
Ἑρμῆς ἔδωκε πατρὶ σῷ σώζειν πόσει
Τῷδ', ὃς πάρεστι κἀπολάζυσθαι θέλει.
Πῶς οὖν θανὼν ἂν ἀπολάβοι; κεῖνος δὲ πῶς

Possidere jubet omnes, non per rapinas.
Omittendæ autem sunt divitiæ, injustæ existentes:
Commune enim est cœlum omnibus hominibus,
Et terra, in qua oportet implentes domos
Non habere aliena, neque auferre vi.
Me vero divino consilio, sed cum mea miseria,
Mercurius tradidit patri tuo, ut me servaret merito
Huic, qui adest et vult *me* recipere.
Quomodo igitur mortuus *me* recipiat? et quomodo ille

904. πλοῦτος, ἄδικός τις ὤν.

sit maxime, virum vere laudabilem honoris et gratitudinis causa nominare; qui et veri amans et æqui, ut doctrina nemini cedit, sic aperta et intrepida quadam φιλαληθείᾳ plurimis antecellit. Nomen certe Humphredi Gower, S. T. P. Collegii D. Johannis Cantabrigiæ præfecti, parum hinc laudis feret, huc afferet quamplurimum; quod et Euripidem et illius studiosos tam docto viro et integro placuisse literatus orbis aliquando audiverit. *Barnes.*

903. ἐς ἁρπαγάς.] Pro καθ' ἁρπαγάς. Sic ἐς ταυτὸ νόμισμα, Iphig. in Taur. v. 1472. ἐς ἀμβολὰς, Heraclid. v. 271. hujus fab. 1296. *Musg.*

Reisk. conjicit: κτᾶσθαι κελεύει, βάντας (vel στάντας) οὐκ ἐς ἁρπαγὰς, aut κτᾶσθαι κελεύει ζῶντας οὐκ ἐξ ἁρπαγᾶς, aut κτᾶσθαι κελεύει, πλουτοῦντας οὐκ ἐξ ἁρπαγᾶς. *Beck.*

904. Ἐατέος δ' ὁ πλοῦτος, ἄδικος ὥς τις ὤν·] *Vulgo deest* ὡς. *Por. Advers.*

δ' ὁ] Ita MS. E. In Ed. Ald. deest δ'.

ἄδικος] Metro succurrendum puto legendo ἔνδικος, quod minus certe frigidum, quam Barnesii ἔστ' ἄδικος. *Musg.*

Reisk. suspicatur: ἐατέος ὁ πλοῦτος ἀδίκους εἶναι θέλων, aut ἐατέος ὁ πλοῦτος, ὅ γ' ἀδίκοις τέχναις γεγὼς, aut, si Euripides de divitiis locutus sit, Barnesianam lectionem probandam esse monet. *Beck.*

906. Reisk. scribit: ἀνακληρουμένους, *sorte tributa tenentes. Beck.*

912. θανοῦσ',] Ed. Ald. θανοῦσιν. *Musg.*

913. Ἤδη] Ed. Ald. ἡ δή. Vir doctus in margine Aldinæ ᾗ δή. *Musg.*

Reisk. conjicit εἶ (pro ἴθι) δὴ, *i ergo. Beck.*

915. Legendum haud dubie cum Cantero:

βέλοιντ' ἂν, ἢ οὐ βούλοιντ' ἂν —

Quod dicit Barnesius, βέλοιντ' ἂν τὰ τῶν πέλας significare posse *cupiant, expetant aliorum bona*, Græce doctis vix, nisi auctore citato, probasset. *Musg.*

Βέλοιντ' ἂν, ἢ βέλοιντ' ἂν ἀποδοῦναι πάλιν.] Frustra hic, ut mihi videtur, Canterus Novar. Lection. Lib. VI. c. 19. et post illum Scaliger legunt: Βέλοιντ' ἂν, ἢ οὐ βέλοιντ' ἂν ἀποδοῦναι πάλιν, saltem nulla necessitate ita legunt; nam ut concedam,

Τὰ ζῶντα τοῖς θανοῦσιν ἀποδοίη ποτ᾽ ἄν;
Ἤδη τὰ τοῦ θεοῦ καὶ τὰ τοῦ πατρὸς σκόπει,
Πότερον ὁ δαίμων χὠ θανὼν τὰ τῶν πέλας
Βούλοιντ᾽ ἄν, ἢ οὐ βούλοιντ᾽ ἂν ἀποδοῦναι πάλιν.
Δοκῶ μέν. οὔκουν χρή σε συγγόνῳ πλέον
Νέμειν ματαίῳ, μᾶλλον ἢ χρηστῷ πατρί.
Εἰ δ᾽, οὖσα μάντις καὶ τὰ θεῖ᾽ ἡγουμένη,
Τὸ μὲν δίκαιον τοῦ πατρὸς διαφθερεῖς,
Τῷ δ᾽ οὐ δικαίῳ συγγόνῳ δώσεις χάριν,

Vivam mortuo huic reddat?
Quamobrem jam Dei numen, et patris *tui religionem* considera,
Utrum Deus, et ille mortuus, ea, quæ sunt aliorum,
Velint, an non velint reddere :
Equidem arbitror *reddituros.* Haud igitur oportet te fratri *tuo* plus
Tribuere stulto, potius quam bono patri.
Si vero, vates existens, et *rerum* divinarum interpres,
Justitiam quidem patris corrumpas,
Huic vero non justo fratri *tuo* gratificaberis,

912. θανοῦσ᾽ ἂν ἀποδοίη ποτέ. 915. ἢ βούλοιντ᾽ ἄν. 920. δώσεις δίκην.

nihil istam lectionem carmini officere, (sæpe enim supra probavimus apud Græcos η ante ȣ elidi, præcipue Orest. v. 590.) hoc tamen contendo, posse τὸ βȣ́λομαι per se accipi in priori loco, æque bene ac cum verbo in posteriori; hoc modo: σκόπει, πότερον ὁ Δαίμων χ᾽ ὡ θανὼν βȣ́λοιντ᾽ ἂν τὰ τῶν πέλας, ἤγȣν χρῄζοιεν, καὶ ἐπιθυμήσειαν αὐτῶν· ἢ βȣ́λοιντ᾽ ἂν αὐτὰ ἀποδοῦναι πάλιν. De hac vero et aliis τοῦ βούλομαι significationibus vid. Phavorin. Sed et Cantero sua laus non est deneganda: acute enim et sapienter hoc ipsum cum multis aliis nobis notavit, sed hoc, ut dixi, nulla omnino necessitate; cum βȣ́λομαι simpliciter ac per se capi potest, æque bene ac cum verbo, vel accusativo; ut satis omnibus liquet. *Barnes.*

ἢ ȣ̓ βȣ́λοιντ᾽ probavit Abresch. ad Æschyl. I. p. 92.

Reisk. reponit: ἢ ȣ̓ βȣ́λοιντ᾽ αὖ ἀποδοῦναι. *Beck.*

916. s. πλέον Νέμειν] Sic ἧσσον νέμȣσ᾽, Suppl. v. 389. πλέον νεῖμαι τῷ πονηρῷ, Plut. Op. Mor. p. 249. *Musg.*

916. s. οὔκουν χρή σε συγγόνῳ πλέον
Νέμειν ματαίῳ μᾶλλον ἢ χρηστῷ πατρί.

Recte Musgravius post ματαίῳ distinguit. Πλέον νέμειν enim pro uno verbo habendum est. Vide Markland. in Suppl. v. 389. Valcken. in Diatr. p. 77. C. Mox vulgatur:

Τὸ μὲν δίκαιον τοῦ πατρὸς διαφθερεῖς
Τῷ δ᾽ οὐ δικαίῳ συγγόνῳ δώσεις δίκην.

Hæc procul dubio in mendo cubant. Quid enim, quæso, δοῦναι δίκην hoc loco significare potest? Corrige sodes:

τῶν δ᾽ οὐ δικαίων συγγόνῳ δώσεις τυχεῖν.

Patris tui justitiam flocci faciens fratrem injustæ lubidinis compotem facies. Vides quam facile τυχεῖν in δίκην permutari potuerit. *Jacobs.*

917. Confert Brodæus loca quædam Veterum, in quibus μᾶλλον cum adjectivo comparativi gradus conjungitur, ut μᾶλλον ἑτοιμότερον, μᾶλλον ὀλβιώτερον. Sed alia hujus loci ratio est. Distinguendum enim post ματαίῳ, unde πλέον et μᾶλλον eodem commate non comprehendentur. *Musg.*

918. ἡγουμένη,] *Gubernans, ordinans.*

Αἰσχρὸν, τὰ μέν σε θεῖα πάντ' ἐξειδέναι,
Τά τ' ὄντα καὶ μὴ, τὰ δὲ δίκαια μὴ εἰδέναι.
Τὴν δ' ἀθλίαν ἔμ', οἷσιν ἔγκειμαι κακοῖς,
Ῥῦσαι, πάρεργον δοῦσα τοῦτο τῆς τύχης·
Ἑλένην γὰρ οὐδεὶς ὅστις οὐ στυγεῖ βροτῶν·
Ἣ κλῄζομαι καθ' Ἑλλάδ' ὡς, προδοῦσ' ἐμὸν
Πόσιν, Φρυγῶν ᾤκησα πολυχρύσους δόμους.
Ἢν δ' Ἑλλάδ' ἔλθω κἀπιβῶ Σπάρτης πάλιν,
Κλύοντες, εἰσιδόντες, ὡς τέχναις θεῶν
Ὤλοντ', ἐγὼ δὲ προδότις οὐκ ἄρ' ἦν φίλων,
Πάλιν μ' ἀνάξουσ' ἐς τὸ σῶφρον αὖθις αὖ,
Ἑδνάσομαί τε θυγατέρ', ἣν οὐδεὶς γαμεῖ,

Turpe *fuerit*, te omnia quidem divina cognoscere,
Et ea, quæ sunt, et quæ non sunt, justa vero nescire.
Me vero miseram *ex* malis, in quibus versor,
Libera, hoc negotio accessionem dans;
Nullus enim mortalium *est*, qui non oderit Helenam;
Quæ in Græcia dicor prodens meum
Maritum habitâsse in opulentis ædibus Phrygum.
Quod si *in* Græciam venero, et rediêro Spartam,
Audientes, *et* videntes, quod *ipsi* dearum dolis
Periêrint, ego vero non fuerim proditrix amicorum,
Referent me iterum in parem pudicitiæ laudem:
Et dotatam elocabo filiam, quam nullus *nunc* ducit:

923. Τήν τ' ἀθλ. 931. αὖθις ἄν.

Sic τὰς τύχας ἡγούμενος, Suppl. v. 237. vide supra ad v. 870. *Musg.*

920. δώσεις δίκην,] Optime Reiskius δώσεις χάριν, ut et Tyrwhittus, confirmans ex Theonoës responso, v. 999.

— οὐδὲ συγγόνῳ χάριν
δοίην ἄν, ἐξ ἧς δυσκλεὴς φανήσομαι.

Pro vulgata facit δίκας τ' ἀδίκοισι δίδωσιν, Theogn. 45. *Musg.*

Leg. συγγόνῳ προδόσεις δίκην, aut δώσεις χάριν. *Reisk.*

922. δίκαια — εἰδέναι.] *Justitiam colere. Scire* enim Græcis non raro idem valet, quod *exercere.* Hom. Odyss. φ'. v. 26.

— μεγάλων ἐπιΐστορα ἔργων.

Soph. Electr. v. 610.

— τῶνδε τῶν ἔργων ἴδρις.

Idem Antigon. v. 307.

καὶ παντὸς ἔργου δυσσέβειαν εἰδέναι.

Simonides apud Plutarchum de Herodoti malign.

παντοίης ἀρετῆς ἴδριες ἐν πολέμῳ.

Musg.

τὰ δὲ δίκαια μὴ εἰδέναι.] Hic τὸ μὴ ante εἰδέναι eliditur, vel simul coalescit, ut sæpe ante observavimus, videl. ad Orest. v. 590. Phœniss. v. 1192. Hippolyt. v. 49. Andromach. v. 241. et 253. et 624. etc. *Barnes.*

Τὴν δ' ἐνθάδ' ἐκλιποῦσ' ἀλητείαν πικρὰν,
Ὄντων ἐν οἴκοις χρημάτων ὀνήσομαι.
Κεἰ μὲν θανὼν ὅδ' ἐν πυρᾷ κατεσφάγη,
Πρόσω σφ' ἀπόντα δακρύοις ἂν ἠγάπων·
Νῦν δ' ὄντα καὶ σωθέντ' ἀφαιρεθήσομαι.
Μὴ δῆτα, παρθέν', ἀλλά σ' ἱκετεύω τόδε·
Δὸς τὴν χάριν μοι τήνδε, καὶ μιμοῦ τρόπους
Πατρὸς δικαίου· παισὶ γὰρ κλέος τόδε
Κάλλιστον, ὅστις ἐκ πατρὸς χρηστοῦ γεγὼς,
Ἐς ταυτὸν ἦλθε τοῖς τεκοῦσι τοὺς τρόπους.
ΘΕ. Οἰκτρὸν μὲν οἱ παρόντες ἐν μέσῳ λόγοι,
Οἰκτρὰ δὲ καὶ σύ. τοῦ δὲ Μενέλεω ποθῶ

Et relinquens hanc acerbam errationem hic,
Fruar opibus, quas domi habeo.
Et si quidem hic mortuus in pyra compositus fuisset,
Lacrymis prosequerer eum procul absentem;
Nunc vero spoliabor vivo, et salvo.
Ne igitur, O virgo, *facias;* sed hoc te supplex rogo;
Tribue mihi beneficium hoc, et imitare mores
Justi patris; hæc enim liberis *est* gloria
Pulcherrima, quicunque ex bono patre nati
Eosdem mores habent, quos parentes.
The. Digna quidem sunt commiseratione quæ jam dixisti:
Sed et tu quoque miserabilis. Desidero tamen Menelai

940. παιδὶ γάρ.

927. Φρυγῶν· ᾤκησα] Ita MS. E. Ed. Ald. Φρυγῶν τ' ᾤκησα. *Musg.*

Heath. legebat Φρυγῶν γ'—. *Beck.*

930. Etym. M. p. 430, 15. habet hinc ista: Ἐγὼ δὲ προδότης οὐκ ἤμην τέκνων, unde Pierson. ad Moer. p. 172. pro ἄρ' ἦν reponit ἤμην. *Beck.*

931. αὖθις ἂν,] Cantero placet αὖθις αὖ, quod ferri posset, nisi præcederet πάλιν. Nunc vide, annon melius sit: εἰς τὸ σῶφρον αὖθ' ἴσην.

αὖθις ἂν,] Canterus et Scaliger αὖ pro ἂν legunt. *Barnes.*

Reisk. et Heath. cum Cantero faciunt. *Beck.*

935. ἐν πυρᾷ] MS. E. εἰς πυράν. Sed εἰς πυρὰν σφάζεσθαι captivorum plerumque sors erat. Plato: ζωγρηθέντων σφαγὰς εἰς τὴν πυρὰν, p. 612. Ed. Ficin. De hoc autem Helena non videtur cogitasse. Non dubito, quin vere correxerit Reiskius:

— ἐν πυρᾷ κατεστάλη.

In rogo compositus fuisset. *Musg.*

Si κατεσφάγη retineatur, Reisk. legendum putat: καὶ μὴν εἰ ἔθανεν ὅδ', ἢ 'ν δορὶ κατεσφάγη, *atqui si aut placida morte, aut in bello obtruncatus periisset.* *Beck.*

936. Σφ' ἀπόντα] Σφὲ pro αὐτὸν, vide Iphig. Taur. v. 743. *Barnes.*

Reisk. conjicit: δακρύουσ' ἂν ἠγάπων, aut δακρύοις ἂν ἐνηγάπων. *Beck.*

939—942. Apud Stob. Grot. LXXXIX. p. 361. *Burn.*

940. Stob. loc. cit. παισί. *Burn.*

Λόγους ἀκοῦσαι, τίνας ἐρεῖ ψυχῆς πέρι.
ΜΕ. Ἐγὼ σὸν οὔτ' ἂν προσπεσεῖν τλαίην γόνυ,
Οὔτ' ἂν δακρῦσαι βλέφαρα· τὴν Τροίαν γὰρ ἂν,
Δειλοὶ γενόμενοι, πλεῖστον αἰσχύνοιμεν ἄν.
Καίτοι λέγουσιν, ὡς πρὸς ἀνδρὸς εὐγενοῦς,
Ἐν ξυμφοραῖσι δάκρυ' ἀπ' ὀφθαλμῶν βαλεῖν.
Ἀλλ' οὐχὶ τοῦτο τὸ καλὸν, εἰ καλὸν τόδε,
Αἱρήσομαι τοπρόσθε τῆς εὐψυχίας.

Sermonem audire, quem dicturus est de vita.
Men. Ego neque sustinebo procidere ad tua genua,
Neque lacrymis rigare palpebras: nam res ad Trojam gestas
Valde dedecorarem, si timidus essem.
Quanquam dicunt, quod sit generosi viri,
In adversis rebus lacrymas ab oculis emittere:
Sed nequaquam hoc honestum, *modo* hoc honestum sit,
Sequar, potius quam fortitudinem.

952. τῆς εὐδαιμονίας.

942. τοὺς τρόπους.] Malim τοῦ τρόπου. *Musg.*

Reisk. mavult: τοῖς τρόποις, i. e. ἐν τοῖς τρ. aut τοῦ τρόπου, aut τῶν τρόπων. *Beck.*

943. Οἰκτρὸν] Non male Æm. Portus οἰκτροί. *Musg.*

946. Reisk. suspicatur, legendum esse Οὔτ' αὖ, nam repeti τλαίην, quod positum censet aut pro τλαίη, ν illo superfluo, aut pro τλαίησαν, *neque rursus sustinent oculi mei plorare.* Nam βλέφαρα esse nominativum. *Beck.*

946. ss. Ἐγὼ σὸν οὔτ' ἂν προσπεσεῖν τλαίην γόνυ,
οὔτ' ἂν δακρῦσαι βλέφαρα· τὴν Τροίαν γὰρ ἄν,
δειλοὶ γενόμενοι, πλεῖστον αἰσχύνοιμεν ἄν.
καί τοι λέγουσιν, ὡς πρὸς ἀνδρὸς εὐγενοῦς,
ἐν ξυμφοραῖσι δάκρυ' ἀπ' ὀφθαλμῶν βαλεῖν.
ἀλλ' οὐχὶ τοῦτο τὸ καλὸν, εἰ καλὸν τόδε,
αἱρήσομαι τοπρόσθε τῆς εὐδαιμονίας.

Vitium, quo ultimus horum versuum turpatur, non fugit Canteri perspicacitatem, qui Barnesio assentiente — τὸ πρόσθε τῆσδ' ἀδημονεῖν, reponendum suspicabatur: *coram Helena animo nolim concidere.* Verum de ἀδημονίᾳ hoc loco non agitur; id quod Menelaus se vitare velle dicit, ταπεινότης est, quam sibi, puto, nec præsente nec absente Helena exprobrari volet. Dicendi autem ratio, quod fugisse videtur Canterum, eadem est, quæ in nostri Rhadam. fr. II. οἱ δ' αἰσχρὰ κέρδη πρόσθε τοῦ καλοῦ βροτῶν Ζητοῦσι. et in Heraclid. v. 57. οὐ γάρ τις ἐστιν, ὃς πάροιθ' αἱρήσεται Τὴν σὴν ἀχρείαν δύναμιν ἀντ' Εὐρυσθέως. Multo itaque probabilior est Tyrwhitti emendatio

τοπρόσθε τῆς εὐψυχίας.

in qua nos hoc tantum moratur, quod a vulgatæ scripturæ ductibus paulo longius abest. Mihi semper scribendum videbatur, eodem sensu, minori mutatione:

τοπρόσθε τῆς εὐανδρίας.

Jacobs.

947. τὴν Τροίαν γὰρ ἄν, — πλεῖστον αἰσχύνοιμεν ἄν.] De duplici ἂν in una eademque clausula satis frequenter nos supra monuimus, vid. Hecub. v. 559. et v. 1182. Orest. v. 703. Alcest. v. 96. Heraclid. v. 180, etc. *Barnes.*

949. ὡς πρὸς ἀνδρὸς εὐγενοῦς,] Πρὸς ἀνδρός ἐστι. *viro convenit.* Aristophan. in Plut. v. 355. τόδ' ἂν δεδοικέναι

Ἀλλ' εἰ μὲν ἄνδρα σοι δοκεῖ σῶσαι ξένον,
Ζητοῦντά γ' ὀρθῶς ἀπολαβεῖν δάμαρτ' ἐμὴν,
Ἀπόδος τε καὶ πρὸς σῶσον· εἰ δὲ μὴ δοκεῖ,
Ἐγὼ μὲν οὐ νῦν πρῶτον, ἀλλὰ πολλάκις,
Ἄθλιος ἂν εἴην, σὺ δὲ γυνὴ κακὴ φανεῖ.
Ἃ δ' ἄξι' ἡμῶν καὶ δίκαι' ἡγούμεθα,
Καὶ σῆς μάλιστα καρδίας ἀνθάψεται,
Λέξω τόδ' ἀμφὶ μνῆμα σοῦ πατρὸς πόθῳ.

Sed siquidem tibi videtur virum peregrinum servare,
Et qui quærit juste recipere suam uxorem,
Redde, et insuper, serva *nos*: si vero non videtur,
Ego quidem non nunc primum, sed sæpius
Miser fuerim, tu vero videberis injusta mulier.
Quæ autem digna *sunt* nobis, et quæ justa ducimus,
Et *quæ* tuum cor maxime pungent,
Dicam ad monumentum hoc patris tui desiderio;

πρὸς ἀνδρὸς οὐδὲν ὑγιὲς ἐστ' εἰργασμένου.

Egerunt de hac virtute præpositionis πρὸς, qua *officium* indicat, Brunck. V. Ill. in Indice Sophocl. et Abresch. Animad. in Æsch. Lib. II. p. 319. *Jacobs.*

952. Αἱρήσομαι τὸ πρόσθε] Redundat τὸ, ut apud Arrianum ὑποστρέψας τὸ ἔμπαλιν, p. 7. Ed. Gronov. τὸ πρόσω ἐλθεῖν, p. 302.

In voce εὐδαιμονίας latet aliquid, quod Menelaus malle se profitetur, præ lacrymis et mollitie. Placet a Tyrwhitto monstratum εὐψυχίας, quod primo in εὐτυχίας transiisse putat, deinde illud in εὐδαιμονίας. *At honestum hoc, modo lacrymæ honesti aliquid habeant, non sectabor præ fortitudine. Musg.*

Αἱρήσομαι τὸ πρόσθε τῆς εὐδαιμονίας] Canterus legendum vult: τὸ πρόσθε τῆσδ' ἀδημονεῖν, *coram hac*, i. e. *Helena, animo concidere*, optime, si mihi credis; adeo ut vix mihi temperare possim, quin in textum hanc lectionem admittam. Scaliger paulo violentius legit: αἱρησόμεσθα, πρόσθε τῆς ἐν δαιμονῆς. Duportus: ἐνδημονεῖν, per oscitantiam, ut puto, cum ἀδημονεῖν in animo haberet. Ἐνδημεῖν enim quum exstet, ἐνδημονεῖν nullibi reperitur. *Barnes.*

Reisk. conjicit: αἱρήσομαι (scil. ἀντὶ) τῆς πρόσθεν εὐδαιμονίας, *nolim plorare, etiamsi omni mea pristina felicitate in præmium proposita.* metrum non esse curandum; si quem tamen hoc turbet, legere posse τῆς πρόσθ' ἐμῆς εὐπραξίας.

εὐκαρδίας, aut εὐψυχίας, reponit Heath. *Beck.*

954. Leg. ζητοῦντά μ' ὀρθῶς, aut alias pro ἐμὴν leg. erit ἑήν. *Reisk.*

956. Vid. Med. 447. *Burn.*

960. Λέξω, τάδ'.] Legendum cum Tyrwhitto:

λέξω, τόδ' ἀμφὶ μνῆμα, τοῦ πατρὸς πόθῳ.

Musg.

Pro πόθῳ Heath. mavult πιτνῶν, Reisk. σποδῷ, *dicam hoc ad patris tui cineres, apud sepulcrum ejus.*

πόθῳ.] Jacobs Spec. Em. p. 13. hæc adscripsit: Hæc Menelai ad Theonoam, Protei filiam verba, quibus minitatur, se a patre ejus Helenam petituram esse, in ultima voce corrupta sunt. Scaliger pro πόθῳ scribi volebat πότε; quod si vel sensui satisfaceret, nunquam tamen ab Euripidis manu proficisci potuisset. Equidem valde suspicor tragicum dedisse:

Λέξω τάδ', ἀμφὶ μνῆμα, σοῦ πατρὸς σποδῷ."

Litteram initialem σ periisse facile censet ob præcedens πατρός. *Beck.*

Λέξω τόδ' α. μν.] Ἀθανασίαν ψυχῆς δοξάζει ὁ Εὐριπίδης. *Scholiast.*

Ὦ γέρον, ὃς οἰκεῖς τόνδε λάϊνον τάφον,
Ἀπόδος, ἀπαιτῶ τὴν ἐμὴν δάμαρτά σε,
Ἣν Ζεὺς ἔπεμψε δεῦρό σοι, σώζειν ἐμοί.
Οἶδ', οὕνεχ' ἡμῖν οὔ ποτ' ἀποδώσεις θανών·
Ἀλλ' ἥδε πατέρα νέρθεν ἀνακαλουμένον
Οὐκ ἀξιώσει τὸν πρὶν εὐκλεέστατον
Κακῶς ἀκοῦσαι· κυρία γάρ ἐστι νῦν.
Ὦ νέρτερ' Ἅιδη, καὶ σὲ σύμμαχον καλῶ,
Ὃς πόλλ' ἐδέξω τῆσδ' ἕκατι σώματα,
Πεσόντα τῷ 'μῷ φασγάνῳ, μισθὸν δ' ἔχεις·
Ἢ νῦν ἐκείνους ἀπόδος ἐμψύχους πάλιν,
Ἢ τήνδ' ἀνάγκασόν ποτ', εὐσεβοῦς πατρὸς
Κρείσσω φανεῖσαν, τἀμά γ' ἀποδοῦναι λέχη.
Εἰ δέ με γυναῖκα τὴν ἐμὴν συλήσετε,
Ἅ σοι παρέλιπεν ἥδε τῶν λόγων, φράσω.
Ὅρκοις κεκλήμεθ', ὡς μάθῃς, ὦ παρθένε,

O senex, qui habitas hoc lapideum sepulchrum,
Rego te, ut mihi meam uxorem reddas,
Quam Jupiter huc misit tibi, ut mihi servares.
Scio quod nobis nunquam reddes *hanc* mortuus:
Sed hæc patrem sub terra invocatum,
Qui antea fuit gloriosissimus, non sinet
Male audire: nam ipsa nunc habet hanc rem in potestate *sua*.
O inferne Pluto, etiam te adjutorem invoco,
Qui multa corpora propter hanc accepisti,
Quæ ceciderunt meo gladio, et habes mercedem:
Aut nunc illos redde vivos,
Aut coge tandem hanc, patre pio
Præstantiorem, *mihi* meam uxorem reddere.
Quod si me mea conjuge spoliaveritis,
Quas hæc præteriit rationes, *eas* tibi dicam.
Jurejurando tenemur obstricti, ut scias, virgo,

964. ἀποδώσεις] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. ἀπολέσεις. *Musg.*

972. ἀνάγκασόν ποτ',] Barnesii emendatio est. Ed. Ald. ἀνάγκασόν γ'. *Musg.*
Reisk. loco ποτ' suppleri potius vult τοῦ, aut μοι. *Beck.*

973. τἀμά γ'] Ed. Ald. τἀμ'. *Musg.*

975. τῶν λόγων,] MS. E. τῷ λόγῳ. *Musg.*

979. μὴ πόδ'] Sic Edd. recent. auctore Brodæo. Ed. Ald. μή ποτ'. *Musg.*

980. θηρᾷ] Ita Edd. recent. nec variat MS. E. Ed. Ald. θηρᾶν. *Musg.*

982. Πρὸς ἧπαρ ὦσαι δίστομον ξίφος τόδε,]

Πρῶτον μὲν ἐλθεῖν διὰ μάχης σῷ συγγόνῳ·
Κἀκεῖνον, ἢ 'μὲ, δεῖ θανεῖν· ἁπλοῦς λόγος.
Ἢν δ' ἐς μὲν ἀλκὴν μὴ πόδ' ἀντιθῇ ποδὶ,
Λιμῷ δὲ θηρᾷ τύμβον ἱκετεύοντε νῷ,
Κτανεῖν δέδοκται τήνδ' ἐμοὶ, κἄπειτ' ἐμὸν
Πρὸς ἧπαρ ὦσαι δίστομον ξίφος τόδε,
Τύμβου 'πὶ νώτοις τοῦδ', ἵν' αἵματος ῥοαὶ
Τάφου καταστάζωσι· κεισόμεσθα δὲ
Νεκρὼ δύ' ἑξῆς τῷδ' ἐπὶ ξεστῷ τάφῳ,
Ἀθάνατον ἄλγος σοὶ, ψόγος δὲ σῷ πατρί.
Οὐ γὰρ γαμεῖ τήνδ' οὔτε σύγγονος σέθεν,
Οὔτ' ἄλλος οὐδείς· ἀλλ' ἐγώ σφ' ἀπάξομαι,
Εἰ μὴ πρὸς οἴκους δυνάμεθ', ἀλλὰ πρὸς νεκρούς.
Τί ταῦτα; δακρύοις ἐς τὸ θῆλυ τρεπόμενος,
Ἐλεεινὸς ἦν ἂν μᾶλλον, ἢ δραστήριος.
Κτεῖν', εἰ δοκεῖ σοι· δυσκλεῶς γὰρ οὐ κτενεῖς.

Primum quidem dimicare cum tuo fratre;
Et illum, vel me, oportet mori. Simplex oratio *est.*
Si vero in pugna pedem pedi non opponat,
Fame vero nos *ad* tumulum supplices expugnare conetur,
Decrevi hanc interficere, et deinde meum
Ad hepar adigere gladium hunc ancipitem,
Hujus sepulchri supra dorsum, ut sanguinis fluxus
Destillent in sepulchrum: jacebimus autem
Mortui ambo ordine supra hoc politum sepulcrum,
Perpetuus dolor tibi, et probrum patri tuo.
Non enim ducet hanc neque frater tuus,
Nec alius quisquam: sed ego abducam eam,
Si non possum domum, saltem ad mortuos.
Quid ista *dico?* Si ad fœmineam *mollitiem* lacrymis me converterem,
Miserandus essem potius, quam strenuus.
Interfice, si videtur tibi: non enim inglorium *me* interficies.

Nonnulli *δίστομος* a *δὶς* et *τέμνω* deducunt, non forsitan inepte, sed tunc *διστόμος* scribendum, ut *διχοτόμος, bifariam secans;* sed quum hoc non fiat, et etiam *ὀξύστομος* de gladio dicitur, apparet, a themate *στόμα* etiam et hoc oriri. *Στόμα* autem *κατ' ἀναλογίαν τινὰ* et figurate de gladio dicitur ab optimis auctoribus Græcis, ut et פה apud Hebræos analogice pro *acie* ferri, quæ modo quodam est illius *os*, quod mordet et sanguinem haurit. Homerus Iliad. *κ'.* v. 8. — *πολέμοιο μέγα στόμα πευκεδανοῖο.* Quin Euripides Supplic. v. 1216. *Ὀξύστομον μάχαιραν ἐς γαίας μυ-*

Μᾶλλόν γε μέντοι τοῖς ἐμοῖς πείθου λόγοις,
Ἵν' ἦς δικαία, καὶ δάμαρτ' ἐγὼ λάβω.
ΧΟ. Ἐν σοὶ βραβεύειν, ὦ νεᾶνι, τοὺς λόγους.
Οὕτω δὲ κρῖνον, ὡς ἅπασιν ἁνδάνης.
ΘΕ. Ἐγὼ πέφυκά τ' εὐσεβεῖν καὶ βούλομαι·
Φιλῶ τ' ἐμαυτὴν, καὶ κλέος τοὐμοῦ πατρὸς
Οὐκ ἂν μιάναιμ', οὐδὲ συγγόνῳ χάριν
Δοίην ἂν, ἐξ ἧς δυσκλεὴς φανήσομαι.
Ἔνεστι δ' ἱερὸν τῆς δίκης ἐμοὶ μέγα
Ἐν τῇ φύσει· καὶ τοῦτο Νηρέως πάρα

Potius vero obtempera meis verbis
Ut sis justa, et ego accipiam *meam* conjugem.
Cho. In te *est*, O puella, judicare litem.
Sic autem judica, ut omnibus placeas.
The. Ego sic sum a natura instituta, ut amem pietatem, idque volo:
Amoque me ipsam, et gloriam mei patris
Non polluam, neque fratri gratiam
Tribuam, ex qua possim infamis videri.
Magnum enim sacellum justitiæ mihi inest
In natura: et hoc a Nereo

χοὺς Κρύψον παρ' αὐτὰς ἑπτὰ πυρκαϊὰς νεκρῶν. Utrumque Testamentum hac forma utitur, ut Judic. c. xviii. v. 27. Καὶ ἐπάταξαν αὐτοὺς ἐν στόματι ῥομφαίας. Ibid. c. xx. v. 37. et 48. et c. xxi. v. 10. et 1 Sam. c. xxii. v. 19. et 2 Sam. c. xv. v. 14. Item D. Lucæ c. xxi. v. 24. Καὶ πεσοῦνται στόματι μαχαίρας, &c. *Barnes.*

988. σφ' ἀπάξομαι,] Hic iterum σφὲ vides pro αὐτὸν in singulari, ut supra v. 936. *Barnes.*

991. ἦν ἂν] Ita MS. E. ut legendum monuerat Canterus. In Ed. Ald. deest ἂν. *Musg.*

Ἐλεεινὸς εἴην μᾶλλον,] Quum olim ἦν legebatur, syllaba deficiente, Canterus putabat, ἂν deesse post ἦν, Scaligerum autem hic sequi malo, qui εἴην legit pro ἦν. Alii ἦν γε substituunt. *Barnes.*

992. δυσκλεῶς] Barnesius in margine δυσκλεᾶ. *Musg.*

Pro οὐ Reisk. scribit οὖν. *Beck.*

1001. s. ἱερὸν — Ἐν τῇ φύσει.] Plutarchus de Amore fraterno: ἐν νῷ πώποτε τὴν φύσιν, ὡς ἁγιώτατον καὶ μέγιστον ἱερὸν, λαβόντος. Statius Lib. III. v. 247. *mentis sacraria nostræ Testor.* Confer et Demosthen. contra Aristogiton. p. 477. Ed. Taylor.

Synes.: μὴ μολύνῃ τὸν ἁγιώτατον νεὼν, τὸν νοῦν σοῦ τὸν ἱερόν. Ep. 151. *Musg.*

Ἔνεστι δ' ἱερὸν τῆς Δίκης ἐμοὶ μέγα Ἐν τῇ φύσει·] Magnum enim *mihi templum Justitiæ in natura* mea erigitur. Divinus hic noster poëta nunc iterum divinioribus nostris literis aliquid commune loquitur; ita enim D. Apostolus, 1 Corinth. c. vi. v. 19. Ἢ οὐκ οἴδατε, ὅτι τὸ σῶμα ὑμῶν ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου Πνεύματός ἐστιν; *Barnes.*

Ἔνεστι δ' ἱερὸν τῆς Δίκης ἐμοὶ μέγα
Ἐν τῇ φύσει.

Hanc sententiam sæpius sibi in scena auditam Demosthenes in usum suum transtulit. c. Aristog. I. p. 487. Καὶ Δικὴς γε — καὶ Αἰδοῦς εἴσιν ἅπασιν ἀνθρώποις βώμοι, οἱ μὲν κάλλιστοι καὶ ἁγνώτατοι ἐν αὐτῇ τῇ ψυχῇ ἑκάστου καὶ τῇ φύσει. *Jacobs.*

1002. s. καὶ τοῦτο Νηρέως πάρα Ἔχουσα,]

Ἔχουσα, σώζειν Μενέλεων πειράσομαι.
Ἥρα δ' ἐπείπερ βούλεταί σ' εὐεργετεῖν,
Ἐς ταὐτὸν οἴσω ψῆφον· ἡ Κύπρις δέ μοι
Ἵλεως μὲν εἴη, συμβέβηκε δ' οὐδαμοῦ·
Πειράσομαι δὲ παρθένος μένειν ἀεί.
Ἃ δ' ἀμφὶ τύμβῳ τῷδ' ὀνειδίζεις πατρὶ,
Ἡμῖν ὅδ' αὔτὸς μῦθος· ἀδικοίημεν ἂν,
Εἰ μὴ 'ποδώσω· καὶ γὰρ ἂν κεῖνος βλέπων
Ἀπέδωκεν ἄν σοὶ τήνδ' ἔχειν, ταύτῃ δὲ σέ.
Καὶ γὰρ τίσις τῶνδ' ἐστὶ τοῖς τε νερτέροις,

Habens, conabor Menelaum servare.
Quando autem Juno vult tibi benefacere,
Eodem calculum feram, Venus vero mihi
Propitia quidem sit: nusquam tamen ullum commercium illa mecum habuit:
Conabor enim semper manere virgo.
Quæ vero ad hoc sepulchrum exprobrâsti patri *meo*,
Idem et ipsa dico: *nam* injuste facerem,
Si non redderem. Ille enim vivens
Reddidisset tibi hanc, ut haberes, et huic te:
Vindicta enim est horum et apud mortuos,

1009. αὐτὸς   1011. τήν γ'

De Nerei veracitate vid. supra ad v. 15. *Barnes.*

1004. Ἥρα δ'] Barnesius in margine Ἥρα. *Musg.*

1005. ἡ Κύπρις] Ita verissime Canterus. Ed. Ald. ἡ Χάρις, quod Venerem significare posse contendit, sed frustra, Barnesius. Lucianus Dialog. Deorum: Ἥφαιστον — τὰς καλλίστας γεγαμηκέναι, τήν τε Ἀφροδίτην καὶ τὴν Χάριν. *Musg.*

ἡ χάρις δ' ἐμοὶ] Canterus putat, Κύπρις legendum; quanquam et ipse fateatur, χαρίζεσθαι ad res Venereas referri, et ἄχαρις pro ἀναφρόδιτος a Sapphone de puella illepida dici. Vid. Canter. Novar. Lection. Lib. VI. c. 19. Scaliger legit: ἢ χωρίς γ' ἐμοῦ (Ἵλεως μὲν εἴη) συμβέβηκε δ' οὐδαμοῦ. Nequaquam illepide, neque parum acute, in hunc nempe sensum: *Quoniam Juno tibi vult benefacere, ego eodem cum illa calculum feram; quæ quidem Juno (Propitia sit mihi magna loquenti, quum sint vera) absque meo suffragio, nihil omnino efficiet.* Et ego sane hanc Scaligeri sententiam forsan lubens amplecterer, nisi refragaretur verbum συμβέβηκε, quod in hunc sensum commode torqueri nequit, et versus proxime sequens de venere jam illam loqui probat. Miror autem, ingeniosum hominem, Canterum, loco prædicto dubitare, an (Χάρις pro Κύπρις) ea dicendi figura possit hoc loco tolerari, cum omnino hoc in loco ita dicendum convenit κατ' εὐφημισμὸν, neque novum est, *Venerem,* Gratiarum reginam et matrem, emphatice Χάριτα et Gratiam dici: Coluthus enim illam χαρίτων βασίλειαν vocat. Quod moneo tantum, ne quis, magni illius viri metum metuens, de hujus vocis auctoritate dubitet. *Barnes.*

1006. συμβεβήκοι] In Opt. legit Reisk. *nunquam contingat mihi rem cum Venere ullam communem esse. Beck.*

1009. s. Reisk. et Heath. reponunt:

Καὶ τοῖς ἄνωθεν πᾶσιν ἀνθρώποις. ὁ νοῦς
Τῶν κατθανόντων ζῇ μὲν οὔ, γνώμην δ' ἔχει
Ἀθάνατον, εἰς ἀθάνατον αἰθέρ' ἐμπεσών.
Ὡς οὖν περαίνω μὴ μακρὰν, σιγήσομαι,
Ἅ μου καθικετεύσατ', οὐδὲ μωρίᾳ
Ξύμβουλος ἔσομαι τοῦ κασιγνήτου ποτέ.
Εὐεργετῶ γὰρ κεῖνον οὐ δοκοῦσ' ὅμως,
Ἐκ δυσσεβείας ὅσιον εἰ τίθημί νιν.
Αὐτοὶ μὲν οὖν τὴν ἔξοδόν γ' εὑρίσκετε,
Ἐγὼ δ' ἀποστᾶσ' ἐκποδὼν, σιγήσομαι.

Et vivos homines omnes: mens *enim*
Defunctorum non vivit quidem: sensum tamen habet
Immortalem, incidens in immortalem ætherem.
Ut igitur rem pertexam non prolixe, tacebo
Quæ me suppliciter rogastis: neque stultitiæ
Fratris unquam consentiens adjutrix ero.
Afficiam enim eum beneficio, tametsi non videar,
Ex impietate si pium ipsum faciam.
Vos igitur invenite *vestrarum difficultatum* exitum:
Ego vero e medio recedens, tacebo.

1020. τίθημι νῦν.

Ἀδικοίην μὲν ἂν (vel γὰρ Reisk.) εἰ μὴ 'ποδώσω (Reisk. εἰ μὴ ἀποδοίην). Cf. Dawes. Misc. Crit. p. 246. *Beck.*

1011. τήν γ'] Malim τήνδ'. *Musg.*

Etiam Reisk. τήνδ' et pro δὲ legit τε. *Beck.*

1013—1015. Vid. Valck. Diatr. 57. *Burn.*

1013. ὁ νοῦς] Confer Suppl. v. 543. *Musg.*

1013. ss. ὁ νοῦς τῶν κατθανόντων ζῇ μὲν οὔ, γνώμην δ' ἔχει Ἀθάνατον, εἰς ἀθάνατον αἰθέρ' ἐμπεσών.] Ex hoc loco, Anaxagoræ Euripidisque sententiæ vera interpretatio peti potest; quam supra nos attigimus ad Heraclid. v. 529. "Animam nempe hominis non statim post mortem in ætherem dissolvi ac dissipari, sed in liberum ætherem, ut immortale vehiculum, receptam, vitam quidem, qualem nos, nequaquam vivere, at immortali sensu et vita magis vitali frui, quæ est vera spirituum vita." Quare recte nos illorum opinionem rejecimus ad prædictum locum, qui aliam interpretationem faciunt poëtæ hujus magnique ejusdem magistri sententiæ. *Barnes.*

1016. παραινῶ] Ita MSS. Steph. Male Ed. Ald. περαίνω. Nulla enim hic παραίνεσις. *Musg.*

Ὡς οὖν παραινῶ μὴ μακρὰν,] Duportus mavult περανῶ, sensum plene assecutus, at metri negligentior. Scaliger satis vigilanter περαίνω legit: sed quum παραινῶ, licet haud æque bene, potest tamen hic stare; nihil nos in textu mutavimus. *Barnes.*

1020. Ἐκ δυσσεβείας] Ita optime MSS. Steph. Ed. Ald. ἐξ εὐσεβείας. Iidem MSS. νιν pro νῦν. *Musg.*

Reisk. emendat: τὴν ἔξοδον ἀνευρίσκετε. *Beck.*

1025. ἔννοιαν] Recte scribitur ἔννοιαν, quia σωτηρίας sequitur; neque enim εὔ-

Ἐκ τῶν θεῶν δ' ἄρχεσθε, χ' ἱκετεύετε
Τὴν μέν σ' ἐᾶσαι πατρίδα νοστῆσαι Κύπριν,
Ἥρας δὲ τὴν ἔννοιαν ἐν ταὐτῷ μένειν,
Ἣν ἐς σὲ καὶ σὸν πόσιν ἔχει σωτηρίας.
Σὺ δ' αὖ θανών μοι, πάτερ, ὅσον γ' ἐγὼ σθένω,
Οὔποτε κεκλήσει δυσσεβὴς ἀντ' εὐσεβοῦς.
ΧΟ. Οὐδείς ποτ' εὐτύχησεν, ἔκδικος γεγώς,
Ἐν τῷ δικαίῳ δ' ἐλπίδες σωτηρίας.
ʽΕΛ. Μενέλαε, πρὸς μὲν παρθένου σεσώσμεθα.
Τοὐνθένδε δὴ σὲ τοὺς λόγους φέροντα χρὴ

Incipite vero a Diis, et supplices rogate
Venerem quidem, ut permittat te redire in patriam:
Junonem vero, ut in eadem sententia maneat,
Quam habet de salute tua, et mariti tui.
Tu vero, O pater, qui defunctus es, quantum ego possum,
Nunquam impius pro pio vocaberis.
Cho. Nemo unquam injustus fortunatus fuit:
In causa vero justa spes *est* salutis.
Hel. Menelaë, servati quidem sumus quod ad virginem.
Hinc vero jam oportet te rationibus *in medium* collatis,

νοιαν, quod alii legendum putant, cum illo stabit, licet per se optime. *Barnes.*

ἔννοιαν] Cohærere cum seq. σωτηρίας monet Reisk. et reddit: *voluntatem vos servandi. Beck.*

1027. ὅσον γ'] Ita MS. E. in Ed. Ald. deest γ'. *Musg.*

Conjectura id jam assecuti erant Reisk. et Heath. *Beck.*

1031. πρὸς μὲν παρθένου] Hinc patet, Theonoën e scena jam egressam esse, quod confirmat v. 1045. *Musg.*

1203. Ἄπολλον, ὡς ἐσθῆτι δυσμόρφῳ πρέπει] Ex Homero Odyss. σ'. v. 73. Οἵην ἐκ ῥακέων ὁ γέρων ἐπιγουνίδα φαίνει. *Brodæus.*

1207. Θανάτῳ δὲ ποίῳ] Emendabat Scaliger θάνατον δὲ ποῖον. *Musg.*

Θανάτῳ δὲ ποίῳ φησὶ Μενέλεων θανεῖν;] Scaliger legit: θάνατον δὲ ποῖον, etc. Ob responsum: Οἰκτρότατον. Et sane æque dicimus: θάνατον θανεῖν et θανάτῳ. Sed potest etiam Οἰκτρότατον *adverbialiter* sumi, et θανάτῳ stare. Quare nihil muto; moneo tantum. *Barnes.*

1208. Emendabat Scaliger ὑγροῖς ἐν κλυδωνίοις. Leniori medela Tyrwhittus:

οἰκτρότατ', ἐν ὑγροῖσι κλυδωνίοις ἁλός.
Musg.

Οἰκτρότατον] Veteres suffocationem ex aquis miserrimum mortis genus duxere, vel quia, ex Heracliti opinione, animam

ΘΕ. Ἄπολλον, ὡς ἐσθῆτι δυσμόρφῳ πρέπει.
ʽΕΛ. Οἴμοι· δοκῶ μὲν κἀμὸν ὧδ᾽ ἔχειν πόσιν.
ΘΕ. Ποδαπὸς δ᾽ ὅδ᾽ ἁνὴρ, καὶ πόθεν κατέσχε γῆν;
ʽΕΛ. Ἕλλην, Ἀχαιῶν εἷς, ἐμῷ σύμπλους πόσει.
ΘΕ. Θανάτῳ δὲ ποίῳ φησὶ Μενέλεων θανεῖν;
ʽΕΛ. Οἰκτρότατ᾽, ἐν ὑγροῖσιν κλυδωνίοις ἁλός.
ΘΕ. Ποῦ; βαρβάροισι πελάγεσιν ναυσθλούμενον;
ʽΕΛ. Λιβύης ἀλιμένοις ἐκπεσόντα πρὸς πέτραις.
ΘΕ. Καὶ πῶς ὅδ᾽ οὐκ ὄλωλε κοινωνῶν πλάτης;
ʽΕΛ. Ἐσθλῶν κακίους ἔνιοτ᾽ εὐτυχέστεροι.
ΘΕ. Λιπὼν δὲ ναὸς ποῦ πάρεστιν ἔκβολα;
ʽΕΛ. Ὅπου κακῶς ὄλοιτο, Μενέλεως δὲ μή.

The. O Apollo, quam deformi vestitu insignis est?
Hel. Hei mihi, videor mihi et meum maritum sic se habere.
The. Cujas autem *est* iste vir, et unde appulit ad *hanc* terram?
Hel. Græcus, unus e Græcis, qui navigarunt cum marito meo.
The. Quo autem mortis genere ait Menelaum periisse?
Hel. Miserrimò, humidis in fluctibus maris.
The. Ubi? an navigantem in mari barbarico?
Hel. Libyæ importuosa ejectum ad saxa.
The. Et quomodo hic non periit, cum fuerit socius navigationis?
Hel. Mali interdum sunt fortunatiores bonis.
The. Ubi verò navis fragmenta *huc* veniens reliquit?
Hel. Ubi utinam periisset: non autem Menelaus.

1204. *δοκῶ μοι.* 1205. *ὅδ᾽ ἀνήρ.* 1208. *οἰκτρότατον, ὑγροῖσι κλ.*

statuentes flammam, exstingui sic putabant; vel quia fere piscibus tales devorandi relinquerentur funere spoliati; unde illud matris de puero, cujus corpus aquis tectum erat, caput glacie resectum, cum jam pyra imponeretur; *Hoc peperi flammis, Cætera,* dixit, *aquis.* Hinc Achilles apud Homerum (Iliad. φ'. v. 281. etc.) et Æneas apud Virgilium (Æn. Lib. I. v. 96. extemplo Æneæ, etc.) hoc leti genus maxime deprecantur, ut miserandum et inglorium. Ibid. Ὑγροῖσι] Scaliger legit et hic *ὑγροῖς ἐν*, quam lectionem amplector, non quod *ὑγροῖσι* stare nequeat; cum illius ultima producatur ante duplicem consonam, sed quod rotundius carmen ita currat, et sensus plenior fit. Nullum tamen favet exemplar. *Barnes.*

Pierson. ad Mœr. p. 135. reponit: *Οἴκτιστον, ὑγροῖς ἐν κλυδ. ἁλός. Beck.*

1212. Apud Stob. Grot. cvi. p. 443. Omittit Schow in recensione hujus tituli ad fin. notarum in c. Romæ. *Burn.*

1213. *Λιπὼν δὲ ναὸς ποῦ πάρεστιν ἔκβολα;*] Joh. Brodæus exponit: *Ubi emersit, atque enatavit:* non usquequaque recte, ut mihi videtur; quum potius (quanquam et sic illius sensus includitur) Latina versio locum satis aperiat, ut sit hæc collocatio — *Ποῦ δὲ λιπὼν ναὸς ἔκβολα πάρεστιν ὧδε; Barnes.*

ΘΕ. Ὄλωλ᾽ ἐκεῖνος· ἦλθε δ᾽ ἐν ποίῳ σκάφει;
ἙΛ. Ναῦταί σφ᾽ ἀνεῖλον ἐντυχόντες, ὡς λέγει.
ΘΕ. Ποῦ δὴ τὸ πεμφθὲν ἀντὶ σοῦ Τροίᾳ κακόν;
ἙΛ. Νεφέλης λέγεις ἄγαλμ᾽; ἐς αἰθέρ᾽ οἴχεται.
ΘΕ. Ὦ Πρίαμε καὶ γῆ Τρῳὰς, ὡς ἔῤῥεις μάτην.
ἙΛ. Κἀγὼ μετέσχον Πριαμίδαις δυσπραξίας.
ΘΕ. Πόσιν δ᾽ ἄθαπτον ἔλιπεν, ἢ κρύπτει χθονί;
ἙΛ. Ἄθαπτον· οἲ ᾽γὼ τῶν ἐμῶν τλήμων κακῶν.

The. Periit *igitur* ille; in qua ergo navi venit hicce?
Hel. Nautæ casu incidentes receperunt eum, ut dicit.
The. Ubi vero est noxa illa, quæ ad Trojam pro te missa est?
Hel. De effigie nubis loqueris? abiit in aërem.
The. O Priame, et terra Trojana, ut frustra periisti!
Hel. Et ego sum particeps calamitatis Trojanorum.
The. Reliquitne maritum insepultum, an vero texit terra?
Hel. Insepultum: heu me miseram propter mea mala.

1215. Frigere mihi videtur ὄλωλ᾽ ἐκεῖνος, *mortem oppetiit ille*, sc. Menelaus. Legendum, nisi nimia mutatio esset: ἀλλ᾽, ὤλετ᾽ εἰ ναῦς, ἦλθ᾽ ὅδ᾽ ἐν ποίῳ σκάφει; *Musg.*

Reisk. emendat: πῶς δ᾽ ὧδ᾽ ἐκεῖνος ἦλθε κἀν (καὶ ἐν) ποίῳ σκάφει; *Beck.*

1217. Ποῦ δὴ] Sequor Barnesium, ita, Scaligero auctore, edentem. Ed. Ald. ποῦ δὲ. *Musg.*

Ποῦ δὴ τὸ πεμφθὲν, etc.] Male olim δὲ, quod cum versui noceret, miror, nemini, excepto Scaligero, visum; qui legebat δή. *Barnes.*

1219. ὡς ἔῤῥεις] A Scaligero itidem est ὡς, quod hic a Barnesio admissum retinui. *Musg.*

Ὦ Πρίαμε, καὶ γῆ Τρῳὰς, ὡς ἔῤῥεις μάτην.] In omnibus ante hæc exemplaribus cum inter Τρῳὰς et ἔῤῥεις abesset syllaba, ac proinde versus claudicaret, miror, id quoque tam paucis visum. Duportus sane defectum aliquem vidit, et αὖ inter ἔῤῥεις ac μάτην introduxit. Scaliger multo acutius ὡς ἔῤῥεις legebat, quod omnino in textum admittendum duxi. *Barnes.*

Forte, ἔῤῥεις οὖν μάτην. *Reisk.*

1220. Κἀγὼ μετέσχον Πριαμίδαις δυσπραξίας.] Non modo, quod abhinc adulteræ nomen sim nacta, sed quod tot amicis, ac præcipue marito, orbata fuerim. *Barnes.*

1223. Legendum βοστρύχους. *Heath.*

1224. ὅς ποτ᾽ ἐστὶν,] Legendum haud dubie: οἷς ποτ᾽ ἐστὶν, *carus est, quibus utique est* — confer v. 125.

ἐνθάδ᾽ ὤν.] Ambiguum est. Significare enim potest vel *in hoc loco agens*, quæ Helenæ mens erat: vel *in hac conditione positus*, quo sensu a Theoclymeno intelligi cupiebat. De posteriori notione vide citata ad Ion. v. 1259. ἐνθάδ᾽ ὢν potest etiam euphemismus esse pro νεκρὸς ὤν. vid. Soph. Ajac. 1382. et 1389. *Musg.*

ἐνθάδ᾽ —] Helena cum hæc dicebat, digito pectus designabat. *Heath.*

1224. s. Permutandi versus et personæ, ut Helenæ sit hic: ὀρθῶς μοι ἥδ᾽ ἡ σ. δ. Theoclymeni iste: φ. γ. ἐ. ὅς ποτ᾽ ἐστὶν, οὗ ᾽νθάδ᾽ ὤν. *Reisk.*

1224. Hunc versum eleganter restituit et interpretatus est Musgravius:

φίλος γάρ ἐστιν, οἷς ποτ᾽ ἐστὶν, ἐνθάδ᾽ ὤν.

ubi vulgo, ὅς ποτ᾽ ἐστὶν, sine sensu legitur. Ea quæ sequuntur minus feliciter tentavit vir sagacissimus. Theoclymenus Helenam interrogat:

ὀρθῶς μὲν ἥδε συμφορὰ δακρύεται;

ΘΕ. Τῶνδ' οὕνεκ' ἔταμες βοστρύχους ξανθῆς κόμης;
ʽΕΛ. Φίλος γάρ ἐστιν, ὅς ποτ' ἐστὶν, ἐνθάδ' ὤν.
ΘΕ. Ὀρθῶς μὲν ἥδε συμφορὰ δακρύεται;
ʽΕΛ. Ἐν εὐμαρεῖ γοῦν σὴν κασιγνήτην θανεῖν;
ΘΕ. Οὐ δῆτα. πῶς οὖν; τόνδ' ἔτ' οἰκήσεις τάφον;
ʽΕΛ. Τί κερτομεῖς με, τὸν θανόντα δ' οὐκ ἐᾷς;
ΘΕ. Πιστὴ γὰρ εἶ σὺ σῷ πόσει φεύγουσά με.
ʽΕΛ. Ἀλλ' οὐκέτ'· ἤδη δ' ἄρχε τῶν ἐμῶν γάμων.

The. Hujusne *rei* causa secuisti cincinnos flavæ comæ?
Hel. Amicus enim est, quibus est, in hoc loco positus.
The. An ut magnum quid hæc calamitas defletur?
Hel. Nempe leviter ferres tuæ sororis mortem.
The. Nequaquam: quomodo igitur? an deinceps etiam habitabis hoc sepulchrum?
Hel. Quid me verbis mordacibus lacessis, nec omittis mortuum?
The. Tu enim es fida tuo marito, fugiens me.
Hel. Sed non amplius. Jam igitur meas nuptias posside.

1227. πῶς οὖν τόνδ'. 1229. ἐσσί.

quæ mihi quidem vera et sincera esse videntur. Prodit se hoc versu mens hominis, suspicionis pleni et, cum dolum timeat, de veritate nuntii, quod se Helena accepisse dicit, nonnihil dubitantis. *Verene*, ait, *hæc calamitas deploratur et ex animi sententia, an narratio tua luctusque confictus est?* Cui quæstioni inepte respondet Helena, si genuina est vulgata lectio:

ἐν εὐμαρεῖ γοῦν σὴν κασιγνήτην θανεῖν;

quæ præterea nullo modo possunt habere eum sensum, quem Latinus interpres iis tribuit: *An vero leviter ferres tuæ sororis mortem?* Scholion Barnesii: μῶν σοὶ ἐν εὐμαρεῖ ἂν εἴη, Θεονόην, σὴν κασιγνήτην, θανεῖν; tenebras offudit doctissimo Musgravio, ita ut conjecturam expromeret minime acutam: ἐν εὐμαρεῖ γοῦν σοὶ κ. θ. Inepte. Noster in Theseo ap. Athenæum, p. 454.

τὸ πέμπτον δ' οὐκ ἐν εὐμαρεῖ φράσαι.

Quod, ut etiam εὐμάρεια, omnibus in locis, ubi occurrit, de *agendi facilitate* usurpatur. Attigit hunc dicendi usum Valcken. ad Herodotum. Lib. III. p. 275. 23. ubi similia quoque tractavit. — Mihi igitur Helena Theoclymeni suspicionibus ita videtur occurrere, ut dicat:

ἐν εὐμαρεῖ γοῦν σὴν κασιγνήτην λαθεῖν;

Num tam facile esse censes, sororem tuam fallere? Quo nihil est ad sensum accommodatius. Nisi enim Theonoë cum Helena ad Theoclymenum decipiendum conspirasset, nunquam sperare poterat fore, ut dolus, quem parabat, fatidicam mulierem lateret. Recte igitur Helena a rege quærit, cur se fraudem struere suspicaretur, quæ non fieri posset, ut Theonoën lateret. Quæ quæstio est ejusmodi, ut ad animum ejus fallendum, nihil efficacius dici cogitarique possit.

Jacobs.

1225. Ὀρθῶς μὲν] Ex responsione Helenæ colligas, propositum ejus a Theoclymeno non laudatum, sed sugillatum fuisse. Legendum forte:

ΘΕ. Χρόνια μὲν ἦλθες, ἀλλ' ὅμως αἰνῶ τάδε.
ἙΛ. Οἶσθ' οὖν, ὃ δρᾶσον; τῶν πάρος λαθώμεθα.
ΘΕ. Ἐπὶ τῷ; χάρις γὰρ ἀντὶ χάριτος ἐλθέτω.
ἙΛ. Σπονδὰς τέμωμεν, καὶ διαλλάχθητί μοι. 1255
ΘΕ. Μεθίημι νεῖκος τὸ σόν, ἴτω δ' ὑπόπτερον.
ἙΛ. Πρὸς νῦν σε γονάτων τῶνδ', ἐπείπερ εἶ φίλος —
ΘΕ. Τί χρῆμα θηρῶσ', ἱκέτις ὠρέχθης ἐμοῦ;
ἙΛ. Τὸν κατθανόντα πόσιν ἐμὸν θάψαι θέλω.
ΘΕ. Τίς δ' ἔστ' ἀπόντων τύμβος; ἢ θάψεις σκιάν;
ἙΛ. Ἕλλησίν ἐστι νόμος, ὃς ἂν πόντῳ θάνῃ, — 1261
ΘΕ. Τί δρᾷν; σοφοί τοι Πελοπίδαι τὰ τοιάδε.

The. Sero quidem venisti: sed tamen hæc laudo.
Hel. Scis igitur quid velim te facere? priora oblivioni tradamus.
The. Qua conditione? Gratia enim pro gratiâ veniat.
Hel. Faciamus fœdus, et reconcilieris mihi.
The. Remitto indignationem adversus te susceptam; avolet autem in aërem.
Hel. Nunc te per hæc genua, quando es amicus.
The. Quam rem captans, supplex a me cupidè petis?
Hel. Volo maritum meum defunctum sepelire.
The. Quænam autem est sepultura absentium? an sepelies umbram?
Hel. Mos est apud Græcos, qui in mari mortuus fuerit;——
The. Quid facere? Græci profecto *sunt* sapientes talibus *in rebus*.

1232. λαθοίμεθα. 1239. ἢ θ.

ἆρ', ὡς μέγ', ἥδε συμφορὰ δακρύεται;

Num, ut magnum aliquid, infortunium hoc lugetur? Scite reponit Helena:

ἐν εὐμαρεῖ γοῦν σοι, κασιγνήτην θανεῖν.

σοὶ enim legendum puto, non σὴν, quod minus venustum est. *Musg.*

1226. Ἐν εὐμαρεῖ] Μῶν σοι ἐν εὐμαρεῖ ἂν εἴη, Θεονόην, σὴν κασιγνήτην, θανεῖν; *Barnes.*

1229. Πιστὴ γὰρ εἶ τῷ σῷ πόσει] Vulgo ἔσσι σῷ. *Por.*

ἐσσὶ, quod hic occurrit, defendit Br. ad Or. 446. *Beck.*

1231. ἦλθες,] Malim: ἦλθεν, *sero venerunt hæc. Musg.*

Χρόνια μὲν ἦλθες,] Mallem ego χρονία legere, ut sit adjectivum, quanquam nec adverbium male hic staret. *Barnes.*

Legendum χρόνια, adverbialiter positum, non χρονία· alias metri ratio non constabit. *Heath.*

1232. Οἶσθ' οὖν, ὃ δρᾶσον;] Vid. quæ nos de hac phrasi supra ad hujus Fabulæ v. 314. *Barnes.*

1233. χάρις γὰρ] Huc refer illud: Χάρις χάριν γάρ ἐστιν ἡ τίκτουσ' ἀεί. *Barnes.*

1234. τέμωμεν,] MS. E. χέωμεν, et in margine τέμωμεν. Pertinere huc videtur Hesychii glossa: τάμωμεν, ποιήσωμεν. *Musg.*

1236. Πρὸς νῦν σε γονάτων τῶνδ',] Ὑπακουστέον δέομαι, ἢ ἱκετεύω· ἵνα ᾖ· Νῦν σε πρὸς γονάτων τῶνδε ἱκετεύω. Euripid. in Phœn. Ὦ πρὸς σὲ γονάτων. Et paulo infra hoc ipsum verbum exprimitur: Μὴ πρὸς γονάτων σε πάντες πάντως ἱκετεύομεν. *Barnes.*

ἙΛ. Κενοῖσι θάπτειν ἐν πέπλων ὑφάσμασιν.
ΘΕ. Κτέριζ᾽· ἀνίστη τύμβον, οὗ χρῄζεις χθονός.
ἙΛ. Οὐχ ὧδε ναύτας ὀλομένους τυμβεύομεν.
ΘΕ. Πῶς δαί; λέλειμμαι τῶν ἐν Ἕλλησιν νόμων.
ἙΛ. Ἐς πόντον, ὅσα χρὴ νέκυσιν, ἐξορμίζομεν.
ΘΕ. Τί σοι παράσχω δῆτα τῷ τεθνηκότι;
ἙΛ. Οὐκ οἶδ᾽· ἐγὼ δ᾽ ἄπειρος, εὐτυχοῦσα πρίν.
ΘΕ. Ὦ ξένε, λόγων μὲν κληδόν᾽ ἤνεγκας φίλην.
ΜΕ. Οὔκουν ἐμαυτῷ γ᾽, οὐδὲ τῷ τεθνηκότι.
ΘΕ. Πῶς τοὺς θανόντας θάπτετ᾽ ἐν πόντῳ νεκρούς;
ΜΕ. Ὡς ἂν παρούσης οὐσίας ἕκαστος ᾖ.
ΘΕ. Πλούτου λέγ᾽ οὕνεχ᾽, ὅ τι θέλεις, ταύτης χάριν.

Hel. Sepelire vacuis tunicis, bene textis.
The. Fac funus, excita tumulum, ubi terrarum volueris.
Hel. Non sic sepelimus nautas extinctos *in aquis*.
The. Quomodo igitur? ignoro mores Græcorum.
Hel. Exportamus in mare, quæcunque conveniunt mortuis.
The. Quid igitur in tuam gratiam exhibebo mortuo?
Hel. Nescio: ego enim *sum* imperita, cum prius, fuerim felix.
The. O hospes, gratum profecto nuncium attulisti.
Men. Non saltem mihi, neque mortuo.
The. Quomodo sepelitis mortuos, qui in mari perierunt?
Men. Prout sunt uniuscujusque facultates.
The. Dic quod ad sumptus attinet, quicquid voles, propter hanc.

1242. ἐν πέπλοις ὑφ.

1242. Simul consistere non possunt πέπλοις et ὑφάσμασι, quæ fere synonyma sunt. Legendum fortasse: εὐπέπλοις ὑφάσμασι, cui simile est εὔπαις γόνος, Iphig. in Taur. v. 1235. Hercul. Fur. v. 689. θάπτειν ὑφάσμασι, ut τούτοις θάπτε Θεμιστοκλέα in Epigrammate Germanici Anthol. Henr. Stephan. p. 198. Quid quod absurdum foret θάπτειν ἐν πέπλοις, ubi cadaver ipsum non aderat, peplis involvendum? *Musg.*

Κενοῖσι θάπτειν] Subaudi τάφοις. Pro πέπλοις Scaliger πέπλων legit, ut sit πέπλων ὑφάσμασι pro πέπλοις ὑφαντοῖς· vel πέπλοις stare potest per appositionem. *Barnes.*

1245. Πῶς δαί;] Δαὶ est Atticum interrogativum, vel admirationi inseruit, pro δέ. Aristophan. Pluto: τί δαί; *Barnes.*

1247. Τί σοι παράσχω δῆτα τῷ τεθνηκότι;] Non est, cur quis miretur ob geminum dativum, quia dicit: παράσχω σοι, ἤγουν σοῦ χάριν, καὶ παράσχω τεθνηκότι, ἤγουν ἐς αὐτοῦ τὴν χρείαν, ἢ μᾶλλον κόσμον. Adeo ut bifariam respiciant. Sic supra v. 963. τὴν Ζεὺς ἔπεμψε δεῦρό σοι, σώζειν ἐμοί. *Barnes.*

1252. Ὡς ἂν] Quæ male olim juncta erant, (legebatur enim ὡσὰν) ego nunc disjuncta scribo, ut ὡς ad πῶς aptius respondeat. *Barnes.*

ΜΕ. Προσφάζεται μὲν αἷμα πρῶτα νερτέροις.
ΘΕ. Τίνος; σύ μοι σήμαινε, πείσομαι δ' ἐγώ.
ΜΕ. Αὐτὸς σὺ γίγνωσκ'· ἀρκέσει γὰρ, ἂν διδῷς.
ΘΕ. Ἐν βαρβάροις μὲν ἵππον, ἢ ταῦρον, νόμος.
ΜΕ. Διδούς γε μὲν δὴ, δυσγενὲς μηδὲν δίδου.
ΘΕ. Οὐ τῶνδ' ἐν ἀγέλαις ὀλβίαις σπανίζομεν.
ΜΕ. Καὶ στρωτὰ φέρεται λέκτρα σώματος κενά.
ΘΕ. Ἔσται· τί δ' ἄλλο προσφέρειν νομίζεται;
ΜΕ. Χαλκήλαθ' ὅπλα· καὶ γὰρ ἦν φίλος δορί.
ΘΕ. Ἄξια τάδ' ἔσται Πελοπιδῶν, ἃ δώσομεν.
ΜΕ. Καὶ τἄλλ', ὅσα χθὼν καλὰ φέρει βλαστήματα.
ΘΕ. Πῶς οὖν; ἐς οἶδμα τίνι τρόπῳ καθίετε;
ΜΕ. Ναῦν δεῖ παρεῖναι κἀρετμῶν ἐπιστάτας.

Men. Primum quidem effusus prælibatur sanguis mortuis.
The. Cujus? tu indica mihi, ego vero parebo.
Men. Tu ipse statuito: sufficient enim quæcunque dederis.
The. Apud barbaros quidem mos *est*, equum aut taurum.
Men. Siquidem vis aliquid dare, nihil des generoso indignum.
The. His non caremus in divitibus armentis.
Men. Et afferuntur lecti strati corpore vacui.
The. Fiet: quid vero præterea afferri mos est?
Men. Arma ænea: etenim erat amans armorum.
The. Digna erunt hæc Pelopidis, quæ dabimus.
Men. Et cætera quæ tellus pulchra profert germina.
The. Quid ergo? in fluctus quomodo dimittis?
Men. Navem oportet adesse et gubernatores remorum.

1266. καὶ 'ρετμῶν.

Reisk. ἀξίας ἕκαστος ᾖ. *Beck.*

1254. Προ-σφάζεται] Ita scribendum curavi ob distinctionem; ut liqueat, a προ deduci, non a πρός· Προσφάζεται δὲ, ἀντὶ τοῦ προλείβεται τῶν σφαγίων αἷμα. *Barnes.*

1256. ἀρκέσει] Ed. Ald. ἀρκέσεις. *Musg.*

ἀρκέσει γὰρ ἄ"ν δίδως] Ita ἀρκέσει pro ἀρκέσεις, et ἂ"ν pro ἂν, et διδῷς pro δίδως, audacter repono. *Barnes.*

1257. ἵππον,] Equos a Persis mactari solitos docet Barnesius ex Ovid. Fast. Lib. I. v. 385. Xenophon de iisdem Cyropæd. Lib. VIII. Διῒ καὶ ὡλοκαύτωσαν τοὺς ταύρους· ἔπειτα τῷ Ἡλίῳ καὶ ὡλοκαύτωσαν τοὺς ἵππους. *Musg.*

Ἐν βαρβάροις μὲν, ἵππον ἢ ταῦρον νόμος.] De Equis Nesæis soli a Persis mactatis vide quæ nos ad Estheram nostram v. 1394. Quibus et illud referendum Ovid. Fastor. Lib. I. *Placat equo Persis radiis Hyperiona cinctum: Ne detur celeri victima tarda Deo.* Quod et Lacedæmonios juxta Taygetum fecisse testatur Pausanias, fol. 103. lin. 14. Et a Tyndaro Spartano equum mactatum ostendimus Iphigen. Aulid. v. 58. Sed hoc Persis et Massagetis aliisque barbaris gentibus magis erat in usu. *Barnes.*

ΘΕ. Πόσον δ' ἀπείργει μῆκος ἐκ γαίας δόρυ;
ΜΕ. Ὥστ' ἐξορᾶσθαι ῥόθια χερσόθεν μόλις.
ΘΕ. Τί δὴ, τόδ' Ἑλλὰς νόμιμον ἐκ τίνος σέβει;
ΜΕ. Ὡς μὴ πάλιν γῆ λύματ' ἐκβάλλῃ κλύδων.
ΘΕ. Φοίνισσα κώπη ταχύπορος γενήσεται.
ΜΕ. Καλῶς ἂν εἴη, Μενέλεῳ γε πρὸς χάριν.
ΘΕ. Οὐκοῦν σὺ χωρὶς τῆσδε δρῶν ἀρκεῖς τάδε;
ΜΕ. Μητρὸς τόδ' ἔργον, ἢ γυναικὸς, ἢ τέκνων.
ΘΕ. Ταύτης ὁ μόχθος, ὡς λέγεις, θάπτειν πόσιν.
ΜΕ. Ἐν εὐσεβεῖ γοῦν, νόμιμα μὴ κλέπτειν νεκρῶν.
ΘΕ. Ἴτω· πρὸς ἡμῶν, ἄλοχον εὐσεβῆ τρέφειν.
Ἐλθὼν δ' ἐς οἴκους ἐξελῶ κόσμον νεκρῷ,
Καί σ' οὐ κεναῖσι χερσὶ γῆς ἀποστελῶ,
Δράσαντα τῇδε πρὸς χάριν. φήμας δέ μοι

The. Quantum vero spatii navem arcere a terra?
Men. Ut vix conspici possint a littore fluctus *circa navem.*
The. Quid vero, quam ob *causam* hunc morem colit Græcia?
Men. Ne fluctus piamenta rursus in terram ejiciat.
The. Navis Phœnissa velox aderit.
Men. Recte *hoc* erit, et Menelao gratum.
The. Nonne tu potes sine hac ista facere?
Men. Matris hoc opus *est,* aut uxoris, aut filiorum.
The. Hujus negotium *est,* ut dicis, sepelire maritum.
Men. Res saltem pia *est,* non defraudare mortuos suis justis.
The. Eat: mei refert, conjugem piam alere.
Profectus igitur in ædes, efferam ornatum mortuo.
Et dimittam te ex terra non vacuis manibus,
Gratificantem huic: nuncios vero mihi

1260. φέρεται] Edit. Aldin. φέρετε. *Musg.*

1264. βλαστήματα.] Nempe, *flores,* quos et cippis circumponere mos erat. Soph. Electr. v. 901.

— καὶ περιστέφῃ κύκλῳ
πάντων ὅσ' ἐστὶν ἀνθέων θήκην πατρός.

Musg.

1266. A conjectura Canteri est ναῦν. Ed. Ald. νῦν. MS. E. νηῦν. *Musg.*

Ναῦν δεῖ παρεῖναι καὶ ῥετμῶν ἐπιστάτας.] Cum olim Νῦν scriberetur, Canterus Ναῦν conjectabat esse debere; hanc conjecturam probat Scaliger, ego insuper defensurus sum; ita enim infra v. 1411. Χώρει σὺ, καὶ Ναῦν τοῖσδε πεντηκόντορον Σιδωνίαν δὸς, καὶ ῥετμῶν ἐπιστάτας. *Barnes.*

1267. ἀπείργει, *solet,* vel *debet, sejungere.* Μῆκος utique casu nominativo accipiendum est. *Heath.*

δόρυ hic *remum* significat. *Heath.*

1271. Φοίνισσα κώπη ταχύπορος γενήσεται.] Phœnices ob navigandi peritiam insignes, ut notavimus ad Troad. v. 128.

Ἐσθλὰς ἐνεγκών γ', ἀντὶ τῆς ἀχλαινίας
Ἐσθῆτα λήψει σῖτά τ', ὥστε σ' ἐς πάτραν
Ἐλθεῖν, ἐπεὶ νῦν γ' ἀθλίως ἔχονθ' ὁρῶ.
Σὺ δ', ὦ τάλαινα, μὴ 'πὶ τοῖς ἀνηνύτοις
Τρύχου σὺ σαυτήν· Μενέλεως δ' ἔχει πότμον,
Κοὐκ ἂν δύναιτο ζῆν ὁ κατθανὼν πόσις.
ΜΕ. Σὸν ἔργον, ὦ νεᾶνι· τὸν παρόντα μὲν
Στέργειν πόσιν χρὴ, τὸν δὲ μηκέτ' ὄντ' ἐᾶν·
Ἄριστα γάρ σοι ταῦτα πρὸς τὸ τυγχάνον.
Ἢν δ' Ἑλλάδ' ἔλθω καὶ τύχω σωτηρίας,
Παύσω ψόγου σε τοῦ πρὶν, ἢν γυνὴ γένῃ,

Bonos quia attulisti, pro sordidis pannis,
Accipies vestem, et cibum, ut in patriam
Redeas: siquidem nunc misere affectum *te* video.
Tu vero, O misera, ne inaniter
Crucies te ipsam. Menelaus enim functus est fato,
Neque potest *iterum* vivere mortuus.
Men. Tuum officium *hoc est*, O adolescentula, præsentem quidem
Maritum oportet amare, eum vero qui periit, omittere:
Hoc enim tibi optimum *est* in præsenti casu.
Quod si venero in Græciam, et fuero salvus,
Eximam te pristino probro, si *talis* fueris uxor,

et alias; hinc infra v. 1412. Σιδωνίαν ναῦν poëta vocat, quia Sidon erat urbs Phœniciæ. Hinc v. 1450. Φοίνισσα Σιδωνιὰς ὦ ταχεῖα κώπα, etc. Vid. notam quoque proxime præcedentem, et præcipue Hom. Odyss. ο'. v. 414, etc. *Barnes.*

1272. τε pro γε reponit Reisk. *Beck.*

1285. Τρύχου σὺ σαυτὴν·] Radix est τρυχόω, non τρύχω. *Musg.*

Τρύχου σὺ σαυτὴν·] Scaliger legit σεαυτὴν, et recte, ut mihi videtur, quod alias σὺ præiret; nisi forte ob emphasin repetitio τοῦ σὺ requiratur: Quare nihil muto; cum id aliquando fieri probe sciam. *Barnes.*

1286. πόσις.] Reiskius πάλιν, quod certe vulgata melius. *Musg.*

1291. s. Παύσω ψόγου — Οἵαν γενέσθαι] Sequor Canterum ita hos versus collocantem. In Ed. Aldina et MSS. E. G. contrarius est ordo. *Musg.*

Παύσω ψόγου σε τοῦ πρὶν, ἢν γυνὴ γένῃ, Οἵαν γενέσθαι χρή σε σῷ ξυνευνέτῃ] Canterus vidit, hos versus ita ordinandos, quum antea inverso ordine legebantur; vidit Scaliger, vidit Æmil. Portus; quare et nos ita illos nunc ordinandos statuimus, et curamus: certe ea collocatio luculentior est et apertior. *Barnes.*

1296. ἐς ἀμβολὰς] Eadem phrasis Heraclid. v. 271. *Musg.*

1300. s. Ὀρεία — Μάτηρ θεῶν] Utrumque Cybeles titulum conjungit, ut Antistius apud Reiskium Epigr. 416. τούτους θέτο Γάλλος ὀρείῃ Μητρὶ θεῶν. Alibi vel Μήτηρ θεῶν, vel ὀρεία Μήτηρ, denique Μήτηρ simpliciter (vid. ad Bacch. v. 131.) vocatur. Cybelen quoque, non Cererem, hujus odes argumentum esse, ostendunt κρόταλα, v. 1307. θηρῶν σατίναν, v. 1309. τύμπανα, v. 1346. quæ omnia Idææ Matris symbola sunt. Adde, quod mox cursitatione omissa ad Idæos saltus se

Οἵαν γενέσθαι χρή σε σῷ ξυνευνέτῃ.
ʽΕΛ. Ἔσται τάδ᾽· οὐδὲ μέμψεται πόσις ποτὲ
Ἡμῖν· σὺ δ᾽ αὐτὸς ἐγγὺς ὢν, εἴσει τάδε.
Ἀλλ᾽, ὦ τάλας, εἴσελθε καὶ λουτρῶν τύχε
Ἐσθῆτά τ᾽ ἐξάλλαξον. οὐκ ἐς ἀμβολὰς
Εὐεργετήσω σ᾽. εὐμενέστερον γὰρ ἂν
Τῷ φιλτάτῳ μοι Μενέλεῳ τὰ πρόσφορα
Δρῴης ἂν, ἡμῶν τυγχάνων, οἵων σε χρῆν.
ΧΟ. Ὀρεία ποτὲ δρομάδι κώλῳ στροφὴ α΄.
Μάτηρ θεῶν ἐσύθη
Ἀν᾽ ὑλάεντα νάπη

Qualem decet esse te erga tuum maritum.
Hel. Fient hæc: nunquam autem maritus culpabit.
Tu vero qui prope ades, scies ista.
Verum, O miser, intra, et lava *corpus*,
Et muta vestem: non cunctanter
Benefaciam tibi: *sic* enim benevolentius
Charissimo meo Menelao convenientes *inferias*
Facies, si consequaris a nobis, quæ te *consequi* oportet.
Cho. Montana quondam veloci pede
Mater deorum festinavit
Per sylvestres saltus,

conferat, nempe ad locum, a Cybela, non Cerere, frequentatum. Contendit tamen Barnesius, Cererem hic intelligi, credo, quia multa de Cereris, Proserpinam quærentis, erroribus legerat, de Cybela nihil. Sed quid vetat, Rheam simili furore ob neptim raptam arsisse, vel simile studium in ea recuperanda posuisse, licet Cereris labores, Eleusiniorum mysteriis celebrati, gratiusque proptèrea Atheniensibus acroama, poëtarum libros, ipsa obscurata et neglecta, impleverint? Barnesio quidem favere videtur vox θυγατρὸς, v. 1321. Eam tamen non *filiam* tantum, sed quamvis *puellam*, significare ostendet, Soph. Œd. Tyr. v. 1121.

Quid autem de argumento hujus carminis dicemus? An, cum Heathio, ineptum esse, hac certe in fabula, maximeque in hac fabulæ parte? Fuit, cum ab ista sententia non valde abhorrerem. Nunc vero et video, et libenter agnosco, ineptam mihi ideo visam esse hanc oden, quod nondum satis intellecta esset. Chorus, cur Cybelen celebrandam hic sumeret, complures, sed, ut in tali re, leviculæ causæ erant. Primo, Spartæ, unde Helena oriunda erat, magno in honore habita est Rhea, τὸ δὲ ἱερὸν τῆς μεγάλης Μητρὸς τιμᾶται περισσῶς δή τι, verba sunt Pausaniæ, p. 49. Ed. Sylb. Secundo, Helenæ infortunia a magnæ Matris ira arcessit in secunda antistropha Chorus. Tertio, illius Deæ sacra circa hoc tempus Athenas translata esse suspicor. Translata tradit Julianus Imp. in initio Orat. V. Effigiem autem Rheæ, quæ in Μητρῴῳ erat, Phidias, Euripidis contemporaneus, elaboravit, teste Pausania, p. 3. Ea igitur conjectura si vera est, Atheniensibus saltem, historiam Rheæ eleganter exornatam audire, vel propter horum

Ποτάμιόν τε χεῦμ' ὑδάτων
Βαρύβρομόν τε κῦμ' ἅλιον
Πόθῳ τᾶς ἀποιχομένας
'Αῤῥήτου κούρας·
(Κρόταλα δὲ Βρόμια διαπρύσιον

Et fluvialem fluxum aquarum,
Graviterque strepentes fluctus marinos,
Desiderio amissæ
Non-nominandæ puellæ.
Crepitacula vero Bacchica clarum

sacrorum novitatem, jucundum esse debuit, neque adeo mirum, si Euripides, oblata occasione non admodum aliena, nec fortasse opportunissima, popularibus tamen suis utcunque gratificari voluerit.

Facile hanc Oden cum fabula connectas legendo:

Πόρευ', ἅ ποτε δρομάδι κώλῳ
Μάτηρ θεῶν ἐσύθης.

Similem fere medelam adhibuimus, Phœn. 647. Iphig. in Taur. 1235. *Musg.*

1301. Μάτηρ θεῶν] Ob hoc epitheton olim interpretes verterunt *Mater Deorum Cybele*, quum certo certius de Cerere res hic instituatur, non de Cybele. Sed ne quis forte miretur, Cererem a poëta nostro Deorum Matris nomine insignitam, meminisse oportet, non hoc generaliter hic dici, sed relatione ad Proserpinam filiam et generum Plutonem habita; præterea ipsum nomen maternitatem (si detur verbo venia) præcipue notat: Δημήτηρ, quasi Γῆ μήτηρ, et apud Pausaniam μεγάλη θεὸς, et μεγάλη μήτηρ ideo vocatur; unde et Orpheo Παμμήτειρα dicitur; et quum Ceres sit alio nomine Terra mater, ut probavimus supra ad Bacch. v. 271. Euripide etiam alias canente, Phœniss. v. 696. Δαμάτηρ θεὰ, ἁπάντων Ἄνασσ', ἁπάντων Γᾶ τροφός· Cybele autem alio nomine Terra quoque sit, unde et turrigera pingitur, et πάντων τροφὸς dicitur; facile utramque eodem munere et nomine insigniri concedamus. *Barnes.*

Systema hoc antistrophicum ex glyconiis πολυσχηματίστοις maximam partem conflatum est. Glyconii hi non solum in prima sede antispastum, epitritos, diiambum, et dispondeum, in altera choriambum admittunt, sed etiam in prima sede recipiunt molossum (antist. 1. v. 1327. str. 2. v. 1338. 1342. 1344. 1345.) neque hunc trisyllabum tantum, sed etiam pentasyllabum, (antist. 1. 1331.) creticum (str. 2. 1339. 1340.) bacchium (str. 1. 1302.) palimbacchium (str. 1. 1310. antist. 2. 1309. 1354. 1358. 1360. 1361.) pæonem secundum (antist. 2. 1352.) et pæonem tertium (antist. 2. 1353.) Opponuntur etiam pæones diiambis, molossus pentasyllabus epitrito quarto; et str. 1. v. 1317. choriambus contractus est in molossum. *Heath.*

1306. Ἀῤῥήτου κούρας·] Proserpinæ. Carcinus apud Diod. Sic. Lib. V. c. 5.

λέγουσι Δήμητρός ποτ' ἄῤῥητον Κόρην
Πλούτωνα κρυφίοις ἁρπάσαι βουλεύμασι —

Musg.

Ἀῤῥήτου κούρας·] Ceres dicitur Equum, vel filiam Heram, Neptuno peperisse, quam nominare fas non esset; sed et Proserpina, ejus filia, dicebatur ἄῤῥητος, ut ex fragmento illo Carcini, Tragici poëtæ, constat: Λέγουσι, Δήμητρός ποτ' ἄῤῥητον κόρην Πλούτωνα κρυφίοις ἁρπάσαι βουλεύμασι, &c. Vid. Hug. Grotii Excerpt. fol. 1003. Natal. Com. Mythol. Lib. V. c. 14. p. 519. Ita vero nominata videtur, vel ob mysteria nonnulla, quibus colebatur, vel ne Dea Mater ex illius recordatione doleret; juxta illud Callimachi Hymn. Cereris, v. 18. Μὴ μὴ ταῦτα λέγωμες, ἃ δάκρυον ἄγαγε Δηοῖ. De raptu autem Proserpinæ vid. Claudiani sub hoc nomine notum singulare Opus Heroicum, item Ovid. Fastor. Lib. IV. et Metamorph.

Ἰέντα κέλαδον ἀνεβόα,
Θηρῶν ὅτε ζυγίους
Ζεύξασα θεὰ σατίνας,
Τὰν ἁρπασθεῖσαν κυκλίων
Χορῶν ἔξω παρθενίων·)

Sonitum mittentia resonabant,
Ferarum quando jugales
Junxit Dea currus,
Raptam illam rotundis
Choris ex virgineis.

1310. σατίναν.

Lib. V. Fab. 6. Apollodor. Biblioth. Lib. I. c. 5. Natal. Comes Mythol. Lib. III. c. 16, etc. *Barnes.*

Cf. Hesych. V. Ἄῤῥητος κόρη. *Beck.*

1307. Κρόταλα] *Crepitacula ex aëre*, κρόταλα χαλκοῦ propterea vocata Cyclop. v. 205.

Κρόταλα δὲ Βρόμια] Cum ea sit Cereri et Cybelæ convenientia et similitudo, quam nota præcedenti ostendi, tribuuntur etiam Cereri orgia Dindymenæ, hoc est eadem, quæ Bacchus ex Phrygia et Lydia a Matre Deorum mutuatus est. Sunt autem Cybelæ et Baccho communia mysteria, ut probavimus ad Bacch. v. 58. *Barnes.*

1309. s. Duo hi versus sententiam abrumpunt, et, tanquam parenthesis, legendi sunt. ἁρπασθεῖσαν enim v. 1311. haud dubie regitur ab ἀνεβόα, v. 1308.

θηρῶν ὅτε] Non absurde legas:

θηρῶν τ' ἤει ζυγίους
στύξασα θεὰ σατίνας.

Ibat etiam Dea, aversata currus ferarum jugales. Currus pro *animalibus*, a quibus trahitur: vid. ad Ion. v. 1151. *Aversata* autem, quia pedes vagabatur Dea, δρομάδι κώλῳ, ut ait supra v. 1300. Pro ὅτι MS. G. ὅττε. *Musg.*

Θηρῶν ὅττε ζυγίης Ζεύξασα θεὰ σατίναν,] Hunc locum per se satis impeditum obscuriorem reddunt non pauca. Inprimis enim, quando Ceres filiam quærebat, curru vectam non constat, nisi post Siciliam pervestigatam (quanquam et currus illi tribuebat antiquitas draconibus alatis junctos) et post accensas in Ætna Faces, ut Ovidius ait Fastor. Lib. IV. *Frænatos curribus angues jungit et æquoreas sicca pererrat aquas.* Præcipue autem syntaxis laborat, quare Scaliger legit, quasi comparatio tantum esset: Θηρῶν ἅτε ζυγίοις, etc. Canter. Θηρῶν ὅτε ζυγίους Ζεῦξ', εἰς ἂν Θεὰ σατίναν. ὅττε pro ὅτε lego, carminis causa. Σατίνη autem et σάτινον, currus; Hesychius et Phavorinus: σατῖναι, ἅμαξαι. Homer. Hymn. Veneris, v. 13. Ποιῆσαι σατῖνα καὶ ἅρματα ποικίλα χαλκῷ. Citatur, sed corrupte, ex Anacreonte etiam: Νῦν δ' ἐπιβαίνει σάτινά τε χρυσία φορέων καὶ θ' ἕρματα παῖς Κύκης, καὶ σκιαδίσκην ἐλεφαντίνην φορεῖ γυναιξὶν αὕτως. Henr. Stephanus dicit, in veteri libro vestigia verbi σαγήναν reperiri, quod tamen fatetur nihil hic loci habere. Præ inopia librorum, nihil hic nos certi afferre possumus; nisi quod frustra nonnulli de Cybelæ leonibus nos monent, quum aperte de Cerere poëta loquatur, quæ draconibus invehebatur. *Barnes.*

Non necesse est, ut cum Barn. reponatur ὅττε. Palimbacchio opponitur molossus, ut v. 1302, 6, 7, 9. *Heath.*

1310. σατίναν,] Lego: σατίνας. vid. supra. Hesychius: σατίναι, αἱ ἅμαξαι. Idem Homero σάτινον, Hymn. in Ven. v. 13. nisi et ibi explicare malis σάγμα, qua notione adhiberi videtur Anacreonti apud Athenæum, p. 524. A. H. Stephanus in altero Codicum a se collatorum scriptum putat esse σαγήναν. *Musg.*

Metri et structuræ verborum causa Heath. emendat:

Ζεῦξε θεὰ σατίναν   trimeter dactylicus.

Μετὰ κουρᾶν δ' ἀελλόποδες
Ἁ μὲν τόξοις Ἄρτεμις, ἁ δ'
Ἐν ἔγχει Γοργὼ πάνοπλος·
Αὐγάζων δ' ἐξ οὐρανίων
Ἄλλαν μοῖραν ἔκραινε *
Δρομαίων δ' ὅτε πολυπλανήτων ἀντιστρ. α'.
Μάτηρ ἔπαυσε πόνων,
* Μαστεύουσ' ἀπόρους
Θυγατρὸς ἁρπαγὰς δολίους,
Χιονοθρέμμονάς γ' ἐπέρασ'

Cum ipsa autem puellæ pernices,
Sagittis quidem Diana,
Hasta vero *Pallas* armata,
Spectans vero ex cœlestibus,
Aliud fatum decernebat Natus.
Cursoriis autem quando multivagis
Mater a laboribus cessavit,
Quærens invios
Filiæ raptus dolosos,
Transiit nivosas

1315. ἐν deest. 1320. μαστεύουσα πόρους.

Ad σατίναν subaudiendum πρὸς, vel κατά. *Beck.*

1313. κουρᾶν] Legendum cum Tyrwhitto [et Heathio] κοῦραι. *Musg.*

1314. s. Ut metra antitheticis respondeant, legendum:

Ἁ μὲν τόξοις Ἄρτεμις, ἁ δ'
Ἔγχει Γοργῶπις πάνοπλος.

Uterque versus est glyconius ex dispondeo et choriambo. Dispondeo priori opponitur in antistr. epitritus quartus — Γοργὼν nusquam est epitheton Minervæ. *Heath.*

1315. Γοργὼ] Eadem forma vocis Rhes. v. 302. Ion. v. 1003. vis diversa. Ibi enim Gorgonem significat, hic Pallada, Gorgonis interfectricem. Ion. v. 1478. Palæphatus Cap. XXXI. καλοῦσι δὲ τὴν Ἀθήναν Κυρηναῖοι Γοργονὴν, ubi MS. Oxon. Γοργώ. Euripides Erechtheo, apud Lycurgum contra Leocratem:

— τελείας χρυσέας τε Γοργόνος.

Nonnus, Lib. XIII.—οἵτε Κελαινὰς Χρυσοχόρους ἐνέμοντο καὶ ἱλαστήρια Γοργοῦς. De Minervæ ira, cui placandæ hæc ἱλαστήρια destinata erant, vid. Hygin. Fab. 165. Minervam cum Diana comites Proserpinæ attribuunt Diod. Sic. Lib. V. c. 3. Statius Achilleid. Lib. IV. v. 151. denique Claudianus. *Musg.*

1317. Huic versui, ut ἀντιστοίχου mensuram adæquet, una syllaba deest. Sed neque sententia integra est. Lego:

ἄλλαν μοῖραν ἔκραινε Παῖς.

Παῖς, *filius, i. e.* Jupiter. *Musg.*

1319. πόρους,] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. et MS. G. πόνους. *Musg.*

Claudicat metrum. Pro bacchio enim strophici spondeum tantum habemus. Forte reponi potest: Ἃς μαστεύουσα πό-

Ἰδαιᾶν Νυμφᾶν σκοπιάς·
ʽΡίπτει δ᾽ ἐν πένθει
Πέτρινα κατὰ δρία πολυνιφέα·
Βροτοῖσι δ᾽ ἄχλοα πεδία γᾶς
Οὐ καρπίζουσ᾽ ἀρότοις
Λαῶν [δὲ] φθείρει γενεάν·
Ποίμναις δ᾽ οὐχ ἵει θαλερὰς
Βοσκὰς εὐφύλλων ἑλίκων·
Πολέων δ᾽ ἀπέλειπε βίος,
Οὐδ᾽ ἦσαν θεῶν θυσίαι,

Speculas Nympharum Idæarum:
Projecit autem *se* luctu,
Saxea super tesqua nivosa,
Mortalibus vero terræ campos virenti gramine nudatos
Non arationibus fructificans.
Populorum genus consumpsit:
Gregibus vero non emittebat læta
Pabula frondosorum surculorum:
Urbium vero vita defecit,
Neque erant sacrificia deorum,

1329. δὲ sine uncis et γένναν pro γενεάν.

ρους, ut bacchio opponatur aut molossus, aut palimbacchius. *Heath.*

1321. θυγατρὸς, *puellæ*, ut Soph. Tyr. Œd. v. 1121. non *filiæ*.

ἁρπαγᾶς, *raptus.* Ita ex Scaligeri emendatione edi debuit, non ἁρπαγὰς. *Musg.*

1322. γ᾽ ἐπέρασ᾽] Ita MS. G. Alter δ᾽ ἐπέρασ᾽. Ed. Ald. διεπέρασ᾽. MSS. Steph. διεπέρα. *Musg.*

Heath. reponit Χιονοθρέμμονας δ᾽ ἐπέρασ᾽, ut sit versus glyconius ex antispasto pentasyllabo et choriambo. *Beck.*

1324. ʽΡίπτειν h. l. verbi medii vim habere observat Heath. *Beck.*

1325. δρία] Ita MSS. E. G. Hesychius: δρίον — δρυμὸς, ὕλη. Exemplorum satis ibi suppeditant Interpretes, quibus adde Soph. Trachin. v. 1029. Ed. Ald. δρύα. *Musg.*

1327. καρπίζουσ᾽ Heath. accipit pro καρπίζουσα. Idem v. præced. scribit καρποῖσι. *Beck.*

1328. δὲ φθείρει] Metro postulante, legendum διέφθειρε. Delenda etiam distinctio post ἀρότοις. Barnesius, lectore non monito, omittit δὲ. *Musg.*

γένναν Heath. metri causa ex ed. Ald. revocat. *Beck.*

1329. Ποίμναις] Canteri emendatio est. Ed. Ald. ποίμνας. *Musg.*

1329. s. Ποίμναις δ᾽ οὐχ ἵει θαλερὰς Βοσκὰς] Cum ποίμνας prius legebatur, Canterus et Scaliger legendum voluere ποίμναις, quod ut necessarium admisi: Pro βοσκὰς item βόσιας Scaliger substituit; hanc autem lectionem nequaquam in textum retuli, quia et illam Athenæus agnoscit, aliique. *Barnes.*

1330. Βοσκὰς] Exstat vox in Æsch. Eumenid. v. 266. in ejusdem Danaisin apud Athenæum, p. 600. apud Suidam, v. βοτός. Scaliger tamen βοσίας. *Musg.*

Heath. interpretatur: *Pabula uberis crispantis herbæ;* neque enim greges dici posse *pampinis nutriri.* *Beck.*

Βωμοῖς τ' ἄφλεκτοι πέλανοι·
Πηγάς τ' ἀμπαύει δροσερὰς
Λευκῶν ἐκβαλεῖν ὑδάτων.
Ἐπεὶ δ' ἔπαυσ' εἰλαπίνας στρ. β'.
Θεοῖς βροτείῳ τε γένει,
  Ζεὺς μειλίσσων στυγίους
  Ματρὸς ὀργὰς ἐνέπει·

Et liba non incendebantur in aris:
Et prohibebat roscidis fontibus
Emissionem limpidæ aquæ.
Postquam autem sustulit convivia
Diis, humanoque generi,
  Jupiter, placans infestam
  Iram matris, dicit:

1332. θυσίαι,] Metrum postulare videtur θύματα. *Musg.*

1333. ἄφλεκτοι] Ita Ed. Ald. Alii, errore typographico, ἄφεκτοι. Morem fuisse πελάνους in ignem conjicere, docet Barnesius ex Scholiasta Aristophanis ad Plut. v. 670. *Musg.*

Βωμῶν ἄφλεκτοι πέλανοι] Si vera esset lectio ἄφεκτοι, videtur scribendum ἀφεκτοὶ cum accentu in ultima; ita enim ἀνεκτὸς, et καθεκτὸς, et illa ab ἔχω: Canterus sane et Scaliger, quod mallem, legunt ἄφλεκτοι. Sic Euripides in Oreste ἀθύτων πελάνων meminit. Quin Aldi editio habet ἄφλεκτοι, quare ut genuinum admitto. Est autem Πέλανος, πέμμα ποῖον, πλακουντῶδες, πλατὺ καὶ κυκλοτερές· Ἀττικοὶ δὲ πᾶν πεπηγὸς οὕτω λέγουσι, καὶ πέμμα εἰς θυσίας ἐπιτήδειον· καὶ ἄρτος Δωρικὸς, ὄψιν ἔχων ῥυπαρὰν, εὐτελῆ καὶ ἀκάθαρτον. Καὶ ἀφρὸς, ὡς Εὐριπίδης, ἐν Ὀρέστῃ· Ἐκ δ' ὄμορξον ἀθλίου Στόματος ἀφρώδη πέλανον, ὀμμάτων τ' ἄπο. Καὶ πέλανος ἑρμηνεία ἐστὶ τοῦ προθύματα, καὶ τῶν ἄλλων παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Πλούτῳ· Ἐπεὶ δὲ βωμῷ πόπανα καὶ προθύματα καθωσιώθη, πέλανος Ἡφαίστου φλογί. Καὶ ἰστέον δὲ, ὅτι τὸν πέλανον ἐν τῷ πυρὶ ἔῤῥιπτον, τὰ δὲ πόπανα, καὶ τοὺς πλακοῦντας, καὶ τὰ ἄλλα ἐν μέρει τοῦ βωμοῦ ἐτίθεσαν. *Barnes.*

1334. s. Horum versuum impedita constructio est, cui sic subvenerim:

πηγαῖς τ' ἀμπαύει δροσεραῖς
λευκῶν ἐκβολὴν ὑδάτων.

Non est omittendum, MSS. E. G. ad finem hujus antistrophes alium versum exhibere, rectis lineis circumseptum, superscripto περισσόν. Ita autem se habet:

πένθει παιδὸς ἀλάστωρ.

Musg.

1334. Exemplum κώλου περισσοῦ vide in Scholiis Pindari ad Olymp. II. Stroph. 2. In Scholiis minoribus nota est Demetrii Triclinii, profitentis, illud κῶλον a se ejectum fuisse. *Musg.*

1339. ἐνέπει scribit Heath. ut sit versus glyconius ex cretico et choriambo. *Beck.*

1340. Lego:

Ἴτε, τᾷ περὶ παρθένῳ
Δηοῦς θυμωσαμένᾳ.

Παρθένῳ Δηοῦς, *filiæ Cereris.* Sic παρθένους ἀνδρῶν, Herod. p. 199. Ed. Wess. Pro Δηοῖ Ed. Ald. δηΐῳ. *Musg.*

1342. Δηοῖ] Δηὼ, ὑποκοριστικὸν τοῦ Δημήτηρ. Ἢ παρὰ τὸ δήω, εὑρίσκω, ὅτι τὴν κόραν ἐζήτησε, καὶ μόλις εὕρισκεν· ἢ παρὰ τὸ δαίω, καίω, ὅτι ἐξ Αἴτνας ἀναφλέξασα δᾷδας ἐζήτησεν, ἢ δαίω, κόπτω, ὅτι ἀρότροις γῆν καὶ βώλους κόπτει. Δηοῦς κόλποι, πεδία καλοῦνται Σοφοκλεῖ. *Barnes.*

1343. ἐξαλλάξατ'] Metro succurrit Heathius, legendo: ἀλέξοιτ'. Lenius foret, nec, quoad sensum, deterius, ἀλλάξαιτ'. *Musg.*

Βᾶτε, σεμναὶ Χάριτες,
Ἴτε, τὰν περὶ παρθένῳ
Δηοῖ θυμωσαμένᾳ
Λύπαν ἀλλάξαιτ' ἀλαλᾷ,
Μοῦσαί θ' ὕμνοισι χορῶν·
Χαλκοῦ δ' αὐδὰν χθονίαν,
Τύμπανα [τε] λάβετε βυρσοτενῆ.

Ite, venerandæ Gratiæ,
Ite, propter filiam
Cereris succensenti
Mœrorem eximite sonitu.
Et vos hymnis, musarum grex,
Ærisque vocem subterraneam,
Tympana compacta ex bubula pelle accipite.

1343. A. ἐξαλλάξατ' ἀλαλᾷ, 1344. χορόν. 1346. τε sine uncis.

ἀλαλᾷ,] Jucundo cantu. *Barnes.*
Ex Heath. emendatione prodit versus glyconius epitrito tertio et choriambo constans. *Beck.*

1344. Μοῦσαί θ' ὕμνοισι χορὸν·] Reponebat Canterus ὑμνησίχοροι, quæ vox nondum mihi obviam fuit. Legendum forte:

Μουσᾶν θ' ὕμνοισι χορὸς.

Vosque, Musarum Chorus, hymnis, scil. mœrorem ejus eximite. Ubi χορὸς vocativi locum occupat. Sic ὦ κλεινὸς ἡμῖν πόσις infra v. 1398. ὦ πατρῴων οὐ λαχὼν, Troad. 1182. *Musg.*

Μοῦσαί θ' ὕμνοισι χορὸν·] Canterus et Scaliger ὑμνησίχοροι. *Barnes.*

1345. Χαλκοῦ δ'] H. Stephano placet χαλκοῦ τ'. Sed non multum interest. *Musg.*

Χαλκοῦ δ' αὐδὰν χθονίαν,] H. Stephanus pro δ' legit τ', rectius, ut puto. Αὐδὰν χθονίαν vocat hic *gravem* et *horribilem* vocem; id enim aliquando significat χθόνιος: Euripides in Hippolyto, v. 1196. Ἔνθεν τις ἠχὼ χθόνιος, ὡς φωνὴ Διὸς, etc. *Brodæus.*

In Observatt. Miscell. Vol. II. p. 94. quidam reponit φονίαν, cui alius vir doctus ibid. repugnat, et docet, χθόνιον esse *horribile*, inprimis ex Aristoph. Av. 1743. *Beck.*

1346. Τύμπανά τε] Si conferas versum ἀντίστοιχον, videbis, vel ibi syllabam deesse, vel hic abundare. Nec dubito, quin posterius verum sit. Deleta enim copula τε, recte procedet locus:

χαλκοῦ δ' αὐδὰν χθονίαν
τύμπανα λάβετε βυρσοτενῆ.

Occasionem errori dedisse videtur vox χαλκοῦ, non de tympano, ut oportuit, intellecta, sed de alio aliquo organo sonoro. De quo si quis dubitet, veriora eum Nonnus non uno loco docebit. Sic Lib. XIV.

— αἱ μὲν ἐλῶσαι
Τύμπανα χαλκεόνωτα Κυβηλίδος ὄργανα ʽΡείης.

Iterumque Lib. XLIII.

μόθου χαλκόθροον ἠχὼ
Τύμπανα δουπήσειν — —

Ubi ne κύμβαλα scribendum suspiceris, en tibi alia. Lib. X.

πρώτῳ μὲν θέτο δῶρα Κυβηλίδος ὄργανα ʽΡείης
κύμβαλα χαλκεόνωτα —
νίκης δ' ἦεν ἄεθλα τὰ δεύτερα —
σύριγξ ἡδυέπεια καὶ ἠχήεσσα βοείη
χαλκοβαρὴς —

Lib. XIII.

Καλλίστα τότε πρώτα μακάρων
Κύπρις γέλασέ τε θεὰ
Δέξατο τ' εἰς χέρας
Βαρύβρομον αὐλὸν
Τερφθεῖσ' ἀλαλαγμῷ.
Ὧν οὐ θέμις οὔθ' ὅσια, ἀντιστρ. β'.
Ἐπύρωσας ἐν θαλάμοις,

Pulcherrima *vero* tunc primum *Deorum*
Risit Dea Venus,
Et accepit in manus
Tibiam graviter sonantem,
Delectata modulatione.
Quæ neque fas neque pium *erat*,
Consecuta es thalamis cruda.

1347. Κάλλιστα τότε πρῶτα μ.

χαλκείοις πατάγοισιν ἐμυκήσαντο βοεῖαι.

Lib. XV.

τύμπανον ἠέρταζε, καὶ ἀμφιπλῆγι βοείη
δίζυγον ἐσμαράγησε μέλος, χαλκόκροτον ἠχώ.

χθονία autem vocatur vox tympani, quod mugitui sive tonitrui subterraneo similis esset. Æschylus apud Strabonem, p. 471.

— τυμπάνων δ' ἠχὼ,
ὥσθ' ὑπογείου
βροντῆς, φέρεται βαρυταρβής.

βυρσοτενῆ.] Canteri emendatio est. Ed. Ald. et MSS. πυρσογενῆ. Vide, Barnesio citante, Bacch. v. 124. *Musg.*

βυρσοτενῆ.] Aldi editio habebat πυρσογενῆ, Henricus Stephanus et Johannes Brodæus emendabant βυρσογενῆ, hanc correctionem correctius legunt Canterus, Scaliger, Duportus, βυρσοτενῆ. Et sane eodem modo tympanum vocat noster poëta, Bacch. v. 124. Βυρσότονον κύκλωμα. *Barnes.*

Heath. scribit τύπανα, ut epitrito heptasyllabo in antistr. opponatur hexasyllabus. *Beck.*

1350. Metri causa emendat Heath.: Βαρύβρομόν γ' αὐλὸν. iambicus dimeter brachycatalectus. *Beck.*

1351. Rheæ placatæ historiam non absolvit poëta, sed grata negligentia ad aliam rem deflectit. *Musg.*

1352. Ὧν οὐ θέμις] Ita Ed. Ald. MSS. Steph. ὡς οὐ θέμις. Canterus emendabat ὃν οὐ θέμις, non inepte, si retinendum esset ἐπύρωσας, quod sane plerique retinent, et ad Proserpinam dici putant, hoc sensu: *Quem neque fas, neque pium erat, amore inflammasti,* (Plutonem sc.) *in iram vero magnæ Matris incurris, sacrificia non rite celebrans Diis.* Hæc vulgatæ interpretatio est, quam jure Heathius repudiat, negans, Deos veterum ulla sacrificia alii cuicunque Deo peregisse, nedum ut exigi ab iis potuerint. Aliud, valdeque diversum est, quod hic, ni fallor, respicit poëta; nempe labes, quam Helena, a Theseo olim per vim compressa, ex illo stupro contraxerat: qua non rite sacrificiis procurata, succensuit ei (si Choro credimus) Magna Mater. Atque hinc forte series calamitatum, quam ex eo fere tempore perpessa est. Hæc si mens auctoris fuit, legendum forte:

ὧν οὐ θέμις, οὔθ' ὁσία
ἔκυρσας, ὠμὰ θαλάμοις.

ὠμὰ θαλάμοις, *cruda nuptiis*, ut *cruda marito* apud Horatium. Helenam utique septennem deflorasse dicitur Theseus. vid. Tzetzen in Lycophron. v. 103. Confer

Μῆνιν δ' ἔχεις μεγάλας
Ματρὸς, ὦ παῖ, θυσίας
Οὐ σεβίζουσα θεοῖς.
Μέγα τοι δύνανται νεβρῶν
Παμποίκιλοι στολίδες,
Κισσοῦ τε στεφθεῖσα χλόα
Νάρθηκας εἰς ἱεροὺς,

Iram vero incurristi magnæ
Matris, O filia, sacrificia
Non pie faciens Diis.
Multum certe possunt hinnulorum
Maculosæ pelles,
Et hederæ frondes circumvolutæ,
Ferulas circa sacras,

1355. Μητρὸς, 1359. Κισσῷ 1360. ἐς ἱ.

etiam Hygin. Fab. 76. Apollodor. Lib. III. c. 10. Pausan. p. 65. *Musg.*

Ὃν οὐ θέμις, οὔθ' ὁσία,] Ὃν pro ὧν substitui, sensu, Cantero, Scaligeroque postulantibus: Plutonem enim innuit, et versus ratio brevem hic syllabam postulat; quod Stephanus nescivit, cum legebat ὡς pro ὧν. Ὁσία quoque pro ὅσια scribo, cum Scaligero; ut Homer. Odyss. v. 412. Οὐχ ὁσίη κταμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι. Potest tamen Attice et τὰ ὅσια pro ὅσιον legi; sic enim eandem Homeri sententiam Archilochus felici senario exprimens, habet ἐσθλὰ pro ἐσθλὸν· Οὐ γὰρ ἐσθλὰ κατθανοῦσι κερτομεῖν ἐπ' ἀνδράσιν. Vid. ad Bacch. v. 1028. *Barnes.*

Quæ in hac antistr. leguntur, de Helena non videntur dici potuisse. Neque enim unquam infortunia sua adscripsit Cybeles iræ, sed tribus deabus de pulchritudine certantibus. Præterea duo versus primi Ὃν οὐ θέμις κ. τ. λ. Theoclymeni aut Paridis amores non tam apte designant, quam potius incestos patris aut fratris amores. Hinc confirmatur suspicio nostra, systema hoc ad hanc fabulam non pertinere, sed ex alia quadam tragœdia, forsan ex Æolo, translatum esse. — De Proserpina, quam interpretes h. l. intelligunt, dici non potest, eam indignationem Cybeles ob spretos ejus ritus sibi contraxisse. *Heath.*

1354. Μῆνιν δ' ἔχεις] Legendum, metro, quin et sententia, postulante, μῆνιν δ' εἶχες. *Musg.*

1354. s. μεγάλας Μητρὸς,] Δήμητρος, non Κυβέλης. Vide, quæ nos supra ad v. 1301. et v. 1307. ubi apparet, Cybelen et Cererem fere eandem; certe hic quoque iisdem sacris et ceremoniis ornatur Ceres, ac illa Phrygia Mater, quæ Cybelen nempe Baccho communia habuisse probavimus ad Bacch. v. 58. Hinc et hic numerantur: nebrides, hedera, ferulæ, tympana, prolixa coma, nocturnaque pervigilia. Vid. quæ nos ad Bacch. v. 34. v. 180. et v. 819. *Barnes.*

1355. θυσίας] Sacrificia piaculis avertendis peragi solita. Vid. Hippol. v. 144. et seq. *Musg.*

1356. Pro θεοῖς Heath. mavult θεᾶς. *Beck.*

1357. δύνανται] Legendum, metri gratia, δύναται. Pluralia enim, licet non neutra, singulari nonnunquam junguntur. Themistius: πρὸς ἀνθρώπους κατεσκεύασται δυσμενῶς, viperæ sc. et scorpii, Orat. IX. Nicander Ther. 569. χιλοὶ — ἀπεχεύατο ποίην.

Vide Schol. Pind. ad Olymp. XI. Stroph. 1. *Musg.*

Heath. metri causa scribit: Μέγα τι δύνανται νεβρῶν. Versum esse Ionicum a minore dimetrum catalectum ex Ionico

Ῥόμβου θ᾽ ἑλισσομένα
Κύκλιος ἔνοσις αἰθερία,
Βακχεύουσά τ᾽ ἔθειρα Βρομίῳ
Καὶ παννυχίδες θεᾶς.
Εὖ δέ νιν ἄμασιν
Ὑπέρβαλε σελάνα.
Μορφᾷ μόνον ηὔχεις.

Et rhomborum circumacta
Circularis quassatio sublimis,
Et bacchans coma Baccho,
Et pervigilia Deæ.
Bene autem ipsam diebus
Superavit luna.
Tu vero ob formam tantum gloriabaris.

1361. Ῥόμβῳ 1363. Βρομίων.

pentasyllabo, et καταχλεῖδι trochaica. *Beck.*

1358. στολίδες,] Confer νεβρίδα στολιδωσαμένα, Phœn. v. 1768. *Musg.*

1359. κισσῷ] Legendum κισσοῦ. Constructio est: χλόα τε κισσοῦ ἐς νάρθηκας ἱεροὺς στεφθεῖσα, i. e. περιτεθεῖσα. Sic κισσὸς περιστεφὴς, Phœn. v. 660. Crinagoras Antholog. Reisk. 542. στεφθῆναι ἐπὶ κροτάφοισι γυναικὸς Λώϊον. vid. et Soph. Electr. 443. Mox εἰς pro ἐς metri gratia. *Musg.*

1360. ἐς pro εἰς reponit Heath. Versum enim esse glyconium ex palimbacchio et choriambo. *Beck.*

1361. Ῥόμβῳ] Legendum ῥόμβων. Qualis hæc ῥόμβων ἔνοσις fuerit, docebit Scholiastes Apollonii Rhodii ad Lib. I. [v. 1139.] Ῥόμβος· τροχίσκος, ὃν στρέφουσιν ἱμᾶσι, τύπτοντες, καὶ οὕτως κτύπον ἀποτελοῦσι. Dein εἱλισσομένα metri gratia. *Musg.*

Ῥόμβου scribit Heath. Ῥόμβος fuit genus quoddam instrumenti, quod in orgiis Bacchicis et Corybanticis adhibebatur, et valuisse videtur ad incitandos animos Bacchantium. V. Hes. Etym. M. et Apoll. Rh. l. l. unde patet, rhombum et tympanum fuisse diversa. Ex Heath. *Beck.*

1362. Κύκλιος] Emendatio est Scaligeri. Ed. Ald. κυκλίοις. *Musg.*

Κύκλιος] Cum olim κυκλίοις erat scriptum, Scaliger κύκλιος legebat, recte quidem, ex versus lege, quam lectionem et Duportus, licet dubitantius, accipit; Latinam autem versionem emendavi, quia non hunc locum de saltationibus sumi, sed de tympánorum pulsationibus, novi. *Barnes.*

1363. Βακχεύουσά τ᾽ ἔθειρα] Sic Alexis ξανθὰς τὰς πρὶν ἔσεισε κόμας. Anthol. H. Steph. p. 417. Dioscorides: καὶ πρὸς ἐμὸν φώνημα καλὴν ἀνεσείσατο (sic leg.) χαίτην apud Reiskium Epigr. 655. *Musg.*

1364. παννυχίδες θεᾶς.] Pervigilia Bacchi, ac proinde Cybelæ Matris, et Cereris exinde, ut supra probavimus, ad v. 1354. vid. ad Bacch. v. 133. *Barnes.*

1365. ss. Hos versus, qui in editis meræ tenebræ sunt, sic refingo:

οὖ δὲ νῦν ἅμμασιν
ὑπέβαλέ σ᾽, ἐλᾷν αὖ
μορφᾷ μόνον ἀρκεῖς.

Cujus vero vinculis nunc te subjecit, ærumnas ejus forma sola abigere sufficis. i. e. Rheam quidem non nisi multis ritibus placare poteris, Menelaum vero, cui te in complexus tradidit Rhea, vel ipsa forma a mœrore vindicabis. ἅμμασιν, laqueis, i. e. complexibus. Sic Lycophron v. 104.

καὶ δευτέραν εἰς ἄρκυν ὀθνείων βρόχων
λῄτιν ἐμπταίσασαν —

vid. et Oppian. Cyneg. II. 399. *Musg.*

1365. s. Εὖ δέ νιν ἄμασιν Ὑπέρβαλε σελάνα.] Hunc locum corruptum putant multi, et Scaliger ideo legit, pro ὑπέρβαλε σε-

ARGUMENTUM ACTUS QUINTI.

Helena, jam spe præripiens victoriam et liberationem, Choro dolum aperit. Theoclymenus autem famulos mittens, qui ad navem ferant, quibus ad justa persolvenda opus erat, Helenam suadet secum manere, nec in mare descendere. Id illa fieri negat, propter religionem, qua ad patrios ritus et amorem, quo erga virum tenebatur. Tandem igitur is eam cum viro naufrago dimittit, multa eidem pollicitus, quando, peractis exsequiis, cum Helena redierit; quod illi nunquam erat in animo. Menelaus, id quod in omni negotio primum est, divini numinis opem implorat: dum barbarus ille Theoclymenus præ aviditate non amplius dubiarum (ut putabat) Helenæ nuptiarum gestit ac lætatur; suisque principibus earundem apparatum indicit. Chorus faustis navigationibus navigaturum cum sua Helena Menelaum prosequitur, deosque eorum in patriam reditui propitios apprecatur. Nuntius fugam ac dolum Menelai ac Helenæ Theoclymeno exponit, qui, existimans, id sororis perfidia factum, ad eam interficiendam confestim properat: cum subito Dioscori, fratres Helenæ, adsunt, et iratum tyrannum reprimunt, ac placidum reddunt.

